This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

110 d 12

DOMI NUS ILLU MINA TIO MEA

Taylor Institution.

GESTA
ET
VESTIGIA
DANORVM
EXTRA
DANIAM

PRAECIPVE

IN ORIENTE, ITALIA, HISPANIA, GALLIA, ANGLIA, SCOTIA, HIBERNIA, BELGIA, GERMANIA ET SCLAVONIA.

MAXIMAM PARTEM IPSIS SCRIPTORVM, NON EXOTICORVM MINVS, QVAM DOMESTICORVM, VERBIS ADVMBRATA.

TOMVS III.

LIPSIÆ ET HAFNIÆ,
SVMPTIBVS IACOBI PREVSSII.
MDCCXLI.

TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY OF OXFORD
LIBRARY

EFFATVM

ALFREDI ANGLORVM REGIS

apud Dudonem S. Quintini Decanum Lib. II. de Moribus & Actis Normannorum.

Pag. 73.

Nulla tellus effert viros magis quam Dania præcipuos armisque ſtrenue edoctos.

CAPVT I.

CONTINENS

GESTA ET VESTIGIA DANORVM PER GERMANIAM.

Sectio I. Vetuſtiora ſiſtens.

§. 1. Opiniones nonnullorum de Nominum, Germanici, Teutonici & Allemannici, ut & ipſius Germanicæ gentis ex Arctoo Orbe origine.

§. 2. Geſta & veſtigia Cimbrorum per Germaniam, & Societas Teuto-Cimbrica.

§. 3. Geſta & veſtig. Gothorum per Germaniam.

§. 4. Vandalorum per Germaniam geſta & veſtigia.

§. 5. Longobardorum noſtratium e Dania in Germaniam migratio, eorumque geſta, ſedes & veſtigia ibidem.

§. 6. Veſtigia Anglo-Saxonum noſtrorum in Germania.

§. 7. Comitatus varii per Germaniam, ubi olim Normanni & Dani rerum potiti.

§. 8. Loca quædam in Germania ab Othino, Deaſtro Danico & borealium gentium, denominata.

§. 9. Inſcriptiones quædam *Torgavienſes* in Miſnia, ubi rerum a quatuor Daniæ Regibus vetuſtioribus adverſus totidem Saxonum Reges geſtarum mentio injicitur.

§. 10. Wandalia germanica primo auſpiciis *Helgonis* Daniæ ſubjecta.

§. 11. Geſta *Rorici*, Dan. Reg. in Vandalia.
§. 12. Vandali ſub *Frothone Tertio* ab *Erico* Dan. exercitus Præfecto cæſi, eorumque terra ab ipſo *Frothone* ſubjugata.
§. 13. *Jarmerici*, Dan. Principis, ſororumque ejus in Vandalia captivitas.
§. 14. Saxonia ſociis Danor. & Vandalor. armis infeſtata.
§. 15. *Gothofredus*, Danorum Rex belliсoſiſſimus, *Carolo Magno* reformidatus.
§. 16. Saxonia ab *Ivaro Latipaſſo*, Dan. Rege, ſubjugata.
§. 17. *Carolus Magnus* Imperat. a *Regnero Lodbroch*, Dan. Rege in Saxonia triumphatus Saxonesque tributarii facti.
§. 18. *Haraldus Klach*, Daniæ Princeps, apud Imperat. *Ludovicum Pium* Moguntiæ, una cum uxore, fratre &c. baptizatus.
§. 19. Saxonia a *Lodbrochidis* Danis occupata.
§. 20. Excurſio Danorum poſt fata *Ludovici* Imp. in Germaniam & prælium ad *Ebbeckſtorp*.
§. 21. Legatio *Sigefridi*, Dan. Regis, ad Imperat. *Carol.* una cum munere aurei gladii.
§. 22. *Coloniæ Agripp.* aliorumque per Germaniam locorum a Danis everſio.
§. 23. Urbs *Duysburgum* a Danis munita.
§. 24. Marchionis *Sifridi* & *Theoderici* Comitis cum *Aſcomannis* Daniæ excurſoribus prælium.
§. 25. Etymologia trium German. urbium *Hamburgi*, *Hannoviæ* & *Roſtochii* a Danorum ibidem geſtis repetita.
§. 26. Monumenta lapidea per Germaniam, noſtratibus Arctois reſpondentia, vociſque *Runicæ* ibidem veſtigia.

Sectio II. Recentiora ſiſtens a Chriſtianiſmo.

§. 1. Perſonalia *S. Sebaldi*, Norimbergenſium olim Patroni, Danici, ut fertur, Principis.
§. 2. De *Julino*, celebri olim Pomeraniæ emporio, per *Palnatocum* Danum, auſpiciis *Haraldi Cærulidentis*, Dan. Regis

Regis, condito, ejuſdemque legibus in Saxon. &c. obſervatis.

§. 3. Terna *Svenonis Barbæ furcatæ*, Dan. & poſt modum Angliæ Regis, apud Vandalos captivitas.

§. 4. Geſta *Canuti Magni*, Dan. & Angliæ &c. Regis, contra Sclavos. *Ibidem de Canuto M. cum uxore & filio in Fraternitatem Bremenſem receptis, teſte vett. Codd. Bremens.*

§. 5. Victoria *Magni*, Dan. & Norveg. Regis, de *Ratibore* Vandal. Principe. *Ibidem de affinitate, Magno huic cum Ducib. Saxon. & Brunſv. intercedente, multisque per Germaniam illuſtriſſimis familiis ab illius Patre ſancto Olavo, Norveg. Rege, deſcendentibus.*

§. 6. Horrendum, quod *Ericus Bonus*, Dan. Rex, a piratis Julinenſibus ſumpſit ſupplicium.

§. 7. *Nicolai*, Dan. Regis, in Vandalos expeditio.

§. 8. *Sanctus Canutus Lavardus*, Dux Slesvicenſis, in aula Imper. *Lotharii* educatus, & poſtea ab eodem Obotritorum Rex renunciatus.

§. 9. Expeditio Vandalica *Erici Emund*, Regis Dan.

§. 10. *Svenonis Grathe*, Dan. Regis, cum Imp. *Friderico Barbaroſſa* negotium, factaque ſub ipſo Danorum ad convertendos Vandalos expeditio.

§. 11. Bina *Valdemari I.* Dan. Regis, ad Imp. *Fridericum Barbaroſſam*, itinera.

§. 12. Expeditiones *Valdemari* I. Rugiano-Vandalicæ.

§. 13. *Canuti VI.* Dan. Regis, per Vandaliam geſta.

§. 14. Fata Matris ac Sororis Regis hujus *Canuti VI.* in Germania.

§. 15. Geſta *Valdemari II.* cognomento *Victorioſi*, per Vandaliam.

§. 16. *Ericus V.* Dan. Rex, Dignitati Imperatoriæ a Papa & Gallorum Rege deſtinatus.

§. 17. Urbs Roſtochienſis *Erico VIII.* Dan. Regi, ſubjecta, & cetera hujus Regis per German. geſta.

§. 18. Geſta *Chriſtophori II.* Dan. Regis, per Vandaliam.

§. 19. Perſonalia *Joannis Grand*, ex Lundenſi in Daniæ Bremenſium Archiepiſcopi.

§. 20. *Waldemari IV.* Dan. Regis, per Germaniam geſta.

§. 21. Inauſpicata Reginæ *Philippæ* in Vandalos expeditio, abſente Rege *Erico Pomerano*.

§. 22. Conventus Monachorum in Germania, ex Monaſteriis Dan. colonos adepti.

§. 23. Iter Colonienſe *Chriſtiani I.* Dan. Norv. & Sveciæ Regis 1474. & quæ in eo memorabilia accidere.

§. 24. Exilium *Chriſtiani II.* Dan. Norv. & Sveciæ quondam Regis, in Germania ex parte tranſactum, quidque ibidem notabile deſignaverit.

§. 25. *Fridericus*, poſtea hujus nominis *primus*, Daniæ Rex, aliquamdiu Canonicus Colonienſis.

§. 26. Gloria militaris binorum e Dania Nobilium in Germania, ſc. *Petri Schrammii* & *Canuti Henricii.*

§. 27. Prædictio & fata Generoſiſſ. Herois *Dithlevi Ranzovii*, Mathematici ſummi, in Germania.

§. 28. *Georgius Urne*, Nob. Danus, ab Electore Saxon. in prælio *Muhlbergenſi* ob fortitudinem deſideratus.

§. 29. *Chriſtiani III.* Dan. Regis indignatio, ob Legatos ſuos, in nuptiis Wiſmarienſibus 1555. Polonico poſtpoſitos, excuſato errore ſedata.

§. 30. Sereniſſ. olim Dan. Princeps *Fridericus*, Frid. I. Dan. Regis Filius, Epiſcopus Hildeſienſis & Archiepiſcopi Bremenſis Coadjutor.

§. 31. Geſta Germanica glor. m. Regis *Chriſtiani IV.* in inferioris Saxon. Circuli Capitaneum a Principibus Proteſtantibus electi.

§. 32. Præmaturus *Chriſtiani*, electi Dan. Principis, in itinere Germanico obitus.

§. 33. *Fridericus III.* poſtea Daniæ Monarcha, Archiepiſcopus Bremenſis.

§. 34. Indigniſſima fata *Uldarici*, Dan. Principis, in Sileſia.

§. 35. *Chriſtianus Uldaricus Guldenlovius* ab Hollandis in Germania trucidatus.

§. 36. Diſciplinæ militari a b. m. Principe *Georgio* (*Frid. III.* Dan. Regis filio & poſt Sereniſſ. ANNÆ, Britannorum Reginæ, marito) in Germania olim navata opera & oblata huic Principi Poloniæ corona.

§. 37. Glor. m. Regis *Chriſtiani V.* in Germania geſta.

§. 38. Martia copiarum Danic. auxiliarium ſub vexillo Cæſareo per Hungariam & German. geſta 1692.

§. 39. B. m. Princeps *Carolus*, *Chriſt. V.* Dan. Regis Filius, in Epiſcop. Lubecenſ. electus.

§. 40. Glor.

§. 40. Glor. mem. Rex *Fridericus IV.* ex Italia redux, Auguſtiſſ. Poloniæ & Boruſſiæ Reges inviſit.

§. 41. Recentiora Danorum ductu & auſpiciis glor. m. Regis *Frid. IV.* in provinciis Germanicis geſta ab ann. 1709.

Sectio III. ſiſtens Principum quorundam aliorumque illuſtrium & celebrium Danorum, qui in Germania degere, Perſonalia & Epitaphia.

§. 1. Egreg. ſpei Princeps *Johannes*, *Chriſtiani II.* Dan. Norv. & Svec. quondam regis filius, præcoci fato Ratiſponæ extinctus.

§. 2. *Dorothea Chriſt. II.* filia, *Friderico*, Elect. Palat. nupta.

§. 3. Epitaph. *Elizabethæ Frid. I.* Dan. Regis fil. Duciſſæ Megapol. Guſtrovii ſepultæ.

§. 4. Alia *Frid. I.* filia, nomine *Dorothea*, itidem Duciſſa Megapol. ſepulta ibid. cum epitaphio.

§. 5. Perſonalia & Epitaph. *Annæ*, Electricis Saxon. *Chriſt. III.* gnatæ, Freybergæ ſepultæ.

§. 6. Hedevigis *Frid. II.* Dan. Regis filia, itidem Electrix Saxon. ibidem ſepulta.

§. 7. Tertia Saxonum e Dania Electrix B. *Anna Sophia*, *Frid. III.* Dan. Regis filia, ibidem ſine dubio ſepulta.

§. 8. Perſonalia & Epitaph. *Gerhardi*, Ducis Sleſw. Embricæ ad Rhenum ſepulti.

§. 9. *Othincarus Senior*, Nob. Danus, inter primos ſine certa ſede Epiſcopos, Bremæ ſepultus. *Ibidem de Othincaro juniore, Epiſcopo Ripenſi, Bremæ olim baptizato, ut & Poppone, miraculoſo Danorum Concionatore & Epiſcop. Arhuſ. Bremæ humato.*

§. 10. *Dietmarus* Danus, Epiſcop. Hildeſſenſis, Hildeſiæ ſepultus.

§. 11. Perſonalia & Epitaphia *Petri Duvini*, Nob. Dani, Vratiſlaviæ ſepulti.

§. 12. *Severinus*, Rya-Cimber, juxta nonnullos Archiepiſcopus Colonienſis factus.

§. 13. Perſonalia *Waldemari*, Dani, primum Epiſcopi Slesvicenſis, inde electi Bremenſ. Archiepiſcopi, in Monaſt. Lycke Dioeceſ. Bremenſ. ſepulti

§. 14. Epitaph. *Henrici a Kalteyſen*, Archiepiſcopi Nidrosienſis in Norvegia, Confluentiæ ſepulti.

§. 15. *Matthias Lupus*. Hafnia-Danus, Archiepiſcopi Magdeburgenſis Suffraganeus.

§. 16. Perſonal. & Epitaph. *Joannis Andreæ Beldenack*, Epiſcopi Othinienſis in Dania, Lubecæ ſepulti.

§. 17 Perſonalia & Epitaph. *Georgii a Schotborg*, Archiepiſcopi Lundenſis, Coloniæ Agripp. ſepulti.

§ 18. Epitaph. *Canuti Schram*, Nob. Dani, Witebergæ.

§. 19. Epitaph. *Petri Rantzovii*, *Frid. II.* Dan. Regis Conſiliarii intimi, ibidem.

§. 20. Epitaph. *Joannis Rantzovii*, *Henr.* fil. Heidelbergæ.

§. 21. Epitaph. *Nicolai Rantzovii*, infelici venatione extincti, Caſſellis Haſſorum.

§. 22. Perſonal. & Epitaph. Eminentiſſimi Aſtronomi Herois Generoſiſſ. *Tychonis Brahei*, Dani, Pragæ Bohemorum cum uxore Chriſtina ſepulti.

§. 23. Perſonalia quædam *Cornificii ab Uhlefeld*, olim Regni Dan Magiſtri, in exiliō extincti & prope Neoburgum ad Rhenum ſub Dio ſepulti.

§. 24. Perſonal. Doct. *Nicolai Stenonii* Dani, Anatomici celeb. ſed apoſtatæ, Oſnabrug. in Weſtphalia ſepulti.

§. 25. Epitaph. Doct. *Jani Scherbecii*, Cimbriæ boreali vindicati, Lubecæ.

§. 26. Perſonalia Celeb. Theolog. Helmeſtad. D. *Georgii Calixti*, Medelbya-Dani.

CAPUT

CAPUT I.

CONTINENS

GESTA ET VESTIGIA DANORUM PER GERMANIAM.

D*anorum per Germaniam Geſta ac Veſtigia, vel ſunt vetuſtiora, vel recentiora.*

Sectio I. Vetuſtiora ſiſtens.

§. 1. *Gemino ut plurimum vocabulo ſalutatur pars hacce Europæi Orbis nobiliſſima,* Germaniæ *ſcilicet &* Teutoniæ, *utrumque, quod heic in limine obiter monemus, e ſeptentrione noſtro accerſere nonnullis viſum: Quod prius attinet, ex antiquiori vocula boreali* Geir, *quod verutum ſive acuminati mucronis gladium notat, Germanos dici quaſi* Geirmannos, *ſeu* Verutorum viros, *exiſtimat* Bryniolphus Suenonius, *eruditiſſimus olim auſtralis Islandiæ Epiſcopus, in* primo periculo Conjectan. in Præfat. Saxonis, *adducto loco* Taciti *de morib. Germanor.* Haſtas, *inquit*, vel ipſorum vocabulo frameas, gerunt, anguſto & brevi ferro, ſed ita acri & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent. *Inde quoque alia profluunt nomina, verbi gr.* Geirhardur, *vulgo Gerhardus, ſive verutum durum,* Geirholdur *vulgo Gyraldus, ſeu veruti tenens &c. vide Lex. Runic. Olavio-Wormianum pag. 41.*

Opiniones nonnullor. de nominum, Germanici, Teutonici & Allemannici, ut & ipſius Germanicæ gentis ex Arctoo orbe Origine.

Germani quaſi Geirmanni.

Circa Teutonicum vero nomen (a Tuiſcone, Germanorum Deo, ut plerique volunt, ortum) ineptiunt nonnulli, ex provincia Danica Thya *promanaſſe, qui-*

An nomen Teutonum de Tydſke ex Thya.

quibus miramur, temere adeo credidiſſe Reſenium *in Atlante Dan. Mſſ.* Ex hoc, *inquit*, tractu originem olim & nomen traxiſſe Teutones, quos noſtrates Tydſke appellant, haud abſimilis vero conjectura eſt. *Hæc Reſenius.* Otto Sperlingius, *filius, Polybiſtor noſtras, in ingenioſa pariter ac erudita de Origine veterum Gallorum a Dite h. e. a Germanis & Septentrionalibus ad Dnn. Collectores Lubecenſ. Novarum litterarior. Epiſtola, Nov. Litt. Mar. Balth. & Septentr. An. 1699. Menſ. Junio pag. 174. ſeq. inſerta, inter alia hæc habet.* Quoniam Cluverius ingenue faſſus eſt, nihil ſibi de vocabuli Theut aut Dit ſignificatione in promtu eſſe dicere, noſtrum eſt, videre nunc, num originem & ſignificationem veram exſculpere poſſimus. Hic Septentrionalium lingua omnino venit excutienda, nam quoniam & Teutones & Galli & Celti omnes ex Septentrione ſe diffuderunt, tanquam ex vagina gentium, per multas in vicinis Regionibus provincias, etiam illic ſcaturigo nominum & linguarum iſtarum eſt quærenda. Hinc eſt, quod Teutones Melæ in media Dania ſeu Codanonia ponantur, nimirum, quod ex ulteriore Septentrione eo usque primum ſedes & nomina propagarint, deinceps per totam Germaniam ſe diſſeminarint, nomenque clarius reddiderint. *Et poſt nonnulla:* Redimus ad Vocem Theut & Dit, unde die Teutſche & Dudſke, nomen adhuc retinent, ac illam æque ex Septentrionalium lingua fluxiſſe probabimus. Eſt enim illis vocula Thiod, quæ magnam gentem & multarum nationum colluviem ſignificat. Hinc in compoſitis Suecia ipſis Svythiod, Svionum gens magna appellatur. Hinc Thiodkonunus Rex multarum nationum dictus fuit, hinc in Ulfilæ ſic dictis Evangeliis Gothicis Thiudans Rex,

Nomen Teutonum ex Septentrionali lingua profluxit & quidem a voce Thiod, id eſt, magna gens.

&

& Rex magnus multarum nationum vocatur, & Thiudanaſſom, Regnum aut Regnum ex multis nationibus conſtans. Hinc Dithmarſchen, Teutomarſia multis olim dicta, quod Teutones illam Marſiam & regionem paludoſam, mari contiguam, occuparint; hinc Didrich nomen Islandis Thiodrekr, quod ſignificat magnum ex magna gente, Rik enim antiquis Septentrionalibus magnum ſignificat, ut Knut hin riker, in Annalibus Septentrionalium, Rex Daniæ celeberrimus &c. Tale nomen eſt etiam Δευδόρι Betoriti filius Sicamber, apud Strabonem l. 7. p. 192. Nihil enim aliud eſt, quam Theudericus, Theodoricus vel Dietericus &c. &c. Islandi diſtinguunt inter Thiod, quod eſt fœminini generis, & ſignificat gentem & naturam, prout dixi, & inter Thiod, quod eſt neutrius generis, & ſignificat Regnum Helleſponticum, ut accuratiſſime obſervavit Gudmundus Andreæ, in Lexico ſuo Islandico: quod me docet, magnam hanc gentem Thiöd ex Helleſponto & Scythia, occidentem verſus in oras Septentrionales ſe infudiſſe, & Thiodingar, Teutones die Teutſchen, ex iis prognatos: nam eæ terminationes non gentem ipſam magnam, ſed ex gente magna derivatos ſignificant, ideoque Thiodungr Lexicon idem explicat Virum generoſum, optimo ſcil. & nobiliſſimo genere ac gente natum, quem Havamal vocat Thiodungs Barn, filium ſcilicet generoſiſſimum, ex ampliſſima ſtirpe natum. Hoc voluerunt Germani indicare, dum ſe Teutones & Teutſche vocarunt, & Galli, cum Ditem ſibi progenitorem jactarent, ſe nimirum ex nobiliſſ. & numeroſiſſima omnium gente prodiiſſe Septentrionalium &c. Nam qui Theut Deum aliquem Septentrionalibus fuiſſe credunt, eumque cultum & adoratum, quin & ab

eo Teutones appellatos, næ illi Septentrionalium antiquorum mores & ordinem in Diis ſuis colendis perſpectos minime habent, qui nullos omnino homines Deos fecerunt, nullas imagines aut ſtatuas eorum præfigurarunt, ſed lucos, arbores, fluvios, ſaxa, ſolem, lunam & aſtra venerabantur &c. &c. &c. Non igitur a viro quodam Theut, Teutones denominatos eſſe ſtatuam, ſed a Theut vel Thiod, gente illa magna, quæ in Septentrione ſedit, multasque ex ſe provincias coloniis implevit. Poſſem hic addere de Allemannis, ex eadem ratione nomen hoc ſibi ſumentibus, qua Teutones a Thiod, nam & Allemannorum vox nil niſi magnam gentem ſignificat, ut Allarff magnam & univerſam hæreditatem; Allthing magnum & univerſale Judicium ac forum hominum multorum confluentium (*NB. ita forum provinciale Islandiæ vocatur*) & quæ ſunt in Septentrionalium lingua notiſſima alia hujus ſignificationis, quæ veram originem Allemannicam complectuntur, eaque omnia, quæ hactenus a ſcriptoribus de Allemannico nomine falſo prodita ſunt, evertunt. Sed nolo hæc nunc urgere, cum peculiarem deſiderent enodationem, qui unicam tantum vocem Septentrionalium Thiod, tam Teutonibus, quam Gallis originem ſuam conſervaſſe propoſuerim exponere, quod nunc haud levibus argumentis me præſtitiſſe confido. Dab. Hafniæ d. xxix Apr. A. CIƆ IƆ CXCIX.

Nomen Allemannicum, unde.

Hæc Sperlingius. Quais addimus locum Alberti Krantzii in præfat. ad Saxoniam, ubi fatetur, nonnullos Saxonum originem a Danis repetere, quorum opinioni ipſe tamen non accedit. Alii, *inquit*, a Danis aut Normannis & regionibus aquilonis gentem derivant. Sed ignorant illi, quod in Dania noſtra oſtendimus, ab annis ante Chriſtum mille inextricabile fuiſ-

Quidam Saxonum originem a Danis repetunt.

fuiſſe odium gentis Danorum ad Saxones, ut facile quivis agnoſcat, non profectos ex Danis Saxones, quos velut perpetuos hoſtes implacabili odio ſint ſemper inſectati. *Et poſtea:* Ex Danis autem non prodiiſſe Saxones, vetuſtum & inextricabile odium invicem prodit nationum. *Argumentum ſatis elumbe ac ficulneum.*

§. 2. *Egreſſos olim ex Cherſoneſo noſtra Cimbros cum Teutonibus junxiſſe ſocietatem, ſociisque hos viribus Galliam Italiamque afflixiſſe conſtat. Audiendus hic* Johannes Lyſcander *Antiqu. Dan. Serm. Dec. quinto.* Teuto-Cimbrica, *inquit*, expeditio omnium maxima & celeberrima fuit, nec dubium eſt, inter præcipuas omnium ætatum rectiſſime numerari tranſmigrationes, & cum bellis graviſſimis humani generis recenſeri, propter magnitudinem præliorum & res varias in fere univerſa Europa pluribus annis peracta, donec tandem hi populoſiſſimi exercitus Cimbrorum, Teutonum, Ambronum victi repreſſique ſunt. Nam etiamſi numerationem non accurate inſtituamus, tamen collatio lucem adfert, exceptis iis, quæ in Germania ſuperiori, Illyrico, Gallia, Hiſpania, maxima geſta ſunt, in ipſo unius Italiæ acceſſu intra biennium plusquam quingenta quinquaginta millia hominum hoc bellum delevit, ſuſtulit, ſervitute oppreſſit &c. *Et poſt nonnulla.* Incurrunt hæc tempora *(quæ ad ann. 112. ante nat. Chriſtum refert)* in ætatem Danai Tertii, Magni Cimmeriorum, Getarum, Dacorum, Saſſonum, Teutonum omniumque aquilonarium gentium Archi-Regis potentiſſimi: Nam licet non ignoremus, quid alii dicant, tamen demonſtrari poteſt, Frothonem Tertium Cimmericum, anno fere quadrageſimo ante natum Dei ex virgine filium, imperii habenas accepiſſe, fuitque hic nepos Danai tertii, paren-

Geſta Cimbror. per German. & Societas Teuto-Cimbrica.

Cimbri in Germ. ſup. maxima gerunt.

parente Fridelivo genitus, quorum uterque regnum feliciter adminiſtravit. Duodecim annos natus erat Danaus tertius, cum poſt patrem aſſumere imperium cœpit. Hujus regalis Juvenis impuberem ætatem contemnentes Tuiſconitæ, bello Danaum petunt, facilem ſperantes victoriam Rege puero, ſed id accidit, ut qui in Cimmeria erant, non igitur omnes pueri fuerunt, acerrimumque exortum ſit bellum, Cimmeriisque Albim opplentes, regnum Tuiſconicum, quod Saſſonum eſt, tum potentiſſimum & ampliſſimum occupaverint.

Expedit. Teuto-Cimbr.

Ibi duorum imperiorum facta eſt conjunctio, quæ propter hanc Cimbrorum, Teutonum & Ambronum ſocialem tranſmigrationem maxime obſervanda. Nam cum in regno Danai pax optima ſequuta eſſet, & populus valde multiplicari cœpiſſet, ut non ſufficerent agri & terræ, magnum ex omni tractu Cimmeriorum & Tuiſconum, cui Danaus præerat, exercitum præſtantiſſimorum bellatorum (Cimmerii ſiquidem omnium gentium ferebantur bellicoſiſſimi, & Teutones, Tuiſcones ſeu Saſſones proximi Cimmeriis, populoſi & fortes præ omnibus Germaniæ gentibus erant) egregie emiſit.

Numerus.

Numerum ad quinquies centena millia hominum exceſſiſſe, ſunt qui auſint dicere, ſed primi erant Cimbri, unde ipſum bellum Cimbricum appellatum eſt, & Ambrones Tuiſconum pars erant, verſus Rhenum non diſtincti a Teutonibus, quibus imperavit Titbrodus.

Reges Cimbror.

Cimbrorum Reges Celeus & Bolo dicuntur, quorum ille præcipuus & ſenior, Cebaldus ſeu Sivaldus eſt. Hic junior filius prioris creditur fuiſſe, & ipſum nomen Olo eſt, quod quidam Cimbrorum Volo exprimunt, unde deſcendit Bolo, fuitque ejuſdem appellationis Rex Dacorum ad Iſtrum, cujus Rom. & Gothici Scriptores meminere. *Idem in anteceſſum pag. 102. Serm. 9.*

in

in iſthæc verba Aventini Hiſt. Bojor. fol. XLII. v. 36. Marſum excipit Gambrivius, idem, ſicut ego exiſtimo, Cimbrus & Cimbreus ob literarum affinitatem & varietatem linguæ a pugnando Kemper, ab ipſo Cimbri conditi ſunt, qui nomen peninſulæ dederunt, Cimbrica Cherſoneſus eſt, nunc Danomarchiam vocamus. Fuere Cimbri fortiſſimi ferociſſimique Germaniæ populi &c. *ita inter alia commentatur:* Cimbrorum ſedes in Cherſoneſo fuit verſus aquilonem, ut ex Strabone, Diodoro Siculo & Ptolomæo præcipue intelligitur. Nec tamen negatum eſt, longius verſus Tuiſconitarum planitiem, horum extenſum fuiſſe regnum, ubi mediterranei Cimbri recenſentur, & Cimbrorum multa genera in littore Balthico. Cum enim fuerint Cimmerii ſeu Cimbri (communiter ſiquidem his vocabulis utimur) omnium Germanorum fortiſſimi & potentiſſimi, non uno regno, una regione, una terra contenti ſunt, ſed & in plurimas gentes derivatum eſt imperium & late in Germania & littore aquilonari regnatum ab iis &c. Cimmericum Imperium omnium aquilonarium & eorum, qui in Germania magna ſunt, ut præcipuum ita antiquiſſimum propemodum videtur &c. *Et p.* 104. Quin etiam & multo poſt tempore Humli & Danai Balthorum ab extremo peninſulæ & mari arctoo ad Tuiſconas etiam dominati ſunt Cimbri &c. Fuit autem inter Alemannos ſeu Tuiſconitas olim indeſinens bellum & Cimmerios, qui Cimmericarum gentium potentiam & imperium ægerrimo ferentes animo, ſemper in occaſiones rerum gerendarum & violentiam intenti erant. Nam olim Cimmerii Tuiſconitas, partim & alias ſubdiderant, partim & alias deprædati fuerant: Perque mediterranea Germanorum ſæpe duxerant exercitus, cum

Cimbri ex Danomarchia.

Cimbri late in Germ. regnant.

Cimbri per German. exercitus ducunt obvia depopulati.

cum orientem ingreſſuri, vicina depopulati ſint, populos in ſocietatem belli & commilitium allicientes. His & ſimilibus cauſis crevere odia, & contentiones exortæ ſunt, ſive ut veteres injurias ulciſcerentur Tuiſconitæ, ſive & ipſi latrocinandi conſuetudine exercitati, in Cimbros expeditionem moverent, creditique ſunt, & regnum & totam gentem voluiſſe exſcindere. Nec virtus aut ſucceſſus initio his defuit, qui Cimbris profligatis, & Rege Cimbrico in conflictu occumbente, magnam adepti ſunt victoriam. At vero nova intervenit alteratio, & Danaus Baltheus a Cimmeriis invitatus, profugos in bellum reducit, totiusque regni Balthici robur ſimul in communes hoſtes convertit, feliciterque de iis triumphavit, ſtatim etiam ſubjecit, additis impoſitisque præſidiis & regno Cimmeriorum in ſua manu conſtituto &c.

Reliqu. & veſt. Cimbror.

Cimbrorum veſtigia quod attinet, addenda ejusdem Lyſcandri verba Serm. III. pag. 14. Manifeſtum autem in Sermonibus expeditionum fiat, omnes aquilonares gentes & præcipue eas, quæ Cherſoneſum inhabitant, ad quas iter terreſtre patet, irritatas & anguſtiis locorum & Teutonum fortuna, bello occupaſſe vicina maritima ab Albi ad Viſtulam, ubi & verſus ulteriora Tuiſconitarum fere omnes gentes invenimus, quas jam in Cimbria recenſuimus. *Hæc Johannes Lyſcander.*

Comites de Cimmern in Suevia.

Author eſt Wolfgangus Lazius L. 8. de migrat. gentium, dari adhuc in Suevia Cimbrorum reliquias, Comites enim de Cimmern genealogiam ſuam extendere ad Cimbros Danicos, qui ſtrage Mariana ſuperſtites, in ſylvam ſe receperint Hercyniam, indeque principes inſignium Danicorum partes ſuo in inſigni oſtendere. Verba Lazii hæc ſunt pag. m. 463. Genealogia Dominorum & Comitum a Cymbern, a Cymbrorum reliquiis ex Dania in

Mar-

Martianam, ſive Hercyniam ſilvam profectis, qui eadem cum Daniæ Regibus inſignia retinent. A Cymbris porro in nigra ſylva pleraque ſuperſunt loca denominata, Waldzymern, Herrenzymern, Anciazymern, Rotenzymern, Hayligenzymern, Marſchalkhszymern. *De ætate horum Comitatuum vid.* D. Phil. Jac. Speneri *Oper. Herald. Part. 2. Libr. 3. Cap. 12.* Claudius Chriſtophori Lyſcander *in Geneal. Reg. Dan. p.* 21. Findes endnu in ſylva nigra, ſom udi Fortiden vor en Deel af fornæfnte Sylva Harcinia, Det Cimberſke Greffuedom og Greffuelige Herſtamme, Greffue Verner og hans mangfoldige Efftterkommere til Froberum Chriſtophorum og hans Børn, ſom lever i vor Tid, oc til et Vartegn og evigt Vidnesbiurd, at de ere ikke alleene de Cimbrers udi Julland, men ogſaa Norbaggernes, deres Slect oc blodsforvant, fører de endnu den Norſke Løve og Briede udi deres Vaaben. Joh. Aventin. *Hiſtor. Bojar. fol. 47. v. 15. de Venedis Cimbriſque.* Ab ultimis terrarum oris proficiſcuntur. Pars in Hercyniam ſilvam, ubi Boji habitarunt. Pulſi a Bojis Cimbri, Danubium tranſmittunt, in Illyrico Norico Gallogræcos condunt, in Italia Venetos. Alia Cimbrorum manus, Sarmatis domitis, ad oram Meotis lacus perrexit. *Obſervatu digniſſima ſunt verba celeberrimi* Thomæ Bartholini *filii, Ant. Dan. Lib. II. C. IX. p. 484.* Cimbri publicam venerationem æneo ſuo Tauro impendebant, ſignum militare inſuper taurino capite exornantes, ſi Johanni Strelovio in præfatione Chronici Guthilandorum fides erit; quod ſi evicerit, honoratius multo inſignia Principum Mechlenburgenſium peterentur e Dania, unde præcipua certe decora ſua habuerunt, quam ex putida Anthy-

An inſignia Megapolitana Tauro Cimbrico originem debeant?

rii ad Obotritos navigatione, cujus navim bucephali caput in prora, gryphum in puppi oſtentaſſe, fabuloſe comminiſcuntur, quos diarium flexuoſi itineris in complementum fabulæ non adjicere, dolendum eſt. Attamen nè & nobis objiciatur, tantam rem nulla prævia antiquitate ſtatuiſſe, Plutarchi id aſſertum facit libellus, de origine & rebus geſtis Cimbrórum, ex Bibliotheca Rantzoviana, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto editus: Plutarchus ſcribit, in vexillis Cimbrorum depictum fuiſſe caput tauri, quod nunc quoque Ducum Megapolenſium eſt inſigne. Mihi, qui Plutarchum forſan cum ſufficienti cura nec dum perlegi, adhuc illud in optimo ſcriptore non animadverſum, cujus authoritas omnem dubitationem eximeret &c. *Cel.* Joh. Jac. Maſcou Geſchichte der Teutſchen, Leipzig 1726. *Lib. I. p. 13. in not. ad §. XIII.* In einem Tractat, der vom Urſprung der Cimbren 1594. herauskommen, unter dem Titel: Libellus de Orig. & reb. geſt. Cimbrorum, ſtehet zwar, Plutarchus ſcribit in vexillis Cimbror. (&c. ut ſupra) Es findet ſich aber dieſes beym Plutarcho nicht, zum wenigſten ſtehet es nicht in Vita Marii, wo er am ausführlichſten von den Cimbris handelt. Johannes Strelovius ſchreibet in der Vorrede zum Chronico Guthilandorum, die Cimbern hatten desgleichen Bild öffentlich verehret, und zu ihrem Feld-Zeichen einen Ochſen-Kopf, wie die Römer einen Adler, gehabt. Es iſt aber auch dieſes in Ermangelung älterer Zeugniſſe, für nichts weiter, als für eine Muthmaßung anzunehmen. Sonſt hätte Thomas Bartholinus in ſeinen Antiqu. Danicis lib. 2. C. 9. p. 484. gleichfalls groſe Neigung, den Ochſen-Kopf im Mechlenburgiſchen Wapen hiervon abzuleiten. *Optandum eſſet, ut affectum beati* Thomæ Broderi

Bircherodii *Prof. Othiniani celeberrimi, de Tauro Cimbrico opuſculum lucem vidiſſet publicam, de quo* Trogill. Arnkiel *Cimbriſche* Heyden-Religion *lib. 3. Cap. 7. §. 8.* Der Herr Profeſſor ſchreibet, daß er vier oder fünf dergleichen Ochſen-Bilder von Erz überkommen, ſo ihm Anlaß gegeben, die Feder anzuſetzen, und ein abſonderlich Werk von dieſem Cimbriſchen Ochſen auszugeben, den bemeldten Ort des Plutarchus (*ſcilicet p. 419. ubi de Cimbris loquitur:* Barbari autem præſidium trans Atheſin adorti, ceperunt, militesque, qui impoſiti fuerant, quum geſſiſſent ſe fortiſſime, atque ex dignitate patriæ decertaſſent, reveriti virtutem eorum, datis induciis, dimiſerunt, æneum taurum jurati, quem poſt ſub pugnam captum in domum Catuli ferunt, tanquam victoriæ primitias delatum fuiſſe. *Conf.* Ol. Borrich. *in Ant. Urb. Rom. fac. cap. 7.*) zu beleuchtigen. Gott wolle dieſen Gelehrten und in den Cimbriſchen Antiquitäten wohlbewanderten Mann noch viele Jahre erhalten, damit er ſeine vorhabende curieuſe Werke vollenden, und der gelehrten Welt mittheilen möge. *Sub hoc taurini capitis ſymbolo bicornem lunam a majoribus noſtris cultam, in ſuperioribus tradidit* Arnkilius.

Cimbri æneum taurum jurare conſueti.

Sub ſymbolo taurini capitis Lunam colentes.

§. 3. *Pugnaciſſimos Gothos Septentrione noſtro ſe in Germaniam olim effudiſſe, victricibus armis late graſſatos, neminem fugit. De illorum per Germaniam geſtis nonnulla hic Autorum adducenda veniunt teſtimonia.* Philippus Callimachus Florentinus *in* Attilæ vita *conſcripta An. 1505. & poſtea ex MS. quod ſervatur in Bibl. Windebonenſi, impreſſa auſpiciis Lazarini Ariminenſis, inter alia ſic habet:* Gothos ſive agri inopia laborantes, ſive benigniorem cœlo terraque patriam quærentes, Berich Duce, ingenti

Geſta Gothor. per German.

 inul-

multitudine originum ſuarum inſulis advectos, excepit prius id littus Germanici oceani, cui hodie quoque nomen eſt Gothiſcanzia. Qua regione etiam poſtea improbata, ſub Philimiro, quinto a Berich Rege, pulſis indigenis Ulmerugorum terras occupavere, deinde viribus armisque adaucti, cæteras omnes fere terras, orbisque partes varia bellorum fortuna eventuque pervagati &c. *Hunc Berich alii Beriконem vocant, noſtrates Ericum, de quo* Claudius Lyſcander *in Geneal. Reg. Dan. pag. 54.* Erich, (ſom de fremmede og udlendſke Hiſtorici kalde Bericum og Bericonem) en mectig fornemmelig Herre, og Høffding iblant de Gother &c. *Et p. 56.* Der Erich fick diße Tidender giorde hand ſig ſtrax færdig gick tilp Skibs og lagde ind under Prytzen og der med væbnet Haand mectig indtog Landet, ihielſlog og fordrev Indbyggerne oc der igien nedſette ſig med ſit Folck, førde ſiden Krig med omliggendes Naboer de Pomerer, Poler, Mechelburger &c. og med ſtoer Lykke nidtog paa kort Tid en gandſke Part udi Venden oc hoffde ſiden ald den Stund de boede det i Landet, idelig og aarlig Krig med de omliggendes Naboer. *Nituntur hac relatione* Jornandis, *Gothorum Epiſcopi, qui de Geticæ ſ. Gothicæ gentis origine inter alia:* Meminiſſe debes, me initio de Scanziæ inſulæ gremio Gothos dixiſſe egreſſos, cum Berich ſuo rege tribus tantum (*ubi* Peringskioldius *legendum putat* III^m *hoc eſt ter mille*) navibus vectos ad citerioris Oceani ripam &c. *Ex Compendio ſive Breviario primi voluminis Annalium ſive Hiſtoriarum* Johannis Trithemii, *de origine gentis Francorum, Pariſiis 1539. hæc habe. Pag. 9.* Anno regni Dioclis duodecimo Anno CCCXLIX. ante Chriſtum

Gothorum ſub Bericone impetus in Boruſſiam, Poloniam, Pomeran. Megapol.

ſtum natum, egreſſa eſt multitudo gentis Gothorum de inſulis Scanzianis, quæ nunc Gothicæ dicuntur, & Saxonum finibus infuſa, graviſſimam cœpit exercere devaſtationem, ferro & igne conſumens, quicquid potuit invenire. *Et pag. 22.* Anno tertio regni Franci, qui fuit ante Chriſti nativitatem tertius & triceſimus, Gothi fines Saxonum occupant decennio. Verum cum Gothi quotidie magis ac magis ad interiora Germaniæ irrumperent, Saxones cum Theutonibus tandem neceſſitate compulſi, bellum in eos movere ſtatuerunt. Convocatis in auxilium juxta compacta ſociis, Sicambris atque Doringis, exercitum ducentorum ac triginta millium virorum ad prælium eduxerunt. Scanziani autem, qui & Gothi, convocatis & ipſi ſociis, innumerabilem multitudinem Germanis venientibus oppoſuerunt. Bellum atrociſſimum in eo loco, qui dicebatur Colmaſus, inter partes committitur, & cadentibus hinc inde multis, a mane usque ad noctem Marte ancipiti pugnatur. Poſtremo victi ſunt Gothi, & plusquam octoginta eorum millia peremti, cæteri fuga lapſi, cum liberis & conjugibus in priſtina latibula ſunt reverſi. *Pag. 30.* Gothi denuo Saxonum fines invaſerunt Anno Chriſti 90 circiter. *Pag. 31.* Fugatis denuo de Saxonia Gothis, Franci cum Germanis atque Theutonibus conſilium habuerunt, inter ſe diſquirentes, quemadmodum Gothis & Scanzianis populis reditum in fines Saxonum ſive Germanorum deinceps poſſent interdicere &c. *Et poſtea:* Anno ante Chriſti nativitatem 337, Gothi immenſa prope multitudine ex inſularum Scancianarum clauſtris in Sicambriam irrumpunt, Saxoniamque attingunt. *Sebaſtianus Munſterus Coſmographiæ lib. 3.* In deſcribenda Germania, in primis viſum fuit, oſtendere,

Gothi Saxoniæ infuſi.

Gothi Saxoniam decennio tenent.

In viſceraGermaniæ irrumpunt.

Conflictus inter Gothos & Theutones.

Gothi a Saxonibus victi.

In Saxon. rurſus effuſi.

Gothi ex Scandia iterum erumpunt.

Gothi ſuperiorem Germaniam afflixere.

qui fuerint & unde venerint Gothi, Vandali & Huni, quod illi olim ſuperioris Germaniæ habitatores ſæpe afflixerint, plurimumque incommodaverint, id quod omnes ſcribunt Hiſtorici, ſimulque teſtantur, pro magna parte illos genere & origine aut Germanos fuiſſe, aut Germanorum vicinos &c. Nam

Unde Gothi orti.

hi populi orti ſunt ex inſula Scandia, ſive Scandinavia, quæ poſtea appellata eſt Gothia &c. Joh. Aventinus *Hiſtor. Bojar. fol. 79. v. 30.* Sub idem tempus, poſt Arioviſtum in Germania orientali imperavit Bœrobiſta, genere Dacus, qui populares ſuos Dacos & Gothos, crebris hactenus & bellis & cladibus attritos, victos, ſobrietate & obedientia recreandos curavit, & quotidiana armorum meditatione laborumque patientia inſtructos eo promovit, ut facile cæteris Germaniæ populis anteirent, uſus eſt avito more ſuæ gentis, ſacro conſultore viroque fatidico, Diceneo quodam Mago, qui diu in Ægypto peragraverat. Hujus conſilio vites exciſæ, vitamque abſtemiam ſine vino degere, decretum eſt. Bœrobiſta his bonis ſuorum artibus fretus, latiſſimum intra paucos annos reperit imperium, finitimis omnibus ſubactis, Danubium trajecit, ipſum Julium Cæſarem, mundi domitorem victoremque gentium, populorum armis laceſſere auſus, Macedoniam Thraciam, Illyriam, provincias Rom. ferro & flamma vaſtavit, Apuliam deinde paravit intrare, maximum terrorem Italiæ & populo Rom. incuſſit, Bojos, qui antea Danubium, Arabonem & Dravum ſedes 150 annos habuerant, in Germaniam magnam traduxit, inter flumina Thiram, & Boriſthenem & Viſtulas, finitimasque regiones diſtribuit, ubi nunc Roxolani, Bolii, Bodolii, Ungari, Muldavii, Valachi nominantur. Habitaverunt ibidem Boji commixti Baſter-

Bœrobiſta Dacus in orientali German. regnat.

Temperantia Gothor.

Bœrobiſta Dacus Jul. Cæſar. laceſſit.

ſternis, Gepidis, Alanis, Vandalis, Quadis & dicto obedientes fuerunt Regibus Dacorum, quos & Getas & Scythas vocant, nos Danos & Gothos appellamus. Ipſine Boji Duces an Reges poſtea habuerint, nemo tradit; apud Scriptores ne Bojorum quidem nomen auditur, quicquid geſtum eſt, Gothis attribui ſolet, quorum magnitudo Bojorum nomen obſcurum reddidit. *De hac Bœrobiſta vide* Nicol. Petræ[illegible] *Tractatu de Cimbr. Gothorumque origine* & Claud. Lyſcandr. *in Geneal. Reg. Dan. quibus Danice audit Böre vel Byrge*, Biſter *ſive* Byrgo Atrox, quod hoſtibus formidabilis extiterit. *Obſervanda hic omnino verba* Martini Zeileri, *in præfat. ad Deſcript. Sueciæ*, Ulm 1650. Die Lithauer wollen, daß der gemeine Pövel unter ihnen von den Gothen herkomme (*quaſi hæc origo nobilioribus foret rubori, qua ipſi Reges Hiſpaniæ gloriantur, ut alibi monſtravimus*) und werden auch noch itzt die Inwohner der Ungariſchen großen Grafſchaft Zips, ſo Deutſch reden, von denjenigen Gothen, ſo man die Gepiden genannt, hergeführet. Was aber unſer Deutſchland anbelangt, ſo ſchreibet Angelus Roccha, in commentar. de Biblioth. Vaticana, in append. de Dialectis p. 325. Daß heutigs Tags, aus allen Gothiſchen Völkern in Deutſchland, keine mehr, als die Steyermärker, und die Thüringer, noch übrig ſeyen. Und zwar, was meine Landsleuth, die Steyrer betrifft, die man von den Scyris oder Schyrer, herführen will, ſo werden ſolche Scyri, weil theils derſelben mit den Gothen aus Preußen mit fortgezogen ſeyn, vom Procopio austruckentlich unter die Gothiſche Völker gezehlet, davon ein mehrers beym Micrælio lib. I. Die Thüringer betreffende, ſo will itzt beſagter Micrælius zwar auch, daß ſie ein Gothiſch Volgg geweſen ꝛc. Im

Boji Danor. Regibus parent.

Daci Dani.

Illuſtre Gothor. nomen.

Bœrobiſta quaſi Byrge Biſter, ingenioſe magis quam vere.

Reliquiæ gentis Gothicæ in Polonia, Ungaria.

In Stiria & Thuringia.

1 Buch am 104 Blatt ſchreibet er, daß die Thüringer eben die Curcilinger ſeyen, die anfänglich in der Mechlenburgiſchen und Pommeriſchen Gegend, weyland gewohnet ꝛc. Goudanus libr. I. de reb. Batavicis fol. 5. vermeynet, daß die Thüringer diejenigen ſeyen, welche Plinius Cimbros mediterraneos nenne. *Quin Thuringos Gothicæ originis eſſe documento ſit.* Gotha, *celebris Thuringiæ civitas, Gothici nominis conſervatrix. Claudimus hanc noſtram de Gothorum per Germaniam rebus geſtis paragraphum, egregia illa, modo vera obſervatione, de* Attilæ *Hunnorum Gothorumque Regis, non ſolum Germaniæ, ſed totius olim Europæ horroris, antiquis Germanorum cantilenis heroicis decantatiſſimi, titulo Regio, Danicæ Gothorum originis teſte, quem talem fuiſſe memorat* Nicolaus Olahus *in* Attila: *in* Antonii Bonfinii *rerum Ungaricarum decade prima poſt librum VI. ed. Francof. 1568. fol.* Titulus, *inquit*, Attilæ, quo utebatur, erat: Attila filius Bendegigicz, nepos magni Nemroth, in Engadi nutritus. Dei gratia Hunnorum, Medorum, Gothorum, Danorum Rex: metus orbis. Cui poſterioribus temporibus propter verba eremitæ adjecit, flagellum Dei. *Olahum ſequitur* Michaël Ritius *lib. I. de Regibus Hungariæ p. 841.* In epiſtolis diplomatibusque ita ſe inſcribebat. Atila, filius Bendecuci, nepos magni Nembroth, nutritus in Engaddi. Dei gratia Rex Hunnorum, Medorum, Gothorum, Dacorum, metus orbis & flagellum Dei. *Verum fides hic Olahi ſe minus probavit Cel.* Maſcovio, *qui loco antea citato pag. 427. ita cenſuit:* Im übrigen ſind dieſe Titulaturen aus eben der Canzeley, aus welcher Olahus Attilæ Wapen bekommen cap. 3. Inſigne tam in ſcu-

Thuringi Cimbri mediterranei Plinio dicti.

Urbs Gotha, Gothici nominis conſervatrix.

Mentio Danor. in titulo Attilæ Gothorum Regis.

Confunditur hic ni fallor, ut ſæpius alibi, nomen Dacicum.

Inſignia Attilæ.

ſcuto; quam velis gerebat aſtirem avem, coronam in capite geſtantem.

§. 4. *Demonſtravimus in ſuperioribus Capite 3. de Hiſpan. & Portugall. gentem Vandalorum, quam Grotius aliique præſtantiores ſcriptores Vandaliæ noſtræ Cimbricæ vulgo* **Wendſyſſel** *nomen debere arbitrantur, originis Arctoæ fuiſſe, Procopio graviſſimo Romanor. hiſtorico, populum Gothicum ſalutatam. Hic aliquid monendum erit de illorum in Germaniam immigratione, fixis ibidem ſedibus ac rebus geſtis:* Joh. Lyſcander, *Antiq. Dan. Sermone Tert. p. 11.* Ex hac terra (*ſc. Vandal. Cimbrica*) a multis educuntur Vandali, quos autores teſtantur olim ex Scandicis inſulis in Germanicum littus ob inundationem Oceani tranſiiſſe. Pontanus *libr. 2. pag. 58.* Nec illud modo, ſed nova ab ipſis (*de Danis loquitur*) regna novosque principatus, inductis prioribus, extra proprii regni pomœria conſtitutos. Nam antiquato Cimbrorum vocabulo, protulit mox idem hic tractus Rugos ſuos, Gothos, Vandalos, qui & Romam & imperium totum perſundedere. *Hæc Pontanus: Egregium nobis ſuppeditat teſtimonium* Johannes Trithemius, *in Annalib. & Hiſtor. Francorum, Pariſiis 1539. pag. 61.* Anno poſt nativ. Chriſti CCCCX, indictione Romanorum octava: Francis odium Romanorum & Gallorum diſſimulantibus, Carolus Rex Wandalorum, cum innumera populi multitudine de inſulis Scanzianis, ſive ut nunc vocantur, Gothicis egreſſus, iter fecit per Germaniam & Saxoniæ fines, Rhenoque Francorum conſenſu transmiſſo, Galliam intravit, & vaſtata per gyrum regione, indigenas terræ graviter afflixit &c. Moguntiam urbem Cisrhenanam cum habita-

Vandalorum per Germ. geſta.

Vandali ex **Wendſyſſel** nomen trahunt.

Vandali ex Scandia noſtra egreſſi.

Moguntia.

bita-

bitatoribus cunctis delevit, incendit ac funditus deſtruxit. Deinde Wormaciam, poſtea Spiram ſimili furore aggreſſus, interfectis civibus cunctis, quos reperit, ſubvertit. Inde movens Trevirorum antiquiſſimam urbem Cismoſellanam, obſedit, cepit, & vix paululum a clade Francorum reſpirantem deſtruxit. A Treveri movit ad urbem Metenſem, quam muro divino mirabiliter nutu ruente, cepit, ſubvertit, cunctis habitatoribus ejus necatis &c. *Et poſtea pag. 64.* Sunt autem Wandali, Alani, Svedi ſive Svedi, Gothi quoque, Longobardi & Normanni origine pares. Quantum ad patriam nationis pertinet primitivam, ex Germaniæ finibus & inſulis Scanzianis, ſive Scandianis, quæ nunc Gothia, ſub quatuor aut quinque diſtinctionibus dicitur, a principio transmigrationis oriundi. *Ubi Tritbemius accuratiſſime per quatuor illas aut quinque Gothiæ diſtinctiones intelligit Gothias Danicas ſ. Jutias auſtralem ac ſeptentrionalem (licet nomen Danicum hic non expreſſe nominaverit, quippe quod nomine Normannorum, Danis ut alibi probavimus, proprie ab Auctoribus aſſignato, comprehendit) & Svecicas, orientalem & occidentalem, quinum denique numerum abſolvente inſula Gothlandia. Quasnam Vandali noſtri poſt emigrationem ex Scandia ſedes in Germania tenuerint, docet celeb.* Maſcou Teutſch. Geſchichte. VII. Anmerkung von den Vandalen insgemein *p. 27.* Die älteſten Spuren von ihrer Wohnung finden ſich an der Oſt-See, und der Elbe. Jornandes, der ſich hiebey auf Dexippum beziehet, ſchreibet, daß ſie an der See gewohnet, ehe ſie nach Dacien gekommen. Dio aber ſetzet den Urſprung der Elbe in montibus Vandalicis libr. LV. init. de Druſo: Omnia populando ad Albim usque perrexit: qui ex Van-

Wormacia & Spira a Vandalicis ſeu Danis.

Urbs Trevers. obſeſſa & expugnata.

Vandali, Goth. Longobardi, Normanni ejusdem origin.

4. vel 5. Gothiæ diſtinctiones.

Sedes Vandal. in Germ. poſt emigration. ex Scandia.

Vandalicis montibus profluens, in Oceanum ſeptentrionalem magnus admodum factus effluit; Welcher Fluß, wie bekannt, in Schleſien nahe an der Böhmiſchen Gräntze entſpringet. In der Tabula Peutingeriana werden die Marcomanni an der Donau, und gleich hinter ihnen die Vandali geſetzet p. 28. Die Vandalen zogen ſowohl, als die Gothen von Norden her nach der Donau zu, um in die Böhmiſchen Provinzen einzubrechen ꝛc. Als Kayſer Aurelianus Daciam verlaſſen, und die Römiſchen Einwohner herausgezogen, breiteten ſich die Vandalen, ſo wohl als die Gothen in ſelbiger Landſchaft faſt ungehindert aus ꝛc. Am merkwürdigſten iſt die Niederlage, welche ſie im vierten Seculo, ungefehr zu Anfang, von Conſtantini M. Regierung erlitten. Ihr König Viſumar ward von dem Könige der Gothen, Geberico, geſchlagen, und blieb ſelbſt im Treffen. Jornandes ſchreibt, daß ſolches an dem Fluß Maros fürgefallen, und die Gothen ſich darauf des Landes der Vandalen bemächtiget. Dieſer Umſtand giebt uns einiges Licht von der damaligen Wohnung beyder Völker. Denn der Fluß Maros entſpringet im Carpatiſchen Gebirge, und durchſtreichet das itzige Siebenbürgen, ſamt einem Theil von Ungarn, bis er bey Sigeth in die Theiß fällt. *Ubi ſubjungit Notam de Viſumaro Vandalorum Rege, Wiſmaria eponymo habito:* Dieſen König Viſumar rühmet Nicolaus Mareſchalcus, als den Erbauer der Stadt Wismar. Ich weiß aber nicht, ob er andere Spuren gefunden, als die bloße Gleichheit des Namens. *Et pag. 30. quod probe obſervandum.* An ihre Stelle ſind die Slaven oder Wenden eingerücket. Daher verwechſelt man insgemein die Vandalen und Wenden, welche letztere in den mittlern Zeiten faſt durchgehends zu Latein

Montes Vandalici in Sileſia.

Vandali Daciam occupant.

Viſumar Vandal. Rex a Geberico Gothor. Rege cæſus.

Viſumar Rex Vandal. eponym. Wiſmar.

Vandalis ſuccedunt Sclavi & Venedi.

tein Vandali genennet werden. Alſo kommt der Name der Vandalorum noch in denen Tituln einiger Könige und Fürſten für, welche eigentlich von dieſen Wenden zu verſtehen. Doch kann es ſeyn, daß wirklich einige Vandalen unter den Wenden ſich erhalten. *Circa titulum Regis Daniæ Vandalicum hic ſubnectenda verba* Pontani, *Deſcript. Dan. Chorographica, p. 711.* Et ipſi quoque Danorum Reges ſe inter alia, non Gothorum modo, ſed & Vandalorum Reges ſolenni titulo ſignificent, vel quod ſibi gentem ſubjecerint, vel etiam, quod a ſe ſuisque ditionibus origo ejus ac conditores exiſtant volentes innuere &c. Meurſius *vult, Frothonem III. primum hunc ſibi titulum aſſumpſiſſe, quod Huitfeldius tribuit Regi Canuto II. Quæ vero de Sclavis ſeu Venedis aut Vandalis poſterioribus dicere habemus, alii loco reſervamus.*

Vandalicus Regum Daniæ titulus ad originem Vandal. alludit.

Quis Regum hunc primus aſſumpſerit?

Graſſatio Gadegiſili Vandal. Reg. per Germ.

De Gadegiſili, Vandalorum Regis, per Germaniam graſſatione, ita Pontanus *Hiſtor. Dan. libr. 2.* Eodem pene tempore (CCCCVI.) Gadegiſilus Vandalorum Rex, ſive Stiliconis, qui & ipſe Vandalorum erat genere editus, hortatu ſive exemplo Radagiſi (Gothorum Regis) provocatus, non Italiam, ut Gothi, ſed Galliam ſibi invadendam propoſuit &c. Itaque cum Vandalis & Alanis e Scythia egreſſus, aſſumptis etiam Quadis, trajectoque Danubio in Germaniam ſe effudit. Quam dum peragrat, populos ejus ſive ſpe prædæ illectos, ſive metu direptionis perculſos, ſecum adduxit Marcomannos, Herulos, Suevos, Alemannos, Saxones. Cumque his citato agmine ad Rhenum progreſſus, fruſtra ſeſe opponentibus Francis, amnem transmiſit, pridie Kalend. Januar. (CCCCVII.) Honor. VII. Theodoſio iterum COSS. Effuſi hoc modo in Germaniam primam, Bel-

Germania & Belgium a Van-

Belgicamque ſecundam, late omnia vaſtare inſtituunt. Moguntiacum multis mortalibus in eccleſia trucidatis, everſum eſt. Vangiones diu obſeſſi, in deditionem adducti. Rheni, Ambiani, Attrebates, Morini, Tornacum, Nemetes, Argentoratumque direpta, inde in Aquitaniam progreſſi &c.

dalis afflict.

Moguntia, Argentorat. ſpoliat.

Albertus Krantzius *Saxon. libr. I. p. 27.* Stabat hoc in rerum ſtatu Saxonia non diu, nam eodem regnante Francis Dagoberto, Wandali (quos nonnulli corrupto vocabulo Winulos dixere) quum adhuc vicinam tenerent provinciam, quæ nunc terra Brunſwickcenſis eſt, cum vicinis Eccleſiarum prædiis, diſſimulantibus (neſcio ſi etiam ad eam rem invitantibus) Saxonibus, ut per occaſionem excuterent jugum Francorum, irrupere in Thuringiam, tum Francis parentem. Gens erat viribus non contemnenda, exemplum ſecuta congentilium ſuorum, qui ſæpe, tranſito Rheno, res magnas peregerunt: quod in Wandalia noſtra explicuimus. Sed tum Saxones, miſſo ad Dagobertum, Francorum Regem, nuncio, cum illo egerant, ut ſi armis ſuis pellerent Winulos (gentem Wandalor.) de Francorum provincia tributo liberi & amici Regis in reliquam ſcriberentur. Accepere conditionem Franci Saxonesque, contractis ad eam rem armis, pro arbitrio ſponſionem impleverunt &c. *Plura de Vandalis volentes, accedant laudati* Crantzii *Vandaliam, ſed cum grano ſalis legendam, ſiquidem Vandalos antiquiores cum Venedis ſeu Sclavis ſæpe confundit. Colophonis loco unicum hic locum adjiciemus ex* Caſp. Danckwerth *Deſcript. Ducatuum Sleſvici & Holſat. Cap. VII. pag. 41.* Der Name Vandali wird bey den Scribenten ſehr ungleich genommen. Tacitus nennet zwar die Vandalios,

Vandali olim agrum Brunſwicenſ. tenebant.

In Thuring. irrumpunt.

Magna Vandalor. & popular. in German. geſta.

Saxones Vandalos pellunt.

Crantzius notatus.

Vandalorum

leget

diverſæ appellationes.

leget ihnen aber keine gewiſſe Landſchaft zu. Plinius nennet ſie Vindelos, und begreiſt unter dieſem Namen die Varinos, Burgundiones, Guttones &c. Dahero Cluverius alle Völker an der Oſt-See, von der Trave an, bis an die Weichſel Vandalos nennet. Sie heißen auch Vinuli oder Winuli, wiewohl Adamus, Helmoldus, Cranzius dieſen Namen den Venedis oder Wenden mit Unfuge zulegen. Abſonderlich wurden zur Zeit der Zerrüttung des Römiſchen Reiches Vandali genannt, die drey Völker Eudoſes, Svardones und Nuithones, welche ich kurz zuvor in Holſtein, in das Wagerland, Niederſachſen und voran in

Nomen Vandal. derivatur a Danico **Wand** aqua.

Mecklenburg geſetzet habe. Der Name Vandali iſt ohn Zweifel von dem alten deutſchen Worte, **Wand**, welches noch heute zu Tage in der Däniſchen Sprache Waſſer bedeutet, entſtanden, dieweil ſie am Waſſer an der Oſt-Seekant gewohnet haben, welche aus dieſem ihrem Vaterlande ſich begeben, Gallien und Hiſpanien durchſtreifet, Africam eingenommen, und eine Zeitlang beſeſſen, und daraus von der Kayſerinn Eu-

Roma a Vandalis occupta & direpta.

doxia gefördert, die Stadt Rom eingenommen, und vierzehen Tage aneinander geplündert etc. Die Wandalen ſeynd endlich vom Kayſer Juſtiniano, durch deſſen berühmten Feld-Obriſten Beliſarium, in Africa aufs Haupt erlegt, ihr letzter König Gilimer gefangen, zum Triumph gen Conſtantinopel geführet, und alſo ihr Königreich zu Grunde gerichtet worden. *Hactenus Danckwarthus, qui cum per Vindelos Plinii intelligat Vandalos, probabile videtur, eosdem Vindelicorum nomine comprehendi, unde* Augsburg *præclara*

Auguſta Vindelicorum id eſt Vandalor.

Germaniæ Urbs appellatur Auguſta Vindelicorum, *adſtipulante hic nobis* Johanne Lyſcandro, *Antiqu. Dan. Serm. Tert. p. 12.* de Vandalis loquens. Credendum eſt, collectitiam fuiſſe manum, ex omni aquilone,

& no-

& nomen Vandalicum a tota cohorte aſſumptum, quod exponitur Danice **Vanderſkaren** ſive migrantium turba, obque id appellatio iſta non recte huic provinciæ (*ſc. Vandaliæ Cimbricæ* **Wend-Syſſel**) alligatur, quæ commodius priſcis Vinnilia dici conſvevit, at attuliſſe eam exercitui Vandalico Vinnilios ſeu Vinulos, populum magnum & fortem exiſtimare licet: Neque fortaſſe longius petitum eſt, ſi inde Vindelicos prodiiſſe quis dicat, quos ajunt authores ex Cimbris & eorum uxoribus natos & fundatos eſſe, quas Amazonas dixit antiquitas.

Alia deriuatio nominis Vand.

Vindelici ex Cimbris nati dicuntur.

§. 5. *Demonſtravimus pariter in ſuperioribus, Tom. I. Cap. 2. de Italia, Longobardos Italiæ domitores fuiſſe Winulos noſtros, Ebbone & Acbone Ducibus ex Dania egreſſos in Germaniam, ibidemque veteribus Longobardis devictis, illorum ut ſedes, ita nomen occupaſſe, ulterius deinde victricibus armis graſſatos. Qui Longobardorum hiſtoriam ſcripſit Longobardus ipſe* Paulus Diaconus, *ex Scandinavia fatetur egreſſos: Cap. 2.* Pari etiam modo, *inquit*, & Winilorum, hoc eſt, Longobardorum gens, quæ poſtea in Italia feliciter regnavit, a Germanorum populis originem ducens, licet & aliæ cauſæ egreſſionis eorum aſſeverentur, ab inſula, quæ Scandinavia dicitur adventavit, cujus etiam Plinius Secundus in libris, quos de natura rerum compoſuit, mentionem facit. *In editione Lindenbrogiana ita legitur:* Originem ducens e Scandinavia Baltei, ſeu Baltici maris inſula, novarum ſedium quærendarum gratia, ob multitudinem profecta eſt, licet aliæ cauſæ egreſſionis ejus aſſeverentur. *Hanc vero gloriam, pro ſuo more, ſibi ſolis arrogare ſatagunt Germani, qui intelligentes ſe ex Longobardo hocce Scriptore criminis falſi*

Longobardorum noſtratium e Dania in Germaniam migratio, eorumque geſta, ſedes & veſtigia ibid.

Germani Longobardici nominis gloriam

ſibi arrogare nituntur. *falſi convictum iri, ſagaci ſatis conſilio, fabulas Veteratorem centonesque farcire clamant, quatenus ſcilicet Longobardos ex Scandinavia educat, oracula vero dare, quoties abſolute ex Germania prodiiſſe, monet, absque reſtrictione ad Germaniam ſeptentrionalem, quam intelligit, ſeu Scandinaviam. Id quod* πατριδομανίαν *inſignem ſpirare, in confeſſo eſt. Cel.* Joh. Jac. Maſcou teutſche Geſchichte *XXIII.* Anmerkung von den Longobarden *p. 145.* Ich habe oben XI. 49. angenommen, daß die Longobarden, ſo im ſechſten Seculo ein neues Reich in Italien geſtiftet, eine Colonie von denen geweſen, derer ſchon Tacitus, Strabo und Ptolomæus unter den Schwäbiſchen Nationen mit gedenken. Die in ihren Geſchichten und Geſetzen vorkommende Spuren von denen Sitten, und der Sprachen, ſo ſie mit nach Italien gebracht, beſtätigen ihren deutſchen Urſprung. Man ſollte ſich bey Paulo Diacono, da er ſelbſt von der Nation geweſen, beſſere Nachrichten vermuthen. Er war anfangs Diaconus bey der Kirche zu Aquileja ꝛc. Er gieng nachmals zu Caſino ins Kloſter, in welchem er ungefehr An. 799. geſtorben. In dieſer Einſamkeit hat er das Werk de Geſtis Longobardorum verfertiget, welches man in denen Geſchichten, ſo ſeiner Zeit näher kommen, billig gelten läßt. Aber von dem Urſprung ſeiner Landsleute, und was ihnen begegnet, ehe ſie nach Italien gekommen, iſt Paulus ſchlecht unterrichtet geweſen, ungeachtet man glaubet, daß er Secundi, der zu Trident, kurz nach dem Einfall der Longobarden gelebet, Hiſtoriam Longobardorum zu ſeinem Gebrauch gehabt. Darinnen verdienet er indeſſen Beyfall, daß er ſie aus Germania Magna herrechnet, als dem gemeinen Vaterlande ſo viel anderer Völker, die das Römiſche Reich überſchwemmet: Ab

Paulus Diaconus Longobardus, a cel. Maſcovio notatus.

hac

hac ergo populoſa Germania ſæpe gentes egreſſæ ſunt, quæ nihilominus & partes Aſiæ, ſed maxime ſibi contiguam Europam afflixerunt. Teſtantur hoc ubique urbes erutæ per totum Illyricum Galliamque, ſed maxime miſera Italia, quæ pene omnium illarum gentium eſt experta ſævitiam. Gothi ſiquidem Vandalique, Rugi, Heruli atque Turcilingi, nec non etiam aliæ feroces & barbaræ nationes e Germania prodierunt. Im folgenden Capitel giebt er ins beſondere an, daß ſie aus Scandinavia ausgezogen. Er weis aber ſo wenig, was er aus Scandinavia machen ſoll, (*ubi in not.* Man darf nur die Beſchreibung anſehen, die er Cap. 2. davon macht: Hæc ergo inſula, ſicut retulerunt nobis, qui eam luſtraverunt, non tam in mari eſt poſita, quam marinis fluctibus, propter planitiem marginum, terras ambientium circumfuſa) als Fredegarius, welcher eben dieſes Urſprungs gedenkt. (*In not.* Fredegarius, welcher eben die Nachrichten gebraucht, ſo Paulus Diaconus gehabt, ſagt Cap. 65. Longobardorum gens, priusquam hoc nomen adſumeret, exientes de Schafanavia, quæ eſt inter Danubium & mare Oceanum, cum uxoribus & liberis mare transmeant. *Vide* Fredegarii *Scholaſtici Chronicon cum continuatione: una cum Gregor. Turon. a Theod. Ruynarto Pariſ. 1699. f. editum.*) Ueberhaupt ſind die erſten Capitel in dem Werk de Geſtis Longobardorum, ſo voll von abgeſchmackten Fabeln, daß es auch nicht der Mühe werth iſt, große Unterſuchungen darüber anzuſtellen.

Verum pace Clariſſimi Viri reſpondemus, relationem Diaconi de Longobardorum ex Scandinavia ortu, nequicquam inde convelli, quod accurata minus Scandinaviæ ipſi fuerit idea, Plinianis quippe veſti- Pauli Diaconi autoritas, in deſignanda Longobardorum patria, aſſeritur.

giis incaute inhærenti, neque alii magis in hiſtoria Longobardica fidem habendam ducimus, quam homini Longobardo, quem veram gentis ſuæ patriam, licet non præciſe genuinam ejusdem faciem, a majoribus per traditionem ſperare licet edoctum. Adde quod Secundum Tridentinum, *Italicæ Longobardorum expeditioni fere coævum, ſecutus ſit Warnefridus noſter, dicente Muratorio, in ſuo ad novam Diaconi editionem prologo:* Præ oculis etiam habuit Hiſtoriam Langobardicam a Secundo Tridentino eodem ſeculo ſcriptam, quo in Italiam Longobardi eruperunt. *Cujus ipſe meminit* Diaconus *Libr. III. cap. 28. & libr. IV. cap. 28. Quo vero propius ad rei geſtæ ætatem ævum ſcriptorum accedit, eo majus narrationi illorum haud immerito ſtatui ſolet pretium, quo fit, ut relationem* Secundi Tridentini, τȣ̃ συγχρόνȣ, *ipſumque ſecuti* Warnefridi *recentibus Germanorum, tot ſeculis inferiorum ſtudioque partium haud obſcure laborantium, teſtimoniis longe anteponendam, omnique contradictione majorem ſtatuimus. Longobardos ex Germania in Italiam moviſſe concedimus, ſed qui olim ex Dania in Germaniam tranſierant, ibidemque triumphatis Longobardis antiquioribus Germanis, devictæ gentis aſſumpſerant vocabulum, id quod variis Auctorum exoticorum pariter ac domeſticorum locis, quæ hic repetere non vacat, ſuperius eviciſſe confidimus. Reſtat tantummodo, ut in veterum Longobardorum ſedes, a noſtratibus in Germania occupatas, paucis inquiramus:* Diaconus *Libr. I. Cap. 19.* Tunc Longobardi de ſuis regionibus egreſſi, venerunt in Rugiland, quæ Latino eloquio Rugorum patria dicitur, atque in ea, quia erat ſolo fertilis, aliquantis commorati ſunt annis. *Et mox Cap. 20.* Egreſſi quo-

Longobardi in [illegible]

quoque Longobardi de Rugiland, habitaverunt in campis patentibus, qui ſermone barbarico Feldt appellantur. Claudius Lyſcander *provocat ad ſcriptores Germanicos, quorum tamen nomina ſuo more prætermittit: in Geneal. Reg. Dan. p. 273.* Tato eller Thantus kom effter ſin fader (*Claſſonem*) til Regementet, de Vendelboers 7de Konge, udi hans Tid droge Vendelboerne aff Lante Rhyen, Pomeren oc Prytzen hen op ad Landen, oc beſette ſig (ſom Varnefridus omtaler) paa den Vide Fred og hede, om ved Elffuen udi de Longobarders Land, ihielſloge, uddreffue Indbyggerne oc arffuede ſaa baade Naffn og Land, ſom de her effter haffue Førd oc Beſiddet. Oc enddog man vel veed, hvad adſkillige Meeninger Coſmographi, Ptolomæus, Tacitus, Strabo oc andre haffue om de Longobarders rette hiem og fordum Sæde: ſaa bliffue vi dog her enfoldelige ved de Tiutſke Scribenter (ſom bedſt haffuer vidſt deres eget Lands Leylighed) ſom klarlige antegner:

Der Longobarden Sitz iſt faſt in mitten des Elb-Stroms, jenſeit nach dem Abend geweſen, da itzunder die Ertz- und Biſzthumb Magdeburg und Halberſtadt ſind, ſammt dem Ort der Marck, ſo dahin anſtoſſet 2c. Item der Longobarden Nahme iſt noch heutiges Tages in dem Stifft, um Madeburg, den man nennet auf der Börd geblieben und wohlbekannt iſt 2c. Sedes Longobardorum in Germania.

Illuſtriſſ. Haraldus Huitfeldius *Chron. Dan. Part. I. in fol. p. 14.* Udi Kong Snies Tid faldt den ſtoere Hungers Tid ind, at de Longobarder

 (ſiden

(ſiden ſaa kaldet) ere dragne af Skaane. Saxo naffngiver deres Førſter Aage og Ebbe, en fornemme qvindes, Gambaruce Sønner. Den Førſte de Longobarder deres Udgang haver Crantzius, effter følgendes Euſebium, giordt meget ældre, ſiger den at være ſkeed 384. den Tid Haraldus den 3die regiærede i Danmarck. Siden den Tid hafve de længe ſiddet paa Lante-Ryen, indtil Aar 476, at de under denne Snione hafde begivet, dem hen til det Vand Dohna og indtaget Lante Ungern. Aff førſte hafde ikke de Longobarder noget viſt Sæde, men borde i Tydſkland, ſtundum her, ſtundum der, indtil paa det ſidſte de ere komne udi Italien at boe, ſom Volfgangus Lazius til kiendegifver 12. Libr. At M. Chriſten Pederſen, Krønicke paa Rüm formelder de Longobarders Udgang være ſkeet Aar 686, det refererer og beleer Johannes Gothus, udi hans Svenſke og Gothiſke Hiſtoriebogs 8. Cap. Caſp. Danckwerth *in Deſcript. Ducat. Sleſvici & Holſ. Cap. I. pag. 39. tit.* Die alten Longobarden, das iſt das Bardengow im Lüneburgiſchen und die alte Mark Brandenburg. Mit dieſen Semnoner Schwaben und den Sachſen haben gegränzet die Langebarden oder Longobarden. Es iſt zwar ein kleines, aber doch ſtreitbares Volk geweſen. Tacitus contra Longobardos: paucitas nobilitat, quod plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed præliis ac periclitando tuti ſint. Strabo beſchreibet dieſes Volks Siz alſo: Die Schwaben bewohnen Teutſchland von der Weichſel an (dann alſo muß daſelbſt geleſen werden) bis an die Elbe, etliche aber

Æra emigrationis Longobardicæ.

über

über die Elbe (nach dem Weſten zu) als die Hermunduri und Longobardi.

Setze ſie demnach in das Bardengow, wo Bardewick lieget, und die Stadt Lüneburg. Es iſt bekannt, was man von dem Alter der Stadt Bardewick fabuliret, indem man ſie älter denn Rom machen will, welche Fabel ohne Zweifel von den berühmten Longobarden, deren Sitz hieſelbſt geweſen, entſtanden. Zu Caroli Magni Zeiten hieß dieſe Landſchaft Bardengow, Pagus Bardorum, und Helmoldus nennet das Volk Bardorum populum. (*Lubet hic abruptis paulisper Danckwarthi verbis inſerere illud* Huitfeldii *in fol. p.* 152. **Jeg finder at Hertug Henrich ſkal have givet Kong Knud nogen Hellig Mends Been, begraven til Bardewick, der iblandt ſkulde een Apoſtels Been have været, ſom prædickede for de Lumbarder, ſom bleve førdt hid i Dannemarck. Men hvor kand det være, at Apoſtlerne ſkal have præket for de Lumbarder, uden det kand have været een af Apoſtlernes Efterfølgere.**) Ferner haben ſie (*pergit iterum* Danckwarthus) inne gehabt die alte Mark, alſo, daß ſie einen langen Strich hin an einer Seite mit der Elbe beſchloſſen und verwahret geweſen, und dannenhero deſto beſſeren Widerſtand thun können ihren herum geſeſſenen mächtigen Völkern, als da ſeyn geweſen die 1. Chauci, Sachſen. 2. Suevi Semnones, die Semnoner-Schwaben. 3. Cheruſci, die Thüringer. 4. Die kleinen Nationen der Schwaben, ſo balde folgen werden. Und 5. ſeynd die Hermunduri auch nicht ferne entlegen geweſen. Den Namen der Longobarden oder Langebarden führen etliche her von den langen Hellebarten, die ſie ſollen geführet haben.

Bardevicum a Longobardis dictum.

Reliquiæ Apoſtolici cujusdam viri, inter Longobardos olim docentis, Bardervici repertæ, & in Daniam ablatæ.

 Ande-

Andere von den langen Bärten, a Barbis longis ſive promiſſis, ſo dieſe Nation ſoll getragen haben. Aber meines Ermeſſens haben ſie den Namen gehabt von dem Waſſer, wie gemeiniglich die Völker in Deutſchland, an welchem ſie gewohnet. Dann das Waſſer hies bey den Alten auch Warr oder Ward. Derjenige Fluß aber, daran Bardewick lieget, anitzo die Elmenow, hat vor Zeiten auch die Lunow geheißen, oder das Lunward, das iſt, das Lunwaſſer, etwa auch Ward allein, ohne Zuſatz, dahero das Warden- oder Bardengow, das Volk der Barden, und die Stadt Bardewick den Namen hat. Daß aber das Waſſer Elmenow, Lunow geheißen, erweiſet Hieronymus Hennings, aus einem alten Hiſtorico, Hermanno Cornero, der da ſchreibet, daß die alte Stadt Bardewick erbauet ſey an dem Fluſſe Lunow. Von dieſem Fluß Lun, Lohn oder Lahn (wie denn die Lohn in Heſſen auch ſothane verſchiedene Namen führet) haben die Welſchen formiret, Langbardi oder Longbardi mit dem eingeſchobenen G, und endlich Langobardi oder Longobardi: Dieſe Longobardi haben mit den Sachſen, ihren Nachbaren, gemeiniglich gute vertrauliche Freund- und Nachbarſchaft gehalten, immaßen dann, wie die Longobarden ums Jahr 526, nach Chriſti Geburt, ſich in Ungern begeben, etliche tauſend Sachſen freywillig mit ihnen fortgezogen, und ſich zu ihnen gehalten ꝛc. *Et poſt nonnulla:* Aber der Longobarden Sitz in Deutſchland iſt von den Sachſen eingenommen worden ꝛc. Arpus *in Themide Cimbrica p. 220.* Quidam a longis terræ tractibus Boorde ad ripas fluminis degentes nomen accepiſſe, & germanice vocandos **Landwärter**, quaſi cuſtodes regionis conjectant. A Bardis, Celtica gente, alii dictos autumant (Helmold. libr. I. cap. 25. Meibom. in not. ad hiſtor.

Derivatio nominis Longobardici a Ward, ſive aqua.

Longobardorum & Saxonum ſocietas.

Diverſæ derivationes nominis Longob.

Bar-

Bardevici p. 152.) unde Bardevicum provenerit, Urbs Bardorum & Bardisholmium Cimbriæ, inſula Bardorum. Quæ ſi placet ſententia, Longobardi aut populares ſunt, aut vicini Cimbrorum. *Hæc Arpus. Ubi obiter monemus, non deeſſe, qui hæc duo nomina a Bardis antiquis Poëtis repetant, de quibus notum hexametrum:*

Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

§. 6. *Anglo-Saxones noſtros, ex Anglia Danica oriundos, partim & nominatos, cum Longobardis in interiora Germaniæ, relictis ibidem nominis ſui veſtigiis, indeque in Italiam penetraſſe, autor eſt* Camdenus, *in Britannia pag. 68.* Inter Juitlandiam, *inquit*, & Holſatiam antiquam, Saxonum Regionem, provinciola eſt in Daniæ regno, quæ *Angel* hodie dicitur, ſub Fleinsburg civitate &c. *Et poſt nonnulla:* Horum Anglorum (*de Anglia Danica habitatoribus loquitur*) pars nonnulla in interiores Germaniæ tractus profecti, Longobardis & Svevis permixti, in Italiam penetrarunt, & ſui nominis veſtigia in Engelheim, Caroli M. patria, Ingolſtadio, Englburg, Englerute Germaniæ & Angleria Italiæ reliquiſſe creduntur. *Hæc ille. Conſentit* Caſpar Ens, *in Deliciis Apodemicis per Germaniam p. 280.* Ingolſtadium antiquis dictum fuit Engel-Stadt, ab Anglis Svevis, qui eam cum aliis cœperunt.

Veſtigia Anglo-Saxon. in Germ.

Engelheim, Ingolſtadium, Englburg, Englerute &c. ab Anglo-Saxonibus noſtris nominata.

§. 7. Wolfg. Lazius *de Migrat. gent. Libr. 9. p. m. 536. ſiſtit* Catalogum aliquot Nobilium & antiquorum (*Verba ipſius ſunt*) Comitatuum per Turingiam, Saxoniam & Weſtphaliam, ubi quondam Marcomanni, eorumque propagines Mercii, Nordmanni, Dannemarkii & Turcilingi rerum potiti fuerunt.

Comitatus varii per Germ. ubi olim Normanni & Dani rerum potiti.

runt. v. gr. Comites ab Eilenburg, a Woldenburg, ab Alvenlewen, de Rabenſpurg, de Hirczenhauſen, de Werle, de Loppenhuſen, de Samerſenburg, de Honſtayn, de Mansfeld, de Arnſtayn, de Stollburg, de Schwarczenburg, de Lobbenburgh, de Waldeck, de Glizberg, de Iſemberg, de Solms, de Rhyneck, de Aichſtenga.

Loca quædam in Germ. ab Othino, Deaſtro Danico, nominata.

§. 8. *Meminiſſe hic oportet locorum quorundam in Germania, quæ ab Othino Aſiatico, per Germaniam in Septentrionem olim, cum reliquis impoſtoribus, divinos honores captantibus, profecto, nomen trahere videantur. Eſt in Ducatu Cliviæ vicus* Asburg, *quem Hadrianus Junius putat eſſe Taciti* Aſciburgium, *de quo ille in German. Cap. 3.* Ulyſſem quidam opinantur longo illo & fabuloſo errore in hunc Oceanum delatum, adiiſſe Germaniæ terras, Aſciburgiumque, quod in ripa Rheni ſitum, hodieque incolitur, ab illo conſtitutum nominatumque &c. Robertus Sheringhamus *ab Othino Deaſtro, Danico, conditum putat, quem cum Ulyſſe eundem eſſe contendit cel. Jonas Ramus, in erudito pariter ac ingenioſo Tractatu. Hos igitur ſi audias, dicitur Asburg quaſi Aſiaticorum domicilium, vel Odini habitaculum, nam Othinus κατ' ἐξοχὴν dictus eſt As, ut in antiqua gentilium jurandi formula;* Sa hialpi mig hin almechte As, *ſive,* Ita me amet omnipotens Othinus. *Urbem regiam Othini in Aſia, unde veniebat, vocat Edda Islandica Asgardiam, ad Mæotium lacum ſitam, ubi* Aſpurgianos *collocant Græci, v. gr. Stephanus Byzantinus:* Ἀσπυργιάνοι ἔθνος τῶν περὶ τὴν Μαιώτιν λίμνην, *quos ipſos Asgardianos eſſe docet laudatus* Sheringhamus, *in Tract. de Orig. Angl. cum Gothicum gaard æquipolleat Græcorum* πύργος, *unde τὸ Burg profluxerit. In hujus igitur memoriam*

Asburg in Clivia, ab Aſianis, in Septentrionem per Germaniam profectis, ſic dictum.

Et quidem ad imitationem nominis Aſgaard, ſeu Trojæ, unde veniebant.

riam alterum in Germania Aſburgum Aſianos ita nominaſſe videntur. Adde quod Urbem Wagriæ Epiſcopi Lubecenſis ſede ſpectabilem, Euthin, pagumque ad Albim Ottenſe, nec non alios juxta Hildeſiam ſimili nomenclatura pagos, de eodem Othino nomen gerere, non ſit dubitandum.

Euthin &c. ab Othino nominatum.

§. 9. *Siſtit in Genealog. Regum Dan.* Claudius Lyſchander *Carmina quædam Germanica, quatuor vetuſtorum Daniæ Regum facientia mentionem, quæ imaginibus antiquorum Saxoniæ Regum in Arce Electorali Miſnica, Torgau, ſubjuncta legantur.*

Inſcriptiones quædam Torgavienſes in Miſnia, ubi rerum, a 4 Daniæ Regibus vetuſtioribus, adverſus totidem Saxonum Reges geſtarum mentio injicitur.

1. Sub imagine Henrici Saxon. Regis.

Als König Simle in Finlandt
Sein Tochter Ehelich mir macht kundt
Signe der Königin was ihr Nam
Als nun der Dag der Hochzeit kam
Sich Gram zu Dennemarck König fandt
Den Saxen war er unbekandt,
Als ich in Rhu kein ſchwernüs hort
Wurdt ich von Gram dem König ermordt.
Mit Gewaldt nam er mir meine Braut,
Wer hets dem König zugetrawt.

Conf. Sax. Gr. *libr. I.* Adverſus Sumblum, Phinnorum Regem bellum profeſſus (*Gramus*) ad adſpectum filiæ ejus Signes, depoſitis armis, ex hoſte procus evaſit, eamque promiſſo conjugis ſuæ repudio pactus deſpondit. Quam, cum bello Norvagico occupatus, Saxoniæ Regi Henrico Sumbli perfidia, in matrimonium promiſſam, nuncio didiciſſet, relicto exercitu, tacitus in Phinniam contendit, inchoatisque jam nuptiis ſuperveniens, extrema vilitatis veſte ſumpta,

Gramus Rex Dan. adverſ. Henr. Regem Sax.

pta, deſpicabili ſedendi loco diſcubuit. Rogatus quidnam afferret, medendi ſolertiam profitetur &c. &c. Et cum dicto evolans Henricum inter ſacra menſæ & amicorum complexus obtruncat, ſponſamque mediis abſtractam pronubis, magna convivarum parte proſtrata, ſecum navigio deportat. &c. *Vide* Pontan. *libr. I. p. 13.*

2. *Sub imagine* Sigfridi *Saxon. Reg.*

Aus Gutland mich ein Man beſchwert
Derſelbe mir Landt und Leut verhert
Von ſchlechter Gburt, daß ich nicht acht
Noch hat er mich zuſchaffen gemacht.
Daß ich Fried von dem Toſt begert,
Daß war ſein Nam, mirs Land verheert,
Nu wolt ich haben Fried und Ruh
Fürſtlich muſt ich Jhm ſagen zu
Zu helffen Jhm, Herre ſtarck
Wider Hading König in Dennemarck.

Sigfridus Rex. Sax. adverſ. Hadingum Reg. Dan.

Conf. Pontan. *libr. I. p. 15.* Mox Toſtonem ignobili apud Gutas (*ſive Jutos*) loco natum, ſed qui ſcelere & audacia inclaruerat, adjuncto ſibi Saxoniæ Principe Suffrido, poſtquam iterum iterumque arma ejus, Britannicis adjutus auxiliis, retudiſſet, ſingulari tandem ſuperavit certamine.

3. *Sub imagine* Sigrici *Reg. Saxon.*

Verlaſſen hab ich einen Sohn,
Der ſolt nach mir empfangen die Cron,
Nu macht er ſich mit Volck ſo ſtarck
Wider den König aus Dennemarck.

Helgo

Helgo der König daß nicht acht
Dem Jungen König gewehrt ein Schlacht.
Alß Helge ſein Volck überwandt
Darnach mit Kampff er ihn beſtandt
Darin er auch ſein Leben endt
Helgo wardt Hundigs Mörder genendt.

Hunding, Sigrici Saxoniæ Regis filius, adverſus Helgonem, Regem Dan.

Pontan. *lib. I. p. 17. de Helgone.* Regem Slaviæ Scalcum, maritimis copiis laceſſitum, oppreſſit, viceritque Hundingum, Saxoniæ Regis Syrici filium, commiſſo apud oppidum Stadæ prælio. Eundemque ex provocatione adortus duello, exinde proſtravit, obtento ob id victoriæ cognomine, ut Hundingi interemptor (*NB.* Hundings Bane) vocari meruerit. Jutiæ inſuper Saxonibus ereptæ jus ac procurationem certis Ducibus demandauit. *Idem memorat* Crantzius, *in Saxon. libr. I. p. 7. circa Stadium (quod cum Dorſtadio, Belgii oppido, de quo ſupra, confundit, unum idemque perperam ratus) accidiſſe certamen. Patrem Hundingi ſecus ac cæteri Sifridum vocans, addensque, nunquam poſt eum diem Cimbriam Saxonibus paruiſſe.*

4. *Sub imagine* Gelderi *Saxon. Regis.*

Wider Hether den Denſchen König werd
Bracht ich auff gar viel Man und Pferd
Zu bringen in groß Noth und Leid,
Mir aber bracht Unvorſichtigkeit
Ein ſolchen Hohn und Spot zu wegen
Das ich im Sieg bin niedergelegen.
Solches hat König Hether wol betracht
Mit mir ein freundlichen Bund gemacht,

Den

Hotherus, Rex Dan. adverſ. Gelderum, Regem Saxon.

Den ich nicht hielt, wolls, wider wagen
Wurd noch ein mal von ihm geſchlagen
Und in dem Krieg ich ließ mein End
König Hether mich mit dem Schiff verbrent.

Pontan: *libr. I. pag.* 18. Hotherus utriusque & Daniæ Sveciæque regni habenas ſumpſit &c. Ad lares regreſſum, Gelderus Saxoniæ Rex, armis cœpit laceſſere. Sed ei inſtructa cum claſſe obviam profectus, ex inimico amicum ac beneficiarium reddidit. Ac mox congreſſus cum Baldero, Othini, quem ut ſemideum colebant, filio, eum repetitis vicibus poſtremo peremit, occumbente in primo alteroque conflictu Geldero Saxoniæ Regulo, ampliſſimis poſt id ab eodem exequiis funerato, (*ſc. navi cum cadavere exuſta, quod olim honorificum.*) *Conf.* Alb. Crantz. *Saxon. libr. I. p. 9. qui hæc fuſius.*

Honorificum olim exequiarum genus.

Vandalia primo auſpiciis Helgonis Danis ſubjecta.

§. 10. *Wandaliam primo auſpiciis Helgonis Danis ſubjectam, auctor eſt* Albertus Crantzius, *Wandal. libr. I. cap. 7. p. m. 8.*

Primus igitur, *inquit*, qui in literas relatus eſt, ex iis, qui e Dania Wandaliam oppugnavere, Helgo Rex Daniæ fuit, qui cum fratre partitus ditionem, maris imperium ſibi deſumpſit, provinciam interim fratre moderante. Qua in adminiſtratione maritima, Helgo regem Wandalorum Scalcum, claſſe ſibi & maritimis copiis occurrentem, oppreſſit, enavigatoque mari, cum milites expoſuiſſet in terram, totam maritimam Wandaliam redegiſſe fertur in provinciam, ut Danorum regibus annua penderent tributa.

Scalcus, rex Vandalorum, ab Helgone oppreſſus.

Geſta Rorici, Dan. Reg. in Vandalia.

§. 11. *Geſta* Rorici *Dan. Regis in Wandalia proſequitur idem Cap. ſequenti 8vo his verbis:*

Regnum

Regnum tum Daniæ adminiſtrabat Roricus, rex adoleſcentior; cujus cum annos nonnulli pridem Daniæ ſubjecti contemnerent, ad rebellionem ſpectaſſe referuntur. Wandalis tamen, virium ſuarum molem inſpectantibus, ſpes magna victoriæ fuit; itaque totis conatibus in arma ruebant. Nec Danorum Regi ſegnis erat mora, patrium imperium defenſare. Inter multos rebellantes primus eſt aggreſſus Wandalos, arbitratus (quod res erat) illis, ad arma potioribus, ad juga coactis, faciliorem ſibi ad reliquos futurum laborem. Wandali ne bellum ſine duce committerent, capite opus eſſe cernentes, regem ex ſuis creavere, cæteriſque militiæ ſuæ viribus palam oſtenſis, obſcuriore loco binos ad inſidias armatorum manipulos condunt. Nec tamen Daniæ Regem inſidiæ fefellerunt, latebras & ille ſociis captandas indicit, erat enim navale prælium. Concurrentibus ergo primum, qui in aperto dimicavere, & æqua manu contendentibus, ſupervenere qui ex Wandalis latuerunt in inſidiis. Acrior pugna ſurgit, omnes ad unum cæſi feruntur Wandali, regibus ipſis cum mole exercituum pugnam primam inſpectantibus. Igitur dum totis eſſet viribus concurrendum, inſtruerenturque acies dimicaturæ, procedit ex Wandalis vir, corpore procerus & animo promptus. Vt, inquiens, res inter nos agatur compendio, mihi ex vobis vir opponatur, qui mecum totorum exercituum fortunam experiatur. Et ſiquidem ille victus fuerit, optata nobis libertas, & a ſolvendis tributis revertatur immunitas: ſin vobis ceſſerit victoria, priſca ſint nobis onera duplicata, quæ volentes pollicemur. Pudendum erat detrectare pugnam: totiusque nationis detrimentum putabatur, ſi nemo auſit occurrere provocanti. Erat in Regio Danorum exercitu

Roricus in Wandalos nova molientes movet.

Prælium navale.

Vandalus Danorum fortiſſimum quemque ad duellum invitat, ut res compendio ageretur.

Nec defuit Da

nus, qui cum illo congrederetur.

citu vir, animo quam viribus promptior, qui Regem ſciſcitatur, quæ maneant præmia victorem. Rex armillas profert, inſigne tum decus militantium: quales hodie ſunt torques, aut cinguli militares, equitum ornamenta auratorum: easque victori præmia rex decrevit. Quid tandem, inquit, ille, victo reponitur, præter ignominiam aut celerem exitum, dura & iniqua militiæ ſtipendia? Attamen quoniam vita bene impenditur patriæ, æquo mihi animo prodeundum in hoſtem. Hæc dicens provocatorem gladio ferit. Quum jam conſtitiſſent metato in circo, ille ferientem ſimili mercede remunerat: ſed uno ſtatim ictu ad mortem usque proſtravit.

Danus a Vandalo proſtratus.

Æquata Danis ſors pugnæ videbatur, quod cum mari pridem ipſi victores extitiſſent, nunc viciſſim in area proſtraviſſet Danum Wandalus. Ille vero ad redintegrandam pugnam non ſegnis, cumulatam ſuæ gentis gloriam ambiebat: arbitratus non facile proditurum ex Danis quenquam, qui victoris gladium experiretur. Diu circumſpectavere Dani, quem inſolenti ex victoria opponerent. Inventus eſt & alius, qui ſpiritum patriæ devoveret: ne de ſuis Deciis ſoli Romani glorientur. Primum tamen ex Rege ſciſcitatus eſt ille, quæ victori præmia forent. Ille ſenas invicem nexas oſtendebat armillas. Quid, inquit pugnaturus, ſi poſt navatam operam, animum ipſe mutans præmia retraxeris? Proderit apud ſequeſtrum pugnæ mercedem deponere, nam ſpectata ante oculos præmia alacriorem facient pugnaturum. Cui Rex ſubinde, ſi, inquit, aſſequi diffidis promiſſa victori præmia, accipe ante congreſſum, quæ pepigiſti. Et hæc dicens, e navi, qua Rex vectabatur, in aliam projicere conatus, viribus deſtituitur, decideruntque armillæ inter naves in profundum.

Victor animo elatior ad alterum duellum provocat.

Adeſt mox Danus jactantiam ejus compeſciturus.

Vnde Rorico cognomen vulgo Slyngebaand.

Tum

Tum pugil, ut, inquit, omnes probe intelligant, non me mercenarium in pugnam deſcendere, etiam gaudeo periiſſe propoſita præmia: alacrius deinde gloriam (quæ ſibi merces eſt) amplector. Quo dicto, in campum deſcendit, armis ſuis incinctus. Actis diu pugna conſeritur, mutuo vires alternant, accuunt utrumque conſpicientes exercituum oculi: collatum ex æquo robur cernebatur. Excepit autem una utrumque fortuna pugnantem: nam mutuis vulneribus conciderunt, ambo invicti, & victi, victoresque. Ibi Wandalos ſe tributo ſolutos arbitrantur. Danis æquatam pugnæ ſortem ducentibus, longe mens alia fuit: nam ad priſca Wandalos onera devocabant. Sed tum res qualitercumque ſine nova conflictatione dirimitur: in ſua quisque lætus revertitur, utrique ſibi conſtitiſſe victoriam arbitrati.

Heroica veterum Danor. magnanimitas.

Dimicantes mutuis vulneribus concidunt.

Wandali ad priſca onera ſortemque ſervilem denuo detruſi.

§. 12. *Wandalos ſub* Frothone III. *ab* Erico, *Danici exercitus Præfecto cæſos, idem tradit Cap. ſeq. 9no p. m. 9.*

Vandali ſub Frothone III. ab Erico, Dan. exercitus Præfecto, cæſi, & Vandalica terra a Frothone ſubjugata.

Frotto rex, juſtitia & fortitudine inſignis, tenebat jam regnum, ſub cujus imperio (quod illi longævum erat) Chriſtus mundi ſalus illuxit &c. Erat tum inter proceres regni vir primarius, viribus & ſapientia multos exſuperans, Ericus, origine quidem Norvagius, ſed qui ſe Danorum Regi Frothoni ita meritis inſinuaſſet, ut alter eſſet ſub Rege regni moderator. Interea Wandalorum nunciatur irruptio. Ericus autem, ut erat inter aulicos primus, operam ſibi deſumpſit hoſtibus occurrendi: octonis navibus bene inſtructis mare ingreditur. Ubi vero hoſtes habere cœpit in proſpectu, una navi parat inſidias. Nam ſeptem alias virenti fronde circumponit, ut ne carbaſa quidem conſpiciantur, jubetque in ſinu maris ſecre-

Ericus Vandalis Daniæ imminentibus occurrit.

Stratagema Erici.

cretius deliteſcere. Ipſe ſua navi hoſtibus occurrens, eludit conatus eorum, quoties voluit, ante frementium ora verſatili rate elapſus, donec pertraheret, (quod conabatur) ad inſidias. Ubi ſuis ſignum dedit, micuere. Et adhuc hoſtibus allabi nemus, non armatæ naves videbantur, donec circumſeptis hoſtibus Dani ad eos inſilirent. Usque ad quadraginta viros Wandali omnes cæſi feruntur. Ericus ad Regem victor regreditur. Hanc vero Wandalorum irruptionem Rex ulturus, exercitum contrahit, naves perarmat, trajicitque in Wandaliam, fræna ſubjectionis genti injecturus; equeſtrem autem militiam itinere terreſtri mittit per Jutiam, atque Holſatiam, Jutiæ continentem. Strumico tum rerum Vandaliæ tenebat principatum, ſive regem illum appellemus &c. Is tum rex Wandaliæ, miſſis ad Daniæ Regem oratoribus, inducias poſtulat, facturum pollicitus, quod ex æquo bonoque ſit. Frotto autem Rex, jam procinctum habens quam maximum, legatis reſpondit, non oportere hoſtem induciis armare, hæc ſua in exteros eſſe primordia belli, quæ nullo pacto tardari patiatur: Regi ſuo renuncient, imperata faciat, alioqui, ſi quid illi virium ſit aut animi, occurrat in armis. Semel eſſe decernendum de rerum ſumma, diu ſe ſatis ſine armis victitaſſe, tranquillitate ſua hoſtes factos inſolentiores: leonem ſemel experrectum, non eſſe facile niſi victorem redigere ad quietem. Hæc renunciata Wandalorum Regi, ad arma quoque illum excivere. Interea Danorum naves in portus adnavigant Wandalici littoris: equites deſtinatum iter tenentes, ipſi quoque parati in finibus conſtitere, per continentem Holſatiæ concurritur, quantis maxime viribus potuit, acre diu prælium ſtetit. Volitabat diu incerta victoria, quibus ſignis inclina-

Vandali fuſi.

Frotho ipſe in Vandaliam movet.

Vandali inducias poſtulant.

Non impetrant.

Prælium.

clinaret. Demum Danis ceſſit, oppreſſo in acie Rege Wandalorum Sturmicone. Concidente enim Rege, ſors quoque regni concidiſſe videbatur. Venit iterum in ditionem Daniæ Wandalia. Unde videri poteſt, permanſiſſe in hodiernum eum Danorum Regibus titulum, ut ſe Gothorum & Wandalorum Reges inſcribant, quamvis nihil in Wandalia a multis diu ſeculis tenuerint. Sed eſt poſterioribus ſeculis renovata ejus tituli cauſa: quod ſuis locis non ſilebimus. Tum Rex Frotto, anniſus provinciam ſuam Wandaliam purgare malis hominibus, edixit, ut qui in aliquo ſcelerum genere præemineret, aut latrocinio, aut piratica, aut furto, prodiret, magnis a Rege præmiis afficiendus, quod in hoſtes tali genere militum indigeret, latrocinium ulturus in hoſtes latrocinio. Credidere multi, ſeque prodiderunt, verum arbitrati, quod edicto proponebatur, non ſolum impunitatem, ſed etiam præmia improbitatis accepturi. At ubi præmia demorantur, confeſſos quemque de ſuis ſceleribus juſſit affici meritis ſuppliciis. Sed tamen priusquam mentem illis ſuam adaperiret, quo plures prodirent, juſſit abſcedere in unum locum prodeuntes. Ubi vero jam pro magna parte emicuere, converſus Rex in proceres & reliquam multitudinem. Hanc, inquit, o! Wandali, peſſima hominum colluvie patriam veſtram vacuefacere convenit. Hi ſunt, qui inter nos pacem turbant, qui utrisque creant infinitum laborem: hos, ſi pacem quæritis, de medio tollite: Illi vero a Rege juſſi non ſegnes incubuere negotio, ſceleratos homines in altiſſimas cruces egere: quando illorum ſcelere patratum eſt, ut patria ſervitutis fræna pateretur. Ita ſtolidis hominibus, pro ſcelere præmia poſcentibus, digna perſoluta ſunt capitis ſupplicia &c. In

Victoria Danor. Sturmico Vandalorum Dux cæſus.

Vandalia Daniæ reddita.

Frotho Vandaliam ſceleratis homuncionibus repurgat, ratione ſat ingenioſa ac lepida.

Pro ſcelere præmia ſtolide poſcentes capitale manſit ſupplicium.

hoc rerum ſtatu tranſierunt anni aliquot, tantumque inceſſit in Danos Wandalorum obſequium, ut illos deinde non tributarios, ſed fœderatos haberent, junctisque armis ſocia agmina ducerent in hoſtes.

Jarmerici, Dan. Principis, ſororumque ejus in Vandalia captivitas.

§. 13. *De filio* Sivardi, *Dan. Regis*, Jarmerico, *in Vandalia captivo, ruſticisque operibus admoto, idem loquitur libr. I. cap. 13. 14. p. 11. 12.* Regnabat tum in Danis Siwardus, multúm a paterna probitate degenerans, cujus contemptu Wandali id auſi, Jutiam, tantam provinciam, vaſtare ſunt aggreſſi &c. &c. Filium Regis Jarmericum prælio captum, cum gemina ſorore in partem prædæ abducunt. Sed quoniam apud veteres venalia fuere conjugia, magno pretio alteram ex captivis Daniæ Regis filiabus Norwagienſium Duci, viro primario vendunt, alteram in Germania ſimili ſorte diſtrahunt. Quod ne cui mirum videatur, valet hodie ea (ut ferunt) conſvetudo in Thietmarſis, gente paluſtri, ad exitum Albis fluminis, ut nuptui tradant filias indotatas, ſponſo, quantum inter eos convenit, annumerante, aut pendente iis, qui puellam in poteſtate habuerunt &c. Ismarus in gente Wandalorum tum regnabat, qui Jarmericum, Danorum Regis filium, captum aſſervabat. Quumque carceri jam diu aſſvetus, humilitatem privatam induiſſet, Regiumque animum cum fortuna poſuiſſet, exemptus vinculis, operi ruſtico ſub cuſtodia deputatur. Quid faceret nobilis adoleſcens? ceſſit fortunæ, quod neceſſe fuit, dominis paruit, donec accepta occaſione non ſolum elaberetur magno ſuo periculo, ſed etiam abiens ſe vindicaret, igne ſuppoſito ædibus, in quibus regem, nihil tale prævidentem, incendio conſumpſit. Reverſus autem in regnum, ſe de hoſtibus præclare vindicavit. Nam

Conjugia olim hic locorum venalia.

Altera Jarmerici ſoror Duci Norvego, altera Germano cuidam vendita.

Jarmericus operi ruſtico admotus.

Regulum Vandalor. incenſis ædibus concremat.

jugum

jugum ſervitutis, quod ſibi impoſuiſſent, quam excuſſiſſet, magno prælio ſuperatos ad tributa pendenda coëgit. Captos ex his viros XL, totidem lupis adjunctis, uno ſuſpendio conſumpſit, ut Regii ſanguinis carcerem, & ſervilem in agris operam compenſaret.

Vandales Danis denuo tributarios facit. Captivitatis & opprobrii vindicta.

§. 14. *Saxoniam circa nongenteſimum Æræ Chriſtianæ annum, junctis Danorum ac Vandalorum armis infeſtatam, idem docet Wandal. libr. II. Cap. 26. p. m. 41. his verbis:*

Saxonia ſociis Danor. & Vandalor. armis infeſtata.

Dani quoque Wandalos auxilio habentes, primò transalbianos Saxones, deinde flumine tranſmiſſo, magno Saxoniam terrore quatiebant.

§. 15. *Quantum Carolo Magno bellicoſiſſimus Danorum Rex Gothofredus (alii Gotricum vocant) olim faceſſiverit negotii, ex iſtius ævi annalibus perſpectiſſimum eſt.* Pontanus *Rer. Dan. libr. IV. pag. 92.*

Gothofredus Danor. Rex bellicoſiſſimus, Carolo M. formidatus.

Godefredus Daniæ Rex declaratus, pronus ad arma ferebatur: Et jam ſollicitati per eum Saxones, qui Cimbricæ Cherſoneſo colebant viciniores, relicta Francorum ſocietate, ſeſe Danis conjunxerant, quod ſuſpectæ utrisque eſſent Imperatoris vires atque potentia. Tum & jactaretur vulgo, Auguſtum, imperii orbis terrarum avidum, ferre parem non poſſe, exſciſurumque regium nomen ex univerſa, qua pateret, Germania. Proinde Godefredus, Borealis Germaniæ (unde & Normanni dicti) Rex potentiſſimus, qui Danis, Gothis, Norvagis, nationibus ferociſſimis, imperitabat, qui & Scandinaviam, incompertæ magnitudinis, ut veteres exiſtimabant, Gothlandiamque, ac cæteras Codani Venedicique ſi-

Godofredus Daniæ Rex ſibi, tanquam vetuſtiſſimo Germaniæ Regi, aſſeverabat deberi Germaniæ imperium.

nus inſulas, longe lateque poſſidebat, aſſeverabat, ſibi jure deberi Germaniam, ſe genuinum Germanum vetuſtiſſimumque Germaniæ Regem eſſe, qui tenax diſciplinæ patriæ, avitos Deos, fines moresque nunquam deſeruiſſet: Carolum degenerem, ad Itálorum Gallorumque & eorum, quos vicerat, vitia, ſuperbiam atque avaritiam deſciviſſe, habitus peregrinos recepiſſe, natale ſolum, inſtituta ac religionem majorum juxta faſtidire, victos victoribus imperare. Addebatque Saxones in univerſum, ſi Danorum finitimorum conſánguineorumque ſuorum amicitiam ac ſocietatem ſervituti Francorum præferrent, ſecum fœdus facerent, in animo ſibi eſſe, communibus armis, communique conſilio Germaniam, communem patriam, ab exterorum injuria vindicare, inque libertatem priſtinam aſſerere. Unde & cladibus ſuperiorum temporum novam etiam ac graviorem plagam accumulaturus, velut turbo inexpectatus, in littora Francorum atque oram præcipue Friſiorum incubuit. Dicta quidem jam ante inter eum & Imperatorem Carolum colloquii dies fuerat, ſed ipſe haud ultra regni ſui & Saxoniæ terminos prope Sliedorpium progreſſus, per Legatos cum Imperatore quam coram agere maluit. Monitus ſcilicet a conſiliariis, plenum periculoſæ aleæ opus eſſe, Imperatorem præſentem affari, quod nimirum doloſa eſſet Francorum ſocietas, utpote qui imbuti levitate Gallica & Italorum perfidia familiaria haberent, ridendo fidem frangere. Inculcant igitur, ipſum, dum obſequi Auguſto ſtudet, manifeſtum diſcrimen adire. Debere non Danos ad Francos, ſed Francos ad Danos, ſi quid velint, venire. Itaque miſſi ad Albim flumen nuncii, in locum, qui Holſtein Alberto Stadenſi, aliis Hodingſtede nominatur, anno circiter

Colloquium inter Imperat. & Regem ſtatutum.

Conſiliarii Regis Gothofredi, debere non Danos ad Francos, ſed Francos ad Danos venire, pronunciant.

octin-

octingenteſimo & quarto. Actumque de captivis & transfugis, qui bellis ſuperioribus fuerant intercepti, utrinque reddendis, tum & de fœdere & pace utrimque conſtituenda. Sed redditis, vice verſa captivis & transfugis, de cætero ſuis cuique legibus permiſſum vivere. Inde ingentis tributi modum Saxonibus imperavit, & belli virtute Nordalbingos, Obotritos cæterasque illas gentes, fruſtra ſe opponente Carolo, Imperatoris filio, dicto audientes reddidit &c. Abotriti & Nordalbingi boream verſus intra Albim & Cimbricam Cherſoneſum locati, fidem & imperium Francorum ſequebantur. Hos cum invaſiſſet hoſtiliter Godefredus, idque nunciatum eſſet Imperatori Carolo, confeſtim filium, ſibi cognominem, valido cum exercitu in adverſum contendere, tutarique Saxoniæ fines ab impetu hoſtium jubet. Verum Gothefredus, expugnatis jam ante ac direptis Abotritorum pluribus caſtellis, ipſorum quoque Ducem Traſchonem loco & ſedibus ſuis pepulerat, Gotlæbum, alterum gentis Regulum, per inſidias captum, in crucem egerat, reddita potiori provinciæ parte ſibi ſtipendiaria. Nec tamen ſine clade ac ſanguine ſuorum hæc illi ſteterat victoria. Nam & optimos militum, & manu promptiſſimos, interque eos Reginbaldum, fratris Sigefridi filium, deſideravit, qui in oppugnatione cujusdam oppidi cum primoribus Cimbrorum occubuit. Filius vero Imperatoris Carolus, de ſingulis certior redditus, celeriter ad Albim pontem erigit, flumen cum copiis transmittit, Helvionum & Sameldingorum, qui & ipſi ad Godefredum deſciverant, agris vaſtatis, incolumem militem in Saxoniam reducit. Vilizi, quod ægre Francis obſequentes eſſent, ſuas cum Danis copias junxerant, ſed vim majorem metuentes, domos

Gothofredus Saxonibus ingens tributum imperat, & Obotritos &c. ſibi ſubjicit.

Filius Imperatoris adverſ. Gothofredum miſſus.

Traſcho Obotritor. Dux a Gothofredo ſede pulſus. Gotlæbus iisdem in crucem actus.

Filius Imperatoris re infecta recedit.

Emporium olim clariſſimum Rerik a Gothofredo exciſum.

ſe recipiunt. Godefredus vero emporium, quod in Oceani littore conſtitutum, lingua Danorum, ut habent annales, Rerik dicebatur, negotiatoribus frequentiſſimum, unde & magna portoria vectigaliaque ad fiſcum redibant, exſcindit, mercatoribus cum civibus & rebus omnibus ſecum translatis. Ac claſſe ad portum Sleſvici una cum copiis delatus, ibi per aliquot dies ſtativa celebrat. Et ſimul Cimbricæ peninſulæ cervicem, regni ſui limitem, qua Saxoniam attingit, aggere & vallo munire aggreditur. Quicquid loci inter Oceanum occidentalem & ſinum Codanum orientalem in longum tenditur, per ripam Eidoræ borealem munimento deſtinat, relictisque, qui operi exſtruendo præeſſent, ipſe ad regni negotia revertitur. Aggeſta igitur terra, truncis & ſtipitibus arborum compacta, ingens ſepimentum ſurgit. Unicam toti moli adjici portam curat, per quam equiti carroque ingreſſus exitusque pateret. Hæc fere ad annum octavum & octingenteſimum referuntur a Chronologis. Anno qui ſecutus eſt nonus & octingenteſimus, Rex Godofredus mercatores ad prætorem, qui Friſiam pro Cæſare adminiſtrabat, proficiſci jubet, iique referunt, inaudiſſe Regem, ſuccenſere Imperatorem, quod arma laceſſitus ulturusque injurias in Abotritos vertiſſet: At falſo ipſum & immeritiſſimum accuſari fœderis violati. Proinde abs Cæſare poſtulare, ut aliquem locum medium amico colloquio deligeret, quo de Republ. & ſummis utriusque rebus agi cognoſcique poſſit: velle jure potius ipſum diſceptare, ſi quid eſſet peccatum, quam bello decernere. Hiſce ad Carolum relatis, amborum principum legati trans Albim, in confinio utriusque regni, die conſtituta conveniunt. Franci, ſalva amicitia poſtulant primo, ut Godefredus

Dannewircke, munimentum Dan. adverſ. German. a Gothofredo excitatum.

Congreſſi Imperatoris & Gothofredi Regis Legati.

dus Abotritis ablata reſtitueret, obſides redderet, ſtipendium remitteret: deinde, ne amicos Imperatoris & ſocios amplius injuria laceſſeret, nec Vilizos hoſtes & transfugas reciperet: neve dedititios imperio ſubtraheret. Quod ſi fecerit, perpetuam gratiam amicitiamque Imperatoris cum Danis futuram. Ad hæc Francorum poſtulata Dani reſponderunt, Regem ſuum injuriam propulſaſſe, non intuliſſe. Abotritos, quoniam belli aleam tentaſſent, & armis congreſſi ac ſuperati eſſent, ſtipendiarios jure belli eſſe, licere victoribus jure agere cum victis, hisque tributum imponere. Nec poſſe principem optimum deſerere eos, aut ipſorum injuriam negligere, qui ad ſuam fidem ac tutelam confugiſſent, amicitiam Imperatoris regno Danorum ornamento potius & præſidio eſſe oportere, quam detrimento. Atque ita irritatis per contentiones utrimque animis, colloquium diremptum eſt, legatique re infecta diſceſſere. Traſcho, regulus Abotritorum, contractis raptim popularium reliquiis, accitisque Saxonum auxiliariis copiis, finitimos ſibi Vilizorum agros invadit, ac præda ingenti potitur: Sameldingorum maximam urbem expugnat, omnesque, qui defecerant, absque cunctatione ad deditionem & officium, imperataque rurſus facienda cogit. Poſt hæc inſidiis circumventus, intra Rericum emporium, ab hominibus Gothefredi, eſt interfectus, vir alias bellicoſus & amicitia ac fide erga Imperatorem clarus. At Carolus, quam citiſſime hiſce rebus occurrendum ratus, conſtituit trans Albim ducta colonia, præſidiarias Francorum cohortes collocare. Quapropter conſcriptis atque coactis ex Germania, qui nomina ſua dederant Egoberto, principi proceribusque Saxonum, deducendæ coloniæ capiendique ſoli poteſtatem concedit.

Legati re infecta diſcedunt.

Traſcho, Obotritorum Dux ab hominibus Gothofredi interficitur.

cedit. Hicque comparatis armis, re frumentaria cæterisque omnibus proviſis, novos colonos per Friſiam deducunt, & vicum ſive caſtrum, tum Eiſoveltam nuncupatum, ad Sturiam amnem, ultra Albim, boream verſus collocatum, circa Idus Martias proſpere occupant, deinde moenibus, foſſa, vallo celerrime muniunt. Veteranis agros dividunt, & novam civitatem præſidio Francorum, adverſus Danorum præſertim irruptiones, validiſſimo firmant. Quibus incenſus Godefredus, vel ut alii volunt, ob Regem præcipue Friſiorum Radbodum, memor irarum veterum, cum claſſe ducentarum navium de Cimbrica peninſula in Friſiæ continentem appellit. Friſii cum iis ſemel tertioque pugna congreſſi, ter quoque ſuperati, inferiores abiere. (*Reliqua de Godefredi geſtis Friſicis proſecuti ſumus ſuperiori Capite, de Veſtig. & Geſt. Danor. per Belg.*) *Et poſt nonnulla;* Captum tum etiam Hochbocorum oppidum, Albi conterminum, quod Odo Legatus Imperatoris & Saxonum præſidium tenebat. Quibus aliisque ſucceſſibus lætatus Godefredus, ad ulteriora jam animum applicabat. Friſios enim & Saxoniam, Vendorumque regiones, haud aliter ac ſuas defendendas judicabat. Minitabatur etiam rumoreque ſpargendum curabat, ſe brevi atque propediem ad Aquas Graneas, imperii ſedem, caſtra moturum, inque amœniſſima Moſellæ ripa legatis reſponſa, popularibus jura redditurum: potentiſſimo Regi veterumque ac fortiſſimorum Cimbrorum genuino hæredi indecorum ac turpe eſſe, pati Germaniam Theutonesque populares ac conſanguineos ſuos opprimi ſervitute. Carolum Italia ac Gallia aliisque exterorum ditionibus, in quorum mores, habitum, ſuperſtitionem longinqua conſuetudine tranſiſſet, oportere eſſe conten-

Eiſovelta civitas adverſus Danos munita.

Gothofredus cum ingenti claſſe in Friſios movit.

Succeſſus armorum Gothofredi

Gothofredus ſe Imperatorem Aquisgrani cum exercitu inviſurum minatus.

ten-

tentum, ſibi permittendas liberas Germanias: ſeque adhuc Germane Germanum Germanis integris imperaturum. Quæ ut Carolus rumore famæ longe lateque jactata cognovit, abſque mora evocatis undiquaque copiis ad obviandum hoſti, quanta potuit celeritate, contendit. Relictisque Aquis Graneis, ac Rheno celeriter transmiſſo, ad Lippiam amnem tabernacula figit, ibique diebus aliquot moratus, ne paucitas ſuorum ſperneretur, majorem manum operiri ſtatuit. Quo cum ex Galliis, Germaniis, Italia militares cohortes equitumque turmæ provolaſſent, Imperator intento infeſtoque exercitu, acieque inſtructa ad Alaræ Albisque fluminum confluentes perrexit, ibique poſitis caſtris, quam primum cum Godefredo confligendum, atque inde, promotis armis, omnem in ipſam Daniam belli impetum transferendum decernit. Et erant ad tantam molem expeditionemque adſatim cuncta comparata, legiones, equitatus, auxilia, commeatus, arma, tormentaque, ſed fruſtra hæc omnia. Nam Dani, exortis invicem contentionibus, ac Rege per vim a ſatellite proprio e vivis ſublato, cum claſſe univerſa, relictis Friſiæ portubus, domum rediere. Et Cæſar quoque, dum ibi agit, ob iram cæli peſtemque graviſſimam a propoſito deſiſtere, quam numine averſo quidquam tentare. *Hæc* Pontanus. *Iam alia exterorum de Godefredo Rege, Imperatori metuendo, teſtimonia ſubjungamus.*

Carolus Imperator oppugnatori reſiſtere parat.

Gothofredus, Rex bellicoſiſſimus, a ſatellite nefarie ſublatus.

Annales Fuldenſes *ad ann. 808.* Anno DCCCVIII, Godofridus, Rex Danorum, Abotritos bello aggreſſus, quamvis multis afficeret malis, cum magno tamen copiarum ſuarum detrimento rediit, Reginoldo, filio fratris ſui, & optimis militum ſuorum, & manu

Reginaldus, Gothofredi ex fratre nepos, in bello occiſus.

manu promptiſſimorum amiſſis. Anno DCCCX Imperator Aquisgrani adhuc agens, & contra Godofridum Regem expeditionem meditans, nuncium accepit, claſſem ducentarum navium de Normannia Friſiam appuliſſe, totasque Friſiaco littori adjacentes inſulas eſſe vaſtatas, jamque exercitum illum in continenti eſſe, ternaque prælia cum Freſonibus commiſiſſe, Danosque victores tributum victis impoſuiſſe, & vectigalis nomine centum libras argenti a Freſonibus eſſe ſolutas. Regem vero Godefridum domi jam eſſe. Et revera ita erat. Et paulo poſt claſſem, quæ Friſiam vaſtabat, domum egreſſam, & Godofridum Regem a quodam ſuo ſatellite interfectum, narratur. Alb. Crantzius *Metrop. libr. I. p. 14.* Sed & bellum cum Danis ſuſceptum, ab ea perfectione Imperatorem retardavit. Dani autem & cæteri, qui trans Daniam ſunt populi, ait annalis noſter (*NB. Eginhartum intelligit*) omnes Normanni vocantur, quorum Rex Godefredus, jam antea Friſiis, itemque Obotritis, Nordalbingis & aliis Slavorum populis tributo ſubactis, ipſi Carolo jam Imperatori bellum eſt comminatus. Accepit autem Imperator Aquisgrani nuncium, cum contra Godefridum ire contenderet, ducentas naves ex Dania in Phriſiam appuliſſe: qui poſitis ad Wiſeram caſtris, Godefredum expectat, nam ſe velle congredi cum Imperatore, vanus jactitaverat. Intera diverſi veniunt nuncii, claſſem Godefredi regreſſam, & ipſum a ſuo ſatellite, vel ut alii ſcribunt, a proprio filio, cujus matrem, alia ſuperinducta, repudiaverat, interfectum. *Idem in Saxonia libr. II. Cap. 6.* Ultimum contra Normannos, qui Dani vocantur, primo piraticam exercentes, deinde majori claſſe littora Galliæ & Germaniæ vaſtantes, bellum eſt ſuſceptum, quo-

Normanni ſunt Dani.

Gothofredus a filio necatus.

quorum Rex Gotfridus adeo inflatus vana ſpe erat, ut ſibi totius Germaniæ promitteret poteſtatem. Phriſiam quoque & Saxoniam haud aliter ac ſuas provincias æſtimabat. Jam vicinos Obotritos in ſuam ditionem redegerat, jam ſibi vectigales fecerat, jactabat enim, ſe brevi Aquisgranum (ubi Regis ſc. Caroli M. comitatus erat) cum maximis copiis adventurum. Nec dictis ejus, quamvis vaniſſimis, omnino fides aberat, quin potius tale aliquid inchoaturus, niſi feſtinata eſſet morte præventus, putabatur. Nam dum ea molitur, a proprio ſatellite, ſive (ut quidam verius exiſtimant) a proprio filio, cujus matrem repudiaverat, & aliam duxerat, interfectus, finem rebus impoſuit. Adamus Bremenſis *Hiſtor. Ecclеſ. libr. I. fere iisdem verbis ac in Metrop. Crantzius*: Et quoniam mentionem Danorum ſemel fecimus, dignum memoria videtur, quod victorioſiſſimus Imperator Carolus, qui omnia Regna Europæ ſubjecerat, noviſſimum cum Danis bellum ſuſcepiſſe narratur. Nam Dani & cæteri, qui trans Daniam ſunt populi, ab hiſtoricis Francorum omnes Nordmanni vocantur. Quorum Rex Gotafrid jam antea Freſis, itemque Nordalbingis, Obotritis & aliis Sclavorum populis tributo ſubactis, ipſi Carolo bellum minatus eſt. Hæc diſſenſio voluntatem Imperatoris vel maxime de Hammaburg retardavit. Tandem extincto cœlitus Gotafrido, Hemming, patruelis ejus ſucceſſit, qui mox pacem cum Imperatore faciens, Egdoram fluvium regni terminum accepit.

Minæ Gothofredi.

Gothofredus morte præventus.

Hemming, ſucceſſor Gothofredi, pacem cum Imperatore facit.

§. 16. *Nec minore fortitudine Germanis olim innotuit potentiſſimus ille Daniæ Sveciæque Rex* Ivarus Latipaſſus, *ſeu* Vidfadmi, *quem a Saxone prætermiſ-*

Saxonia ab Ivaro Latipaſſo, Dan. Rege, ſubjugata.

ſum,

ſum, reſtituerunt Annales Islandici. Snorro Sturlæus, Ivar Vidſadmi lagdi undir ſik allt Sviavelldi, hann eignadiz oc allt Danavelldi, oc mikinn lut Saxlands, oc allt auſtr riki &c. id eſt. Ivarus Vidſadmius, ſeu Latipaſſus (a ditionis amplitudine ita poſtea dictus) univerſam Sveciam in ſuam poteſtatem redegit, omnem inſuper Daniam acquiſivit, magnam partem Saxoniæ totamque Ruſſiam &c. *Conſentit Hiſtor.* Hervor. *ex MSS. Bryniolſi Svenonii* Torfæo *in Ser. Reg. Dan. cit.* Ivar hin Vidſarne (*ita hic levi variatione cognominatur, quaſi dixeris* late digreſſum) lagdi thau undir ſik allt Sviavelldi, hann vann oc Danavelldi oc Curland, Saxland oc Eyſtland, oc oll auſtr riki allt til Gardarikis, hann red oc veſtra Saxlandi &c. Ivarus Vidſarnius tunc ſibi ſubjecit univerſam Sveciam. Is etiam vicit Daniam & Curlandiam, Saxoniam & Eſthoniam, & omnes terras orientales usque ad Ruſſiam. Is præterea rexit occidentalem Saxoniam.

Carol. M. Imp. a Regnero Lodbr. Dan. Reg. in Saxonia victus, Saxonesque tributarii facti.

§. 17. *Carolum Imperatorem, a Regnero Lodbroch, Daniæ Rege fortiſſimo, in Saxonia triumphatum, author eſt* Saxo Grammaticus, *Hiſt. Dan. libr. IX.* Regnerus cum inſularium Danorum claſſe profectus, rebellium agmen eliſit, Haraldumque, ſuperati exercitus ducem fuga, in Germaniam actum, honorem improbe partum, impudenter abjicere compulit &c. &c. Sed nec ſicquidem ultionis ſatietate perfuſus, inſuper Saxoniam, quod eam aſylum hoſtium, Haraldique profugium crederet, oppugnare conſtituens, implorato filiorum auxilio, Carolum tunc forte illis imperii ſui finibus immorantem offendit. Cujus, quum interceptis vigilibus, præjectas fefelliſſet excubias, atque ob hoc cætera factu levia duceret, conatuque

tuque promptiora ſperaret, ſubito divina futuri muliercula, tanquam cœleſte quoddam oraculum, aut divinæ voluntatis interpres, ſalutari Regem prædictione permonuit, adventantisque periculi malum felici vaticinio præcucurrit, Syvardi (*NB. fil. Regneri*) claſſem ad Sighnini fluminis fauces appuliſſe denuncians. Imperator attente accepto monitu, hoſtilem interpretatus adventum, ſignificatos ſibi barbaros pugnæ oppoſitu conſtringendos curavit. Qua in Regnerum habita non ſimiliter ut diſcriminis cautelam hauſit, belli actum implevit. Itaque infatigabilis ille totius pene Europæ domitor, sereniſſimis ampliſſimisque victoriis tantam terrarum partem emenſus, tot civitatum, tot gentium victorem exercitum, averſis bello pectoribus, unius provinciæ parvula manu profligatum aſpexit. Cumque Regnerus, oneratis tributo Saxonibus &c. *Hiſtor.* Erici *Pomer. dicta: Reyner Lechbrocki*, ſubjugavit Angl. Scot. Hybern. Norw. Swec. Theutoniam, Slaviam, Ruſſiam & omnia regna Occidentis, ita ut IX filios ſingulos in ſingulis terris Reges fecit. Aquis grani in Palat. Imper. Stabul. equor. fecit.

§. 18. *De Regneri æmulo ac rivali,* Haraldo Klack, *Moguntiæ baptizato, ita* Alb. Crantzius, *Metrop. libr. I. p. 15.* Contenderant ea tempeſtate (*ut ſæpe alias*) in Dania de regni Diademate, plures: inter quos Haraldus, contractis armis, pro regno dimicabat. Victus autem ad Imperatorem contendit Ludovicum. Compertum enim habebat, annis proximis fœdus eſſe ictum inter Imperatorem & ſuæ gentis tum Regem Henningum, incertum an patrem, an patruum ejus. Cujus fœderis contemplatione Haraldus tum auxiliaria arma ab Imperatore efflagitabat: nec cunctatus

Harald. Klack, Daniæ Princeps, apud Imp. Ludov. Moguntiæ una cum uxore, fratre &c. baptizatur.

Spes auxilii Haraldo, ea lege, ut baptizaretur, ab Imp. facta.

ctatus Imperator, ſpem illi fecerat auxilii, ſi lavacrum regenerationis ſubiret, cum fide Chriſti religionem amplexatus. Accepit conditionem Haraldus, & cum uxore, & quos ſecum habebat proceribus, Moguntiæ eſt baptizatus, primusque Regum Aquilonis Chriſti fide eſt imbutus. Et quum jam redire in patriam auxilio fretus Cæſareo diſponeret, efflagitabat, ut prædicatoribus una miſſis, populus quoque ad Chriſti religionem imbueretur. Circumſpexit Imperator, quem tanto parem operi mitteret, lucrandis Chriſto animabus. Jam tum multis compertum erat beati patris Ansgarii, Corbeiæ Monachi, & inter alios viri doctiſſimi fervens pro Chriſto deſiderium, ſed interpellare eum deſuper nemo præſumpſit. Terrificum enim videbatur, tantæ barbariei ſeſe committere, & gentem de crudelitate famoſam, nova prædicatione adoriri. Ita cunctis muſſitantibus, Anſgarius, cum ſe Domino precibus commendaſſet, obvium ſe ferebat quærentibus prædicatorem. Ecce, inquit, mittite me. Addebat ſe ſancto patri ſocium Gaudbertus &c. Adamus Bremenſis *Hiſtor. Eccleſ. libr. I.* Eodemque tempore Rex Danorum Haroldus, a filiis Gotafridi regno ſpoliatus, ad Luthewicum ſupplex venit Imperatorem, qui & mox Chriſtianæ fidei Catechiſmo imbutus, apud Moguntiam cum uxore, fratre, & magna Danorum multitudine baptizatus eſt, quem Imperator a ſacro fonte ſuſcipiens, cum decreviſſet in regnum ſuum reſtituere, dedit ei trans Albiam beneficium, & fratri ejus Horico (*ſive Erico*,) ut tum piratis obſiſteret, partem Freſiæ conceſſit, quam adhuc Dani quaſi legitimam ſui juris repoſcunt &c. *Hæc Adamus.* Marianus Scotus *in Chron. libr. 3. ad ann. 828.* Ludovicus, *inquit*, Imperator in ſuo Ingelnheim palatio, Hariol-

Ansgar & Gaudbert. in Dan. miſſi, ad gentiles convertendos.

Harioldum, Regem Danorum, de fonte Baptiſmatis ſuſcepit, uxorem ejus Regina Judith elevavit. *Locum non nominat* Gotfridus Viterbienſis *in Chronico*, *ubi iſthæc carmina offendes, quæ ſub Imperatore Lothario hoc factum volunt:* Imperator Ludov. Regem, & Imperatrix Juditha Regin. fonte ſacro elevant.

Solus in Imperii Lotharius arce reſedit
Jureque Teutonicis Romana Monarchia cedit,
Juraque Teutonicis Cæſar in urbe dedit.
Tunc Rex Danorum baptiſma recepit Heroldus,
Filius ipſius cum Matre puer Marigoldus,
Et reliqui populi Chriſma tulere ſui.

Marigoldus filius Heraldi Klack.

Annal. Fuldenſ. Anno DCCCXV, exercitus Francorum a Ludovico Imperatore ad auxilium, Haraldo Danorum Regi ferendum, contra filios Godofridi in Normanniam miſſus, cum adverſarii eis congredi non auderent, circumquaque vicinis depopulatis, & acceptis popularium obſidibus XL, reverſus eſt.

§. 19. *Saxoniam a pugnaciſſimis Lodbrochidis occupatam, teſtatur Vita Olavi Trygvini Cap. VIII.* Sva ærſagt at Lodbrokar Synir hafi rekit meſtan Hernad i forneskiu um oll theſſi Lond, England, Valland, Frakland, Saxland oc alt ut um Lungbardi &c. Synir Ragnars Lodbrokar varo hermenn mikler. *Id eſt:* Traditum eſt, Lodbrochis filios, præ omnibus aliis vetuſtis heroibus, has terras armis laceſſiviſſe: Angliam, Italiam, Galliam, Saxoniam & Longobardiam. Filii Regneri Lodbroch erant ſtrenui bellatores. Saxonia a Lodbrochidis occupata.

§. 20. *Danos, poſt extinctum anno 840, Ludovicum Imperatorem, filiis ejus invicem belligerantibus, occaſionem excurſionis nactos, Germaniam inundaſſe, memorat* Alb. Crantzius, *Metrop. lib. I. Cap. 40. p. 29. ubi* Excurſ. Danor. poſt fata Ludov. Imp. & prælium ad Ebbeckſtorp.

ubi de Geſuwino, Epiſcopo Oſnabrugenſi, ita loquitur: Quid poterat vir latibula circumſpiciens, qui non in publicum egrediebatur? Quomodo educeret arma, ad obviandum infinitæ multitudini Danorum, egredientium in Saxoniam, ad delendum omne nomen Chriſtianum, a qua excurſione prohibiti ſunt vivente Ludovico Rege, Ludovici Imperatoris filio, cujus etiam morte laxata ſunt illis clauſtra. *Et eodem lib. Cap. 33. p. 23.* Ea de re facti Dani audaciores, per mare & per littora evagantes, crudeliter ſunt digraſſati. Friſones tributo ſubjiciunt: eodemque tempore per Rhenum vecti, Coloniam obſederunt: per Albiam vero Hamburgum incenderunt. Verba Annalis etſi alibi quoque poſita ſunt, ad fidem etiam huic ſunt addenda loco, ut temporum qualitatem in religione Chriſti pervideamus. Inclyta, inquit, civitas tota aut præda, aut incendio periit: ibi eccleſia, ibi clauſtrum, ibi bibliotheca, ſummo per Ansgarium collecta ſtudio, conſumta eſt. Sanctus autem Anſgarius cum reliquiis ſanctorum Martyrum vix nudus evaſit. *Lib. 2. Cap. 15. p. 50.* Normanni eo tempore graſſati ſunt per provincias, jam etiam auſi poſt Ludovicum Regem inceſſere Germaniam, Galliis tamen acriores &c. *Et Cap. 16. ead. pag.* Tertius tum præfuit eccleſiæ Mindenſi Epiſcopus Theodoricus, qui incidit in graviſſima tempora (quæ proxime diximus) graſſantium Normannorum, nam ſic Danos appellant Galli. Nec modo interfuit, ſed etiam præfuit glorioſo Chriſtianorum agmini, cæſo ac tumulato in Ebbekſtorp. Annalis per inſcitiam temporum & rerum, hoſtes fuiſſe contendit Ungaros. Sed illi multis poſt annis deſcenderunt, quum rebus per Saxoniam præeſſet Henricus primus, Saxoniæ Dux, inde Romanorum Rex pater primi Ottonis Imperatoris. Normanni ergo

Infinita multitudo Danor. Saxon. infuſa.

Colonia a Danis obſeſſa. Hamb. incenſ.

Bibliotheca Hamb. conflagravit.

Galli Danos vocant Normannos.

ergo fuere, qui hanc ſtragem peregerunt: in qua inter cæteros occubuit glorioſus Pontifex Theodoricus (ſub duce Brunone, qui nomen reliquit oppido Brunſwico) una cum cæteris coepiſcopis, Marquardo Hildeſemenſi, Drogone Osnaburgenſi, Dudone Paderburnenſi, Aufredo Trajectenſi &c. *Et Cap. 17. p. 51.* Quo quidem anno (ſc. DCCCLXXIV.) jam mortuo optimo Germaniæ Rege Ludovico, fortiſſimo ad arma ductore, qui per ſua tempora talem ſe gerebat æquabili jure, talem etiam (ubi opus evenerat) oſtendit in armis, ut pacem undiquaque compararet Germaniæ: continuere ſe Dani (quos Gallici ſcriptores vocant Normannos) ne per tempora regni ejus excurrerent. Ita Reges eorum quadam lenivit humanitate, miſſis muneribus, & viciſſim receptis, ut nulla per ejus tempora eſſet Danorum commotio. Illo vero per hæc tempora moriente, jam (ut videbatur) dejecto repagulo, Dani multis millibus armati exierunt in Germaniam. Proximus illis curſus erat a mari in novam Saxoniam, quæ tunc ſola nomen retinuit. Nam vetus Saxonia nomen amiſit & amat vocari Weſtphalia. Hic ſe, duce Brunone (qui erat ex ſtirpe Wedekindi, Magno Carolo confligtante) Chriſtianum nomen armavit, animavit, & in agmen fidele concurrit. Multi fuerant pontifices, multi comites & nobiles, qui una cæde mactati a Danis infidelibus in loco Ebbeckſtorp (nunc Sanctimonialium locus eſt) occubuerunt pro Chriſto. Quibus etiam interfuiſſe Gosbertus Osnaburgenſis creditur epiſcopus, una cum Cobone Comite &c. *Nullos vero in ejus tempora Danorum incidiſſe motus, gratis aſſerit* Crantzius, *ſi fides habenda incerto Autori de Geſtis Normannorum in Francia, inter Scriptores Hiſtoriæ Normannicæ in Collectione*

Bruno eponymus Brunswici.

Ludov. Imp. Danos muneribus ſuo tempore placavit.

Strages in Ebbeckſtorp.

Crantzius notatus.

ctione Andreæ Ducheſnii *ſeu* Quercetani, *Lutet. 1619. primas tenenti, qui inter alia:*

Claſſ. Dan. 600 nav. adverſ. Ludov.

Anno Domini DCCCXLV. Northmannorum Rex Roricus, *(Ericus ni fallor,)* ſexcentas naves per Albim fluvium, in Germaniam, adverſus Lodovicum dirigit. Quibus Saxones occurrentes, commiſſo prælio, Domini noſtri Jeſu Chriſti auxilio victores efficiuntur. Unde digreſſi, Slavorum quandam impetunt, & capiunt civitatem.

Legatio Sigifridi, Dan. Reg. ad Imper. unacum munere aurei gladii.

§. 21. *Annales Fuldenſes:* Anno DCCCLXXIII. venerunt Wormatiam Sigifridi, Danorum Regis, Legati, pacis faciendæ gratia, inter illos & Saxones. Rex (*ſc. Carolus*) circa Kal. Maji Moguntiacum veniens, per alveum Rheni fluminis navigio vectus, Aquenſe Palatium petiit, ibique cum ſuis ſecretum habuit colloquium, & Rorichum per obſides ad ſe venientem, in ſuum ſuſcepit dominium. Deinde menſe Auguſto, cum apud urbem Mediomatricorum generalem Conventum habuiſſent, Halbdeni, frater Sigifridi Regis, etiam ſuos ad eum nuncios miſit, eadem poſtulans, quæ frater ſuus poſtulaverat, videlicet, ut Rex legatos ſuos, ad fluvium nomine Egidoram, qui illos & Saxones dirimit, mitteret, & illi eisdem occurrentes, pacem ex utraque parte omni tempore ſtabilem confirmarent. Obtulerunt quoque iidem nuncii gladium Regi pro munere, aureum habentem capulum, obnixe flagitantes, ut Rex Dominos ſuos, ſupradictos ſcilicet Reges, in loco filiorum habere dignaretur, & illi eum quaſi patrem venerari vellent cunctis diebus vitæ ſuæ. Jurabant etiam, juxta ritum gentis ſuæ, per arma ſua, quod nullus deinceps de regno dominorum ſuorum regnum Regis inquietare, aut alicui in illo læſionem infer-

Halbdeni, frater Sigifridi, forte Halfdanus.

Dani per arma jurare olim ſoliti.

inferre deberet. Quæ omnia Rex gratanter accepit, & poſtulata ſe facturum ſpopondit. *De tempore hujus legationis non convenit.* Pontanus *lib. IV. refert ad ann. DCCLXXXI.* & Thomas Barthol. *in MS. Bibl. Acad. ad ann. DCCLXXXII.* Anno incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo octogeſimo ſecundo, Carolus Magnus, initio æſtatis, cum jam propter pabuli copiam exercitus duci poterat, in Saxoniam eundum, & ibi generalem Conventum habendum cenſuit. Trajectoque apud Coloniam Rheno, cum omni Francorum exercitu ad fontem Lippiæ venit, & caſtris ibi poſitis, per dies non paucos ibidem moratus eſt, uti hujus anni geſta auſpicatur Annaliſta, quibusdam Aſtronomus, aliis Eginhardus, Cointio rectiſſime Laureshamenſis nuncupatus, cum ipſe monaſterium Laureshеym ſuum appellet. Danorum Rex gnarus, infenſum ſibi Carolum, ob hoſpitium Witichindo conſtanter conceſſum, (qui & nunc rurſus in Dania latebat) neque fortaſſis copias in expedito habens, quibus impetum armati inſtructive Caroli avertere poſſet, ſi forte valido in ſe exercitu irrueret, malens Francum amicum, quam vicinum Legatos ad ipſum, ad fontem, Lippiæ conſidentem direxit, pacis amicitiæque ineundæ gratia. Docent hoc omnes fere temporis hujus Annaliſtæ, apud quorum tamen multos error in Regis Danorum nomen irrepſit; in Metenſes nempe Annales & Rheginonem, ubi Godefridus erronee nominatur, quem ad clavum regni, Danorum ante initium ſequentis ſeculi, ſediſſe non reperio, & Sigefridi, ut regnantis, mentio longe poſt hunc annum occurrit. Accuratius itaque vetuſtiores Loiſeliani, Bertiniani, Fuldenſes ad antiquum & emendatiſſimum Bibliothecæ Cæſareæ Codicem, a Lambecio Vindebonenſis Bibliothecæ libro II. Cap. V. correcti,

Imper. Dano ob hoſpitium Witichinno conceſſ. ſuccenſet.

recti, Monachus Egoliſmenſis, Poëta Saxonicus & Aimonus Breulii Sigefridum nuncupant. Obibant eam Legationem duo proceres Danorum cum ſociis ſuis. Eorum unus Hoſmundus appellatur: alterius nomen diverſimode a Scriptoribus effertur, Haltoni, Halbdani, Altdem, Almptan, Alfdeni, anti-qui noſtrates Aſmundum & Haldanum dicerent &c. Pax obtentui erat, quæ facillime impetrata. Audiatur Annaliſta Laureshamenſis antea adductus, qui ita pergit: Ubi inter cætera negotia & Legatos Sigefridi, Regis Danorum, & quos ad ſe Caganus & Jugurnus, Principes Hunorum, velut pacis cauſa miſerunt, & audivit & ſolvit. Concinit Poëta Saxonicus lib. II.

Legati Aſmundus & Haldanus.

Illic diſponens complura negotia Regni,
Danorum Regis *Sigfridi* nomine Miſſos,
Et quos Jugurgus, pariterque Caganus ad ipſum
Hunorum miſere Duces, pro pace petenda,
Audiit, abſolvitque datis prudenter eisdem
Reſponſis.

Coloniæ Agripp aliorumque per Germ. locor. a Danis everſio Dani in palatio Noviomagenſi obſeſſi.

§. 22. *Chronicon* Rheginonis *Abbatis Prumienſis*: Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXI. Normannorum claſſis Walam fluvium ingreſſa, Neumago palatio Regio applicuit, ibique caſtra poſuit. Quod factum, cum ad notitiam Ludovici perlatum eſt, abſque dilatione cum exercitu venit, & munitionem obſidione clauſit. Conſerto nonnullis diebus certamine, non adeo prævaluit, quia palatium ingentis magnitudinis, mirique operis, hoſtibus tutiſſimum præbebat receptaculum. In qua congreſſione captus eſt adverſarius Eberhardus Saxo, filius Meginardi Comitis, & captivus ducitur, quoad poſtea mater Eneſſe

Eberhardus Saxo captivus.

magno

magno pretio dato incolumen recepit. Poſtremo Rex accepta pollicitatione, quodſi ab obſidione ceſſaret, Nortmanni continuo e regno ejus decederent. Illo recedente, pagani palatium una cum munitione exurentes flammis, navibus aſcenſis, oſtia Rheni repetunt. Item eodem anno, menſe Novembri, duo Reges Normannorum, Godefridus & Sigefridus, cum inæſtimabili multitudine peditum & equitum conſederunt in loco, qui dicitur Haſſou, juxta Moſam, & primo quidem impetu finitima loca depopulantes, Leodium civitatem, Trajectum caſtrum, Tungrenſem urbem incendio cremant. Secunda incurſione Ribuariorum finibus effuſi, cædibus, rapinis ac incendiis omnia devaſtant, Coloniam Agrippinam, Bonnam civitates, cum adjacentibus caſtellis, ſcilicet Tulpiacum, Vilipiacum & Nuis igne comburunt, poſt hæc Aquis palatium. Iidem Amalimundarias & Stabulum monaſteria in favillam redigunt. *Auctor incertus, de Geſtis Normannor. in Francia, in Collect. Quercetana primus:* Anno Domini DCCCLXXXII. Karolus, frater ejus, Romam perrexit, Imperiique dignitatem adeptus eſt. At auſtrales Franci congregant exercitum contra Northmannos: ſed ſtatim terga vertunt, ibique Walo, Metenſis Epiſcopus, corruit. Quo finito, Northmanni famoſiſſimum Aquisgrani Palatium igne cremant, & monaſteria atque civitates Treveris nobiliſſimam & Coloniam Agripinam: Palatia quoque Regum & villas, cum habitatoribus terræ interfectis, igne cremaverunt. Contra quos Carolus Imperator exercitum congregans, eos in Haslac obſedit. Godefridus vero Rex, Northmannorum, ad eum exiit, cui Imperator Regnum Friſonum, quod olim Rorichus, Rex Northmannus, tenuerat, dedit, conjugemque ei

Dani palat. exurunt.

Bini Dan. Reges ſ. Principes in Haſſou conſidentes.

Incendia per Danos.

Palatium Aquisgranenſe a Danis concrematum.

Imperator Godefrido, Danor. Regi, Friſiam concedit, data in conjugem filia Giſla.

ei dedit Giſlam, filiam Lothari Regis, Northmannosque de ſuo regno abire fecit. Alb. Kranz. *Lib. II. Cap. X. pag.* 47. Tantus autem turbo tunc a Danis atque Normannis incubuit regionibus, ut non modo Saxonia, ſed & Friſia, inviis paludibus inacceſſa, popularetur. Trajectum civitas exciſa. Sanctus Radbodus, urbis Epiſcopus, perſecutioni cedens, Daventriæ ſibi conſtituit manſionem. Quo tempore iidem graſſatores Coloniam & Treviros incenderunt, Aquisgrani, Palatium Magni Caroli, jumentis ſuis ſtabulum ſternunt, & in ea vaſtitate locus permanſit per annos octuaginta, usque ad ætatem magni Ottonis. Moguntia propter eorundem hoſtium metum cœpit inſtaurari. Urbes cum civibus, epiſcopi cum totis ſunt obruti populis. Illuſtres eccleſiæ cum plebe concurrente incenſæ. *De hac graſſatione Danorum ita* Snorro Sturlæus, *in Chron. Norveg. p.* 114. J den Tid ud droge de Danſke og Norſke tilſammen og bleve under et Nafn kallet Nordmænd &c. Droge med ſtoer Krigs-Magt op ved Rhin og brændte Stæder og Byer og hafde den overſte Kircke: Aaken til Heſte-Stold, de brændte, Cølne og alle Stæder op til Mengz. Da udſende Kong Carl, Kayſer Lotharii Broder, en ſtoer Krigs-Hær, mod dem og møttes de ved den Aa Moſa. Ofver Nordmændener Hær vare Sigfrod og Gunfrod, Kongers Regner Lodbrochs Sønner. Da kom Kayſer Arnold mod dennem med en ſtoer Krigs-Hær og thielſlog 9000 af dennem og ſiden bleve de ſtille indtil Gange-Rolff med Nordmænd kom: Franckeriger. *De ſtrage hac Arnulphina juxta Lovanium, pluribus egimus Cap. ſuperiori, inter Geſt. & Veſt. Belgica.*

Colonia & Treviri incenſi.

Moguntia metu Danor. munitur.

Gunfredus pro Godefredus, & Sigfrod pro Sigfridus.

Strages. Norm. ingens.

§. 23. *Ur-*

§. 23. *Urbem Germaniæ* Duysburgum, *a Danis olim munitam & inſeſſam, prodit* Rhegino *Abbas Prumienſis in Chron.* Eodem anno, *inquit*, (*ſc. DCCCLXXXIV.*) Northmanni,qui in Chinheim & Denemarcam venerant, adſentiente Godefrido, (*Dano Friſiæ præfecto, qui limites tutaretur*) Rhenum navigio aſcendunt, & Dinsburch oppido occupato, munitionem in eodem loco, more ſolito, conſtruunt, & in ea tota hyeme reſident. Contra quos Henricus Dux caſtra poſuit, & nullatenus prædas agere permiſit. Redeunte vernali tempore, caſtris exuſtis, ad maritima loca ſe recipiunt. *Ubi, ut recte monuit* Pontanus, *pro* & Denemarcam, *legendum* ex Denemarca *vel* Danemarca.

Munitiones Danor. Duysburgi.

§. 24. *Prælium a Marchione* Sifrido *&* Theodorico *Comite, cum Aſcomannis Daniæ excurſoribus geſtum, deſcribit* Crantzius *lib. 3. Cap. 41.* Vidit illa ætas (*ſc. tempore Ottonis III Imperator.*) grave exterminium a Danis excurrentibus pro ſua conſuetudine. Annus erat LXXXVIII poſt nongenteſimum, quum ſub Rege puero Germania in contemptum venit Danorum. Nam omnia maritima Phriſiæ vaſtaverunt, & per Albim aſcendentes, Stadium petivere: ibi in terram egreſſi populationibus inſtiterunt. Nobilitas ejus loci ſe objecit, Marchio Sifridus ac Comes Didericus ingenti auxiliorum manu contracta, Danis atque Normannis ſe objecere. Diu fortiter pugnatur utrinque: ceſſere demum Saxones, capti illuſtres viri, Marchio Sifridus & Theodoricus Comes, cum aliquot ex nobilitate viris, & promiſcuis militibus ſine numero. Trahuntur in naves captivi, ut magno a ſuis ære exſoluto liberarentur. Piſcator erat, qui per artem qualemcunque ſcapha ſua exceptum

Prælium cum Danis excurrentibus S. Aſcomannis.

Stada a Danis direpta.

Victoria Danorum.

ptum Sifridum abduxerat: quo comperto, in cæteros ſævierunt, manibus, aut pedibus, aut naribus præciſis. Præfuit adhuc Saxoniæ rebus Brenno, Hermanni filius. Is re comperta ſupervenit cum memorato Sifrido ac valida ſuorum manu, & conſerto prælio, egregie in Aſcomannos vindicavere. Sic enim appellati ſunt illa tempeſtate Dani excurſores. Alia quoque manus XX. M. quum a Ductore Saxone in invia deducerentur, in Glindesmœr, ad unum omnes cæſi ſunt a ſupervenientibus Saxonibus. Terruerunt multas tum & ante Dani nationes, foris invicti, intus non ita. Nam & Henrico & Ottoni regibus, patri ac filio ceſſere in limitibus regni. Mira hominum frequentia poterant egredi XX. XXX. C. millia, & per litora Germaniæ ac Galliarum graſſari, intus nulla videbatur hominum jactura. Ita tum regiones aquilonis ſcatebant mortalibus: quippe apud quos illa ætate vel rara vel omnino nulla fuit lues de peſte, quæ ſolet multa millia conſumere, quoties graſſatur. *Et poſt nonnulla:*

Dani Aſcomanni dicti.

Dani foris invicti.

Dani olim ignorabant peſtem.

Crebreſcebant ex eo tempore mala latrocinia, incurſantium provinciis ex Dania piratarum, usque adeo multiplicata, ut precioſa quæque de eccleſia Bremenſi ad interiora Buccenſis Cœnobii ſint perducta. Præſentem tamen vindictam, Sifridus hoſtium Dux, in exſpoliata Ramſola eſt expertus. Nam malo dæmone mox correptus, mire rotatur, tamque diu excruciatus eſt, donec ablata redderet, & tantundem de ſuis rebus repenſaret. Libentius Archiepiſcopus in malis temporibus, quod potuit, fecit, nam gladium Eccleſiæ diſtringens in eos, effecit, ut princeps ejus vaſtationis per annos LXX ſit integer in ſepulchro repertus, donec Adelwardi miniſterio (quem

Sigfridus Danor. Dux, Ramſola ſpoliata.

Efficacia anathematis.

(quem Albertus, Hamburgenſis Archiepiſcopus, miſit) ſolveretur a vinculis, tam diu ſepultus, nam illico eſt in cineres redactus. *Idem Metrop. libr. VI. Cap. 24. repetit, quæ nuper ex Libr. 3. Cap. 41. de Aſcomannorum in Saxoniam irruptione attulimus, & meminit loci, qui hodieque dicitur* Worgebur, *eo quod Sifridus Marchio ibi multos Danorum ſtrangulari fecerit, forte ex verbo* Würgen, *id eſt, perimere:* Jam Otto Tertius ad imperium venerat, & rebus gerendis per Italiam implicitus, locum fecit Danis & Normannis digraſſandi, qui gravi manu per littora Germaniæ atque Franciæ divagabantur. Aſcenderant per Albim fluvium, & ingreſſi terram, vicina Stadii populantur, oppidum expugnant, arcem confringunt demolientes. Marchio Sifridus cum fratre & militaribus viris, quos habebant, collecta manu valida ex omni Saxonia, illis occurrit. Pugna gravis geritur, diu pari Marte certatur: ſed inclinata Saxonum virtute, piratis victoria provenit: capitur quicquid cædi ſuperfuerat. Sifridus cum fratre & multa nobilitate in manus hoſtium pervenere. Quumque demorarentur piratæ, ut capti precio redimerentur, Sifridus piſcatoria navi, furtim per noctem abducta, elabitur. Indignati hoſtes, quod nobiliſſimum ex captivis amiſerint, cæteros inhoneſtis vulneribus deformant, manibus, pedibus, naribus aut auribus præciſis, quorum multi diu ſuperfuere. Sifridus Marchio, Bennonem Saxoniæ Ducem, Hermanni filium (quem primus Otto ad ducatum provexerat) interpellat de auxilio ferendo. Validum exercitum conſcribit, & verſa in ſe victoria, cædit, capit immanem illam barbarorum multitudinem. Multos appendit ſtrangulatos, unde loco diu nomen remanſit, ut Worgebur diceretur. Alia deinde manus

Fabula monaſtica.

Worgebur, locus Saxon. ex Danis ibi ſtrangulatis, dictus.

Prælium cum Danis.

Dani victores.

Sifridus Marchio &c. a Danis captus.

Multi Danorum cæſi, captique & ſtrangulati.

Aſcomanni proſtrati. nus Aſcomannorum (hoc enim nomen piratis tum vulgo dabant) per ductorem quendam Saxonem, ad iter monſtrandum vi coactum, in locum abducta difficilem, ſuperveniente Saxonum militia, miſerabili exemplo perimitur.

Vocis Aſcom. falſa etymol. *Aſcomannos hoſce nonnulli Antiquariorum, in vicini ra, ubi de vocum derivationibus agitur, nimis proni, ſpeciemque vel tantillam affulſiſſe contenti, a pyxidibus Danice* Aeſker, *queis victualia recondiſſe volunt, ſic dictos opinantur; genuinam vero vocabuli hujus originem rite indagavit* Andreas Vellejus *in hiſtor. Svenon. Barbæ furcatæ, docens, Anglos Scotosque Aſcomannorum horum rapinis olim præ aliis expoſitos, prædatores hoſce a patriæ ſitu vocaſſe* Verior derivat. Auſtmannos, *id eſt viros orientales, ſive* Øſtmænd, *quod alii minus intelligentes, in Aſcomannos depravarunt. Verba Velleji hæc ſunt:* J Kong Svends Regiments Begyndelſe haver ſellet ſig tilſammen Danſke Mænd med Svenſke og Norſke og draget ud i Veſter-Søen med mærckelige Antall Skibe &c. De gande Bremiſke Krønicker kalder dem Aſkemænd, hvilcket Ord zig ingenlunde kunde forſtaar med det Førſte ey heller kunde komme til nogen, endogſaa af de Lordeſte, ſom meeſt vare Belæſt i gamle Skribentere, ſom kunde ſige mig nogen viß beſkeed. hvad dette Nafn betyde, førend gig for nogle Faa Aar kom i færd med en ganmel Engelſk Hiſtorie, ſom Sylveſter Gyraldus ſkrev om Jrlænderne, der fandt gig for mig i det 28. Cap. at hand ſiger, at Danſke Folck hav ogſaa indtagen Jrland effter at Kong Gram hin gamle og Torkild Athelfarer have det twungen under ſig. Diſſe Danſkes Hovedsmænd vare Regner, Sige-

Sigerich og Ivar, og man kaldte dem, ſiger hand paa deres eget Sprog Oſtmand, det er Folck kommen af Øſten, hvilcke og i vor Tid kaldes Øſterlinger, det er de, ſom komme af Øſterleden Veſter paa til Skotland, Engelland, Nederland og Franckerige ꝛc. Hvilcket uden Tvil de gamle Muncke og Caniker ikke have forſtaaet og der for ſkrevet i deres gamle Bøger Aſtmand eller Aſkemand for Auſtmand eller Øſtmand ꝛc. Aſcomanni quaſi Auſtmanni.

Aſcomannicæ hujus in Germaniam impreſſionis ſimiliter ac Crantzius deſcribit Adamus Bremenſis *Hiſtor. Eccl. libr. 2. Cap. XXII. & XXIII. addens.* Ex illo nimirum tempore piratarum hoſtilisque crebra irruptio facta eſt in hanc regionem. Nam & omnes Saxoniæ civitates grandi metu percuſſæ fuerant, tunc & Brema muro muniri cœpit firmiſſimo. *Adjicit præterea, in Norvegia iſtud contigiſſe miraculi, quod ſupra ex Crantzio audivimus, anathematizatum ſcilicet per LXX annos in ſepulcro putredinem evaſiſſe;* Nam & ipſe Pontifex, *inquit*, piratas, qui Epiſcopatum vaſtabant, anathemate damnavit. Quorum unus in Norvegia deficiens, per annos ſeptuaginta integro corpore permanſit, usque ad Domini Adalberti tempora Archiepiſcopi, quando Alwardus Epiſcopus illuc veniens, defunctum vinculo excommunicationis abſolvit, & mox cadaver in cinerem eſt ſolutum. Brema Danor. metu muniri cœpta. Miracul. in Norveg. ſi fabula vera.

§. 25. *Priorem hanc Sectionem claudat trium Urbium celeberrimarum a noſtratibus, ut quidam volunt, repetenda etymologia. Primum hic locum meretur Emporium florentiſſimum* Hamburgum, *in Stormaria noſtra ſitum, cui nomen ab* Hama, *quem* Star- Etymol. trium Germ. urbium Hamburgi, Hannoviæ & Roſtochii, a Danor. rebus ibidem geſtis repetita.

Starchaterus, *in Svecia quidem natus, ſed qui ad Danos ſe receperat, ibidemque plurima pollebat autoritate, hic in ſingulari certamine occidit, nomen haeſiſſe dicitur.* Alb. Krantzius *in Saxonia libr. I. Cap. II.* Ad Saxones revertamur, qui crebris colluctationibus congreſſi, Danis, varia fortuna fuere nunc ſuperiores, nunc dejecti. Nam Frothoni Magno, cujus tempora ad natum Salvatorem pertigerant, & filio ejus Fridlævo, æque ad arma victorioſo, regibus tributa pependerunt. Sed jam regno devoluto ad Fridlæfi filium Frothonem, puerum duodecennem, Saxones jugum excutere maxima vi armorum contenderunt. Principes tunc Saxoniæ fuerunt Swertingus & Haneſus, qui contractis undique auxiliis, magno prælio hoſtibus non imparatis concurrerunt. Tam difficili labore diu ſudatum eſt in acie, ut magnitudine ſtragis utrimque factæ, utraque ſibi pars victoriam reputabat. Dani Saxones, & illi Danos profligaſſe ſunt arbitrati. Contentio ad duellum pervenit. Fidebant Dani Starcatero, monſtruoſæ magnitudinis & roboris homini, cujus proceritati virium acrimonia reſponderet, cujusque de fortitudine plura in Svecia ſcripſimus. Saxones pugilem præferebant Hamam, æque inter ſuos fama illuſtrem: cui, ut diſcrimen non recuſaret, tantum ſe auri congeſturos pollicentur, ut molem corporis ejus ſuperaret. Virum fortem virtutis & gloriæ major quam auri cupido tenet. Operas pollicetur, nec terretur gigantea mole pugilis cum eo congreſſuri: poterat enim major in exiguo regnare corpore virtus. Ab initio quidem Saxones Regem jam ætate adultum, jam rebus fortibus pro invicto habitum ad monomachiam depoſcebant. Sed Dani indignum rati, Regem imparis fortunæ objectare homini, Star-

cate-

Saxones, Frothoni Magno, & filio ejus Fridlævo, Daniæ Regibus, tributarii.

Jugum excutere moliuntur.

Prælium inter Danos & Saxones ancipiti Marte.

Starcaterus qualis ac quantus pugil.

Præmium ingens ineundi cum Starchatero certaminis.

Dani indignum rati, Regem i-

caterum illi fecere vicarium. Venitur in campum, qui pugnæ metatus eſt. Hama fiducia virium, quod juvenili floreret robore, virum ætate jam fractum ad luctam depoſcebat: aggreſſusque prior hoſtem, pugno petitum ita impulit, ut terræ adegerit nutabundum. Palluerunt Dani: ita enim impellentis Hamæ pugno dejectus eſt Starcaterus, ut genibus nixus, humum mento contingeret, ſed ubi ſenior collegit vires, ſeſe erigens ad gladium decurrit, non jam luctamine ſed ferro rem peracturus: nam toto anniſus corpore, gladium diſtrinxit in adverſum. Nec illum fefellit impetus, nam medium Hamæ caput ictum diffidit. Ita peracta victoria Dani tripudiavere. Hunc ego inſignem exitum tribuiſſe loco nomen ſoleo ſuſpicari, in quo peracta ſit pugna, ut ab eo victo Hama diceretur, unde poſtea de propinquo erecta urbs Hamburgum nuncuparetur: non ab Hammone Lybico: nam ejus memoria quomodo potuit ad noſtros permanare? Hac elati victoria Dani jugum aggravabant in capita Saxonum. Sed non deerat Saxonibus animus, pro libertate (quæ fortibus viris vita charior eſt) vitam paciſci. Itaque Haneſus, alter ex principibus, non deſtitit liberandæ patriæ, per dies & noctes operam impendere, auxilia undecunque contrahit, auctisque in bonum modum copiis, bellum Danorum Regi denunciat. Ille vero paratum deduxit exercitum, quem idem Daniæ Rex ſemper expeditum habebat. Nam navibus trajecit Albim, quæ enim ultra fluvium fuere, priori victoria Danis ceſſerunt. Congreſſi conſeruere manus. Ibi Dux Saxonum cadens victoriam hoſti reliquit, & loco pugnæ nomen ſuum indidit, Haneſro juſſit appellari, quod Haneſi ſemen ibi moraretur: nam Fro Dani ſemen vocant. Eum autumo locum, qui nunc Hano-

pſum, a Saxonibus provocatum, cum impari fortunæ homine committere.

Hamæ caput diffiſum.

Hamb. ab Hama Saxone, a Starcatero proſtrat. nomen traxit.

Haneſus, Saxonum Princeps, bellum Danor. Regi indicit.

Haneſus cæſus.

Hanovia ſ. Hanofer ex Haneſo & Danico Frø ſ. ſemen.

Hanofer, detorto parum (ut fit) nomine vocitatur. Quæ res ad conjecturam accedit, Hamam quoque (quod diximus) ſuo loco nomen indidiſſe. Swertingus, alter ex Saxonum principibus, quum ad liberandam probro patriam omnibus rebus contenderet, nec armis hoſti par eſſet, nec fortuna, non quievit tamen, omnes intentare vias recuperandæ libertati. Dolum parabat: quando dolus an virtus quis in hoſte requiret? Daniæ regem ſimulata fiducia accepit in ſua nihil dubitantem, quod armis ſuorum præmunitus, nihil hoſtile formidaret, medio in convivio ignem juſſit triclinio admoveri, paratis omnibus ex compoſito, quæ conflagrandæ domui inſervirent. Utcunque ferent ea facta minores, vincet amor patriæ. Non dubitavit ipſe cladi accedere, dummodo ſecum hoſtem opprimeret &c. *Tertia Roſtochium, quod* Torfæus *in Ser. Reg. & Dynaſt. Dan. antiquitus* Roatak *appellatum ſuſpicatur, quaſi* Roes *cujusdam* Monumentum, *ex antiquo vocabulo Danico* Tak, *in plurali* Tok, *ſive ingentia Saxa, quæ in ſui memoriam erexerunt majores, de terra propriis viribus levata, cujusmodi multa adhuc in Islandia viſuntur, quorum facile princeps Monumentum Gretteri, vulgo Grettiſtack. Neſcio an Rex Daniæ* Roe, *Ræskildiæ eponymus, hic quoque reliquerit ſui nominis veſtigium.* Helgonem *Germanum Roës, per Saxon. inferiorem victricia circumtuliſſe arma, & ad urbem Stadenſem, ex ſingulari cum* Hundingo *Saxonum Dynaſta certamine, palmam reportaſſe ſuperius ex* Alb. Krantzii *Saxonia libr. I. Cap. 4. memoravimus, an vero ipſe Roe, cui continentis imperium obtigerat, unacum fratre Helgone, Rege maritimo, (veteribus* Soe-Konning) *eidem interfuerit expeditioni, incertum. Hiſce forte addenda venit urbs Duca-*

Princeps Sax. Svertingus ad Samſonis exemplum ſe ipſum una cum hoſtibus ſimul extinguit.

Roſtok quaſi Roes-Tack.

Ducatus Querfurtenſis Juterbocum, *vulgo* Jüterbock, *quam quis coloniam Jutorum noſtrorum ſuſpicaretur, qui Danis* Jyder, *Germanis* Jüten *audiunt.*

Iuterbocum forte a Jutis.

§. 26. *Non deeſſe per Germaniam, quæ antiquis majorum noſtrorum monumentis lapideis reſpondent, obſervat* Becmannus, *in Hiſt. Orbis Civil. & Geograph. Cap. IIX. §. XI. p. 325. ſequ.* E Borealis Europæ Antiquitatibus indicamus Monumenta lapidea veterum Heroum noſtrorum, quæ paſſim per Germaniam, Angliam, Daniam conſpicua ſunt, non pompoſo quidem luxuriantis artis conatu, ſed nuda ſimplicitate, veteri conſtantia, ab interitu tamen ſecuriſſima. Intelligimus lapides majores, ordinata ſerie in circulum diſpoſitos, quos, ut non fortuito confluxiſſe, unusquisque facile agnoſcit, ita antiquiſſimarum rerum argumentum continere, ipſe ſimplex ordo indigitat. Cum namque ſplendido literarum indicio antiqui carerent, rudem hanc formam in facinorum, rerum a ſe editarum, ipſius mortis memoriam perennem amplexi fuerunt &c. &c. Recenſet ingentem monumentorum ejusmodi numerum doctiſſimus Danicarum Antiquitatum vindex Wormius, in Monum. Danic. In Germania noſtra, Saxonia, Marchia vicinæque Provinciæ eadem non uno in loco habent, nec ignobilem eorum varietatem in agro noſtro Francofurtano, ac præprimis ſecundo abhinc milliari, ad Pagum Matſchdorf, videre eſt, quæ nobis ſimillima monumento Hiarni, Regis Daniæ, in inſula Hiarnæ (Hiarnøe) ſemper viſa fuit, de quo vid. cit Worm. Additam. ad Monum. Dan. p. 4. *Et poſt nonnulla:* Wormius apud Danos ſuos Saxa Runica vocat & Runarum, veterum ſapientum iſtorum locorum

Monumenta lapidea per Germaniam, noſtratibus Arctois reſpondentia, vocisque Runicæ ibidem veſtigia.

In Saxonia, Marchia &c.

In agro Francofurtano. Monum. ad pagum Matſchdorf, Monumento Hiarni, Dan. Reg. ſimillimum.

coruin doctrinam ex iis eruit, quibus e noſtris forſan aſſimilare licebit Saxa duo, inſolitæ magnitudinis,

In Furſtenwaldia die Rauniſche Steine & die Rauniſche Berge.

in editiori parte Collium Furſtenwaldiæ adſitorum poſita, nomine certe convenientiſſima: Nam univerſi tractus iſtius incolæ Saxa Runica, die Rauniſchen Steine, quemadmodum ipſos colles die Rauniſchen Berge vocant. Alia hujus generis Agris Francofurtanis noſtris indicata in Nott. ad Juſti Chronicon Francofurt. *Hæc* Bechmanus. *Quod originem vocis Runer attinet, ex Germanica lingua illam repe-*

Opiniones de vocis Runicæ, ex lingua German. natalibus.

tunt Viri doctiſſimi Spelmannus, Hadrianus Junius, Stephanus Stephanius &c. quod ex Wormii *Literatura Runica conſtat pag. 3.* Eruditiſſimus & Nobiliſſ. Antiquitat. Scrutator, Henricus Spelman, vo-

Saxon. Ryne.

cem Runer, a Saxonico Ryne, quæ myſterium & rem occultam ſignificat, deductam putat &c. *& pag. 5.* Non prorſus alienam ab hac opinionem fovet Hadrianus Junius, in ſua Batavia, cum Runam dictam vult a muſſando, & ceu in ἀποῤῥήτοις, effando.

Germanor. Rhunen.

Id namque Germanis eſſe Rhunen. Forſan quia Runæ olim ſolis ſacrorum præſidibus erant concreditæ, & in arcanis vulgo non revelandis habitæ. Quo etiam inclinare video doctiſſimum Hiſtoriographum noſtrum Regium M. Stephanium, qui hæc ad me

Vet. Germ. Raunen.

perſcripſit: Lingua veteri Germanica Raunen ſignificat ſuſurrare, unde Megalander Lutherus, iſtum Pſalmi XLI. verſum *ſimul adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei*, ita vertit: Alle die mich haſſen, raunen mit einander wider mich. Inferioris vero Saxoniæ populi Runen dicunt, h. e. ſuſurrare, vel inſuſurrare alicui in aurem. Jam inter omnes conſtat, quod incantationes olim fieri ſolebant clam, & voce ſubmiſſa, ſive murmure quodam, & leni ſuſurro &c.

Et

Et pag. 22. (ut illud hoc loco ſimul addamus) loquitur de populis Runicorum & Runorum nomine inſignitis: Adamus Bremenſis, *inquit*, edit. Lindenbrog. Cap. 225. hæc habet: Illarum autem inſularum, quæ Sclavis adjacent, inſigniores accepimus tres. Quarum prima Fembre vocatur, hæc oppoſita eſt Wagris. Altera eſt contra Wilzos poſita, quam Rani vel Runi poſſident, fortiſſima Sclavorum gens, extra quorum ſententiam de publicis rebus nihil agi lex eſt, ita illi metuuntur propter familiaritatem Deorum vel potius Dæmonum, quos majori cultu cæteris venerantur. Quæ omnia Runis noſtris apprime quadrant. Inter Eburones Belgiæ gens etiam fuit Runica dicta, de qua Chronicon Carionis libr. 4. in hunc modum: Eburonibus annumerantur Runici, Bethaſii, Toxandri, Maſaci. Runicorum nomen pars Belgici retinuit Runker-Land. Sic legendum enim pro Runicis apud Tacitum & pro Rinucis apud Plinium. An vero gens hæc a noſtris Runis ortum traxerit, incertum.

Runi gens Sclavica.

Runici & Runkerland in Belgio.

Sectio II. recentiora ſiſtens poſt Chriſtianiſmum.

§. 1. *Primus contemplationi noſtræ hic obverſetur,* Sanctus Sebaldus, *Norimbergenſium quondam Patronus, ex Regio Danorum ſanguine, ut ferunt, oriundus, de quo in Tom. I. MStor. ad Eccleſiaſt. patriæ hiſtoriam ſpectantium, in Biblioth. Acad. Hafn. ſuperſtitum, fuſius commentatur Cel.* Thomas Barthol. *Fil. ad ann. Chriſti DCCXL. Præcipua nos momenta, ne publico invideantur, excerpere, excerpta in apricum producere, conſultum duximus:*

Perſonalia S. Sebaldi, Norimbergenſ. olim Patroni, Regis Daniæ, ut fertur, filii.

Bonifacii, *inquit*, & Willibrordi coætaneum, unum nempe ex iis, quos Bonifacius in laboris partem adſcivit, Sebaldum, a Norimbergenſibus poſt fata in tutelarem adſumptum, numerant Magdeburgenſes Centuriæ VIII. Capite X. & Adlzreitterus, Boicæ gentis Annalium Parte I. lib. VII. Cap. XXII. Mabillonius inter prætermiſſos Seculi III Benedictini Sanctos, ejus his verbis meminit: Sebaldus, Monachus Nurembergæ, filius Daciæ Regis Auguſti XIX. Regis Daniæ filium communiter faciunt Scriptores, omnes tamen ſequioris ævi, neque enim ullum coævum, vel uno alterove poſt hoc tempus ſeculo florentem hiſtoricum invenire licuit, qui ejus meminerit. Et licet Confeſſor digniſſimus ac ſanctiſſimus audiat, tutelaris Norimbergenſium Divus fuerit, a Pont. Rom. in Sanctorum album relatus, mira tamen pertinacia Biographi medii ævi eum ſilent, ſolique poſteriorum temporum hiſtoriarum Compilatores, qui plurima in majus augent, plurima fingunt, ſanctitatem ejus celebrant, nemo tamen ex profeſſo vitam ejus conſcripſit, niſi quod lingua Germanica id quendam præſtitiſſe Brunnerus Annalium Boicorum lib. V teſtatur, & Danico idiomate, ex mandato Chriſtiani IIdi, Reg. Dan. Chriſtiernus Petræus Canon. Lundenſ. id ipſum fecit, teſte Claudio Lyſcandro, in MSS. de Scriptoribus Danicis A. DCCXL. extinctum recepta eſt opinio. Sebaldi hiſtoriam Antonius de Yepes, in Chronico generali Ordinis ſ. Benedicti, ad annum DCCXV his verbis, ex translatione Thomæ Weiſſii, auſpicatur: S. Sebaldum regio ſanguine ortum, omnium fere hiſtoricorum teſtimonio comprobatur: ſed id mirabile eſt, ambigi, Danus an Dacus, Hibernus, Scotus an Britannus fuerit. Inſuper obſcurum eſſe, quodnam ipſius pater habuerit nomen.

Sebaldus Dan. Regis filius.

Vita Sebaldi Danice conſcripta juſſu Chriſt. II.

Patria Sebaldi incerta.

nomen. Natales e Dania eum duxiſſe haud credam, cum ultimi ſeptentrionis regna hoc temporis denſis idolorum tenebris adhuc fuerint perfuſa. Hæc Antonius ille. Neque nos patrem ejus nominare novimus, neque ſeptentrionem tam ethnicum fuiſſe diffitemur, neque patriæ noſtræ vindicaremus, niſi perpetuus ſcriptorum extraneorum conſenſus urgeret, unde cultum ipſius Sancti, ea de cauſſa in Daniam quoque poſtmodum tranſiiſſe, ſuſpicamur, & Chriſt. IIdum, de gloria regni ſui ſolicitum, ejus vitam memoriæ poſterorum mandare, Chriſtierno Petri injunxiſſe. Natales Sebaldi, pueritiam & ſtudia, Hartmanni Schedelii Chronicon Noribergenſe (unde Magdeburgenſes, Petrus Merſſæus Cratepolius in Catalogo Electorum Eccleſiaſticorum, Elſius in Encomiaſtico Auguſtiniano, Bucelinus, Oldoinus aliique ſua hauſerunt) in ſexta ætate mundi folio CLXII. hujusmodi verbis comprehendit.

Pater Sebaldi ignoratur.

Chriſtianus II. de gloria regni ſui ſolicitus.

Sebaldus Confeſſor digniſſimus & ſanctiſſimus, hac tempeſtate (ut quidam ferunt) doctrina & ſanctitate in Germania floruit. Is ex nobiliſſimis ortus parentibus, Regis Daciæ filius, ac Reginæ caſtiſſimæ, qui votis ac precibus a Deo hanc ſobolem impetrarunt. Ab ineunte ætate diſciplinis ac literis traditus, pro adipiſcendis artibus liberalibus in adoleſcentia Pariſios petiit.

Sebald. Confeſſor ſanctiſſ.

Hæc diffuſius diducit Paſſionale, lingua Saxoniæ inferioris compilatum, & Lubecæ anno MCCCCXCII & iterum XCIX impreſſum, Regem quendam Danemarchiæ, ſapientia & pietate inſignem, devotam etiam conjugem habuiſſe. Augebat pium hoc conjugum par ſterile conjugium, & negata per plures annos proles. Junctim itaque Deum precibus fatigant, votoque

Pater Sebaldi pius ac ſapiens Rex Daniæ.

toque placant, ſe unica prole data, perpetuam deinceps caſtitatem obſervaturos. Movit Deum tam pium propoſitum, qui eos filio Sebaldo beavit. Parentibus itaque deinde votum religioſe ſervantibus, puer Sebaldus, ſcholis traditus, egregie enutriebatur, ac ubi quindecim annos impleverit, in Pariſienſem a patre mittebatur univerſitatem. Ubi majori niſu ſtudiis incumbens, in magnum artium Magiſtrum evaſit, neque minora pietatis incrementa ſumſit, vanitatem hujus mundi conſiderando. Poſt triennium in Univerſitate transactum, pater ipſum, octodecim tum annos natum, a ſtudiis revocavit. De Sebaldi conjugio in ſolitudinem mox verſo, itinere Romano, & obtenta prædicandi Germanis licentia, Schedelius in citato Chronico Norimbergenſi: Cum eruditiſſimus evaſiſſet, virgo pulcherrima, de familia Regum Francorum, matrimonio ei juncta fuit. Verum ſpretis mundialibus pompis, relicto regno, ſponſam elegantiſſimam nocte deſeruit, in longinquas regiones ac eremum feceſſit. Ubi cum annis xv. ſanctiſſime vixiſſet, inde, devotionis gratia, Romam perveniens, a Gregorio Secundo, Summo Pontifice, ad Germanos, prædicationis gratia directus, Wilibaldum & Wunibaldum fratres, itineris comites habuit. Fuſius hæc perſequitur Paſſionale Lubecenſe: Sebaldo pater ipſius potentis Francorum Comitis filiam in uxorem dedit, qui ſolus cum ea in thalamo relictus ita virginem affatur: Sponſa mea es, itaque ſit inter nos animorum conjunctio, ego ad extremum usque ſpiritum pro te Deo preces fundam, tu viciſſim Deum pro me orabis. Ille Annam & Joachimum, Joſephum atque Mariam, in eximia caſtitate vivere fecit. Et licet licitum ſit, in conjugio permanere, multo tamen pretioſior vita eſt, quæ in caſtitate trans-

Sebaldus Lutetiam ſtudior. gratia miſſus.

Artium Magiſter.

Eruditio Sebaldi.

Conjugium.

Sponſa deſerta.

te transigitur, uti ſanctum nos docet Evangelium. Dehinc ſponſæ benedictione data, intempeſta nocte eam, omnes amicos, cuncta bona ſua, atque univerſas mundi voluptates deſeruit, ac mundo valedicens, conſitam arboribus ſilvam intravit. Ubi ſupremo Numini in paupertate & patientia ſervivit, victumque manuum ſuarum labore quæſivit, & eximia pietate vitam peragens, dies ac noctes precibus inſtitit, vigiliisque & jejuniis corpus maceravit. Voluntarium Sebaldi exilium etiam tangit Brunnerus, qui nuptiarum ſolennitatem apud patrem illius celebratam eſſe ſolus innuit. Transactis in ſolitudine quindecim annis, Romam adiiſſe Sebaldum, Gregoriique II. juſſu, prædicandi per Germaniam munus obiiſſe, Brunnerus, Yepes & prædictum Paſſionale conſentiunt. Roma deinde reverſum, primo Longobardos adiiſſe, nudis ſemper pedibus incedentem, ac ubique verbum Dei obviis prædicaſſe Paſſionale Lubecenſe tradit, qua in via Wilibaldum ac Wunibaldum fratres, cum Sancto Dionyſio Evangeliſta, pane a Deo precibus ſuis impetrato, ac ab Angelo ſibi porrecto, in eremo ſaturaſſe eum perhibet, quæ omnia diſcutere animus non eſt, ſed quicquid de Sebaldo proferimus, aliorum fide tradere. Optandum eſſet, in Vitis SS. Wunibaldi ac Willibaldi, quæ a quadam Sanctimoniali Heidenheimenſi, ipſorum æquali ac conſanguinea, extant conſcriptæ, ipſius etiam, ut ſocii itineris, mentionem occurrere, & apertius cuncta pateſcerent. Indicat ipſa Sanctimonialis Vitæ Wunebaldi Capite VII. illum, fratre ſuo comite, ſecunda vice Romam ad St. Petri Baſilicam venientem, a S. Bonifacio ibi verſante, invitatum eſſe, ut adminiculum tanti laboris & ſolatium Epiſcopatus in Divini verbi adminiſtratione illi foret; & mox

Sebaldus Eremita.

Gregor. IIdi auctoritate Evangel. prædicat Longobardis, popularibus ſuis.

Miraculum.

mox conſenſum præbuiſſe. Itaque poſt non multa transacta temporis ſupputatione, ſanctus ille vir Wunebaldus petitum atque inſtigatum a S. Bonifacio tranſitum incipere properabat, confeſtimque fratrem ſuum proprium, ſed & alios ejus cognatos atque amicos ſobriis ſalutationum verbis compellavit, atque licentiam poſtulavit. Et tunc ille cum aliquanto collegarum comitatu inchoaverat iter. Ubi Mabillonius de Sebaldo, an membrum ejus comitatus fuerit, quaſi ſubdubitans annotat: SS. Willibaldi & Wunebaldi comes itineris dicitur fuiſſe S. Sebaldus, Norimbergæ Patronus, qui in eremo annos quindecim exegiſſe, & Norimbergenſibus Chriſtianam fidem perſuaſiſſe fertur. Docetque ſibi videri id contigiſſe anno DCCXXXVIII, quum Bonifacius ad Gregorium III profectus eſt, conſentiente Sanctimoniali, in Vita Willibaldi &c. At conſtans ſcriptorum, qui Sebaldi meminerunt, eſt aſſertio, eum ſedente Gregorio II, Roma cum prænominatis ſanctis fratribus profectum, & noviſſime Auguſtinus Oldoinus, in Vitis Pontificum Romanorum, Principes Regesque, qui ab ipſo Petri Apoſtoli obitu, ad noſtram ætatem, venerationis ergo ad Vaticanum frequentiſſime confluxerunt, enumerans, Sebaldum his verbis addit: Sebaldus, Daniæ Regis filius, ſub Gregorio II Pontifice. Nos tantam componere litem omittentes, ulterius progrediemur. Sebaldi ſacros labores in Langobardorum ſalutem impenſos, atque inde in Germaniam ſuſceptum iter, Schedelius ita breviter perſequitur: Primo apud Longobardos, deinde Ratisponæ doctrina, virtutibus ac miraculis claruit. Poſtremo apud Nurembergam, in ſolitudine nemorum, religioſiſſimam

Sebald. 15 annos in eremo degit, & Norimberg. convertit.

Ratisponæ prædicat.

ſiſſimam ac perfectiſſimam vitam, usque in finem, exegit. Ubi propter doctrinam populo exhibitam, miraculorum gloria nominatiſſimus evaſit. Sebaldum, cum apud Longobardos verſaretur, Mediolanenſes, verbi Divini audiendi gratia ad ſe confluentes, in deſerto, prope Vincentiam, miraculoſe ſatiaſſe, Paſſionale Lubecenſe tradit, aquam itidem in vinum convertiſſe, ac ſuis a Deo precibus impetraſſe, ut hæreticus quidam, doctrinam illius reſpuens, collotenus terra abſorberetur, quem mox reſipiſcentem periculo exemit. Germaniam deinde ingreſſum, Danubium toga ſua trajeciſſe, memoratum Paſſionale, Yepes & Brunnerus perhibent. Hinc Ratiſponam intrans, vitrum in fruſta diffractum integritati reſtituiſſe, in Paſſionali dicitur, quo miraculo moti incolæ, nobile illius honori templum poſtea erexerunt. Glacialem ſtiriam ibidem ad inſtar fomitis accendiſſe eum, Brunnerus & Yepes ſcribunt, quod Paſſionale in Nurembergenſi urbe accidiſſe memorat &c. Inde, ut Yepes ait, in ſilvam arboribus denſam penetrans, denuo e ramis, & quam ſors offerebat materia, exiguam caſam aptavit, palatia irridens. Hic vigilias, preces, jejunia denuo continuavit: ſæpe etiam ad homines ſylveſtres ſacra verba fecit. Addit Paſſionale, illum Norimbergæ agentem, quotidie ſtato tempore in eremum exiiſſe, ibique ſpinas & vepres ad largam ſanguinis effuſionem calcare conſueviſſe &c. &c. &c.

Miracula Sebaldi prope Vincentiam, in Ital. & alibi.

Danubium toga ſua trajecit.

Miracula Ratiſponæ & Nurembergæ.

Sylveſtribus prædicat.

Ultimum vitæ Sebaldi actum Schedelius his verbis claudit: Tandem plenus dierum ad oratorium fratrum S. Martino dicatum Nurembergæ (ubi modo Cœnobium ordinis Divi Benedicti ad S. Egidium nuncupatum) pervenit, infirmitate ac ſenio corre-

Monachis S. Martini Norimberg. ſe aſſociat.

 ptus,

ptus, ſanctiſſime migravit ad Dominum. Cujus ſanctum corpus ab indomitis bobus ad locum ſepulturæ ductum. Eo propoſito in S. Martini Monaſterium contuliſſe ſe Sebaldum, ut reliquum ſenectutis inter Cœnobitas ageret, auctor eſt Yepes &c. &c.

Decimo quarto Calendarum Septembris deceſſiſſe Yepes & Breviaria Danica, inferius citanda memorant. Mortemque illius pluribus perſequitur Paſſionale Lubecenſe, miracula poſt mortem illius, ante & poſt ſepulturam taliter edifferens: Adveniente diſſolutionis illius tempore, in morbum incidit, quo ingraveſcente, adſtantibus dixit: Ubi morti debitum perſolvi, indomitos boves feretro meo jungite, & quocunque illi corpus meum pertraxerint, ibi me ſepelite. Deinde animam efflavit &c. Corpus exanime currui imponitur, quem indomitum par boum, nullo dirigente, ad locum, ubi adhuc requieſcit, traxere. Ibi magnificum ipſi præparabatur ſepulchrum &c. &c. Impius quidam cadaveri appropinquat, is barba Sebaldi apprehenſa inſultans dixit: Eja vetule atque cane, quantam hominum decepiſti multitudinem! Tunc defunctus manum exporrexit, ac tanta vi faciem ipſius percuſſit, ut oculus e capite decideret. Ejulans miſer flebiliter lamentatur. Fit tota urbe concurſus, & omnes unanimiter opem Sebaldi implorant, ut poenitenti ſuccurrat, ſe perpetuo eum honore macturos. Permotus mortuus oculum miſeri ſumit, priſtino domicilio inſerit, ac viſum abſque labe redonat &c. &c. (NB. *In margine monet* Bartholinus *ex Breviariis Lundenſi & Roſchildenſi miraculum quoddam poſt mortem Sebaldi, præſentibus peregrinis quibusdam ab aquilone, qui Romam profecturi, Norimbergam diverterant, fuiſſe patratum, cujus relationis tantummodo adſcripſit*

ini-

Mira S. Sebaldi ſepultura.

Fortitudo defuncti Sebaldi.

Miraculum Danis Norimbergæ poſt fata Sebaldi exhibitum.

initium. Peregrini quidam ab Aquilone Romam proficiſcendi cauſa Nurembergam &c.)

Tanta miraculorum gloria coruſcantis cultum, toto orbe diffuſum, ſed a Norimbergenſibus præſertim exhibitum, Schedelius tandem his verbis concludit: Inſignis Baſilica in ejus nomine conſtructa fuit. Quem poſtmodum ſummi Pontifices, propter crebra miracula, in ſanctorum Confeſſorum numerum aggregarunt, præcipue Martinus Quintus Papa, ejus feſtum per univerſum orbem XIV Kalendas Septembris celebrari juſſit. Quamobrem apud Nurembergenſes ſummo honore quotannis colitur, cum Nuremberga, præclara urbs, meritis hujus digniſſimi Patroni augmentum in omni honore & gloria ubertim ſentit. Hæc Schedelius. Feſtum ipſius Breviarium Roſchildenſe in XIIII Calendar. Septembris ſimiliter collocat, quod Lundenſe Breviarium, editorum, ni fallor, oſcitantia cauſante, nunc VIII Calend. Sept. nunc XX Auguſti celebrari præcipit. Quod autem impenſam ipſi a Nurembergenſibus venerationem attinet, memorat Paſſionale Lubecenſe, poſt ſanatum inſultantem mortuo Sebaldo homuncionem, Nurenbergenſem Magiſtratum, in tutelarem civitatis ſuæ patronum ſanctum elegiſſe Sebaldum, dicata ipſi annua ſolenni feſtivitate. Conſentit Cratepolius ajens: Fulgens miraculis, Norimbergenſium Patronus ſingularis deputatus eſt &c. &c. Templum memoriæ ipſius atque nomini honorifice dicaſſe Norimbergenſes eosdem, Schedelium audivimus, quod ſuper ſepulchro ipſius conſtructum fuiſſe, Paſſionale Lubecenſe inculcat. Et inter Bilibaldi Pirkheimeri opera Hiſtorica extat Eobani Heſſi Urbs Norimberga, illuſtrata carmine Heroico, ubi capite XXIII Templum

Baſilica S. Seb. Norimbergæ.

Feſtum S. Sebaldi.

S. Sebal. in Patron. Civit. Norimberg. electus.

Deſcriptio ſepulchri Sebaldiani.

plum Divi Petri, quod Sebaldinum vocant, deſcribitur, in quo ſitum ſepulchrum Divi Sebaldi ſequenti capite ita depingitur:

- - Totum eſt ex ære nitenti,
Artificis cælata manu pulcherrima moles
Naturæ variis operum, forma omnis ab imo
Surgit epiſtyliis fracta excreſcentibus inter
Serpentum ſpecies, operoſa torevmata florum.
In ſumma coit & pulchri faſtigia tecti
Contrahit, ipſa etiam variis cælata figuris
Non anguſta tamen, ne vertex ſummus acutum
Pyramidem faciat, quanquam tres pyramidales
Adſimilet conos, circum capitella columnas
Addita ſunt, ſpiræque breves, torulique rotundi
Atque abaci teretes, quibus aut ſimulachra Deorum,
Aut hominum inſiſtunt, videas colludere fictas
Arte puellarum effigies, ſemperque novatos
Formarum vultus, colubros adrepere, nudas
Stare puellarum ſpecies tenus ilia, donec
In caudas abeant, media plus parte draconum.
Quid ſtatuas alias memorem, matrumque virorum
Has nudas, illas armis & veſtibus aptas?
Quid tot quadrupedum formas? tot ſculpta leonum
Corpora? nudorum infantum quid mille figuras?

Magnifici hujus ſepulchri ad ann. MDXIX mentionem injeciſſe Matthæum Raderum, in Bavaria Pia, fidem facit Yepes, chronico Benedictino hæc illius verba inſerens: Condiderant cives paulo antequam Lutherana peſtis civitatem nobiliſſimam occuparet, Divo Sebaldo inclitum Mauſoleum, quod ut ex rationi-

tionibus MS. Codicis Norimbergenſis conſtat, ex orichalco ſingulari opere factum, ſeptuaginta octo millibus ſexcentis quadraginta quinque aureis æſtimatur.

Quanti ſtetit Monum. Sebaldian.

Non ſoli Norimbergenſes tanta veneratione S. Sebaldum afficiebant, ex aliis etiam populis Divum venerans illuc confluebat multitudo, Lamberto Scafnaburgenſi ad ann. MLXXII, abunde teſtante: Clara & celebris valde his temporibus per Gallias erat memoria S. Sebaldi in Nurnberg, & St. Hemerad in Haſengun, & magno populorum concurſu quotidie frequentabantur, propter opitulationes, quæ divinitus illic languentibus ſæpenumero conferebantur. Inter reliquias Sanctorum, quas Bruno, Epiſcopus Trevirenſis, in occidua primariæ ædis Trevirenſis parte, ara D. Nicolao collocata, anno Domini MCXXI, recondidit, Brachium Sebaldi (uti in margine editionis a Jacobo Maſenio adornatæ ac continuatæ legitur, ubi in textu ipſo habetur: Siwaldi) confeſſoris & Sacerdotis recenſet Browerus, Annalium Trevirenſium libr. XIII. Quin & in Daniam, unde originem Sebaldo fuiſſe volunt, cultum ejus penetraſſe, manifeſtum faciunt Officia de eo Breviariis, Lundenſi ac Roskildenſi, inſerta, e quibus Lectiones Hiſtoriales, in utroque Breviario, iisdem verbis conceptas, addere viſum eſt.

Brachium S. Sebaldi Treviris.

Beatus Dei confeſſor Sebaldus, illuſtriſſimi Regis Daciæ filius, ab infantia ſua Deo devotus extitit: parentibus obedientiam & reverentiam, omnibus clementiam ac vitiis fugam exhibuit, cujus adhuc in ætate tenera cælebs vita, ſanctiſſimis cœpit virtutum operibus coruſcare. Cumque quintum decimum attigiſſet annum, Parrhiſios mittitur, literis imbuendus,

Legenda de S. Sebaldo.

dus, ubi ſupra humanam opiniónem cœpit ſcientiis proficere, ut tandem, non tanquam diſcipulus, ſed magiſter habebatur probatus. Igitur optatis refertus virtutibus, ad patriam feliciter eſt reverſus. Parentes filii prudentiam & probitatem læti conſpicientes, ac generis ſui claritudinem inclyto ſanguinis ſucceſſu augmentare conantes, illi ſpecioſam cujusdam Comitis Regni Franciæ filiam in ſponſam & uxorem honorifice ſociarunt. Sanctus Sebaldus, in prima nuptiarum nocte, poſt multas virginitatis recommendationes, ac illibatæ caſtitatis ſponſæ ſuæ factas exhortationes, a virgine pudiciſſimus receſſit, & quicquid divitiarum, quicquid deliciarum, quicquid erat honoris hujus mundi, a ſe abdicavit, & arctam vitam eremiticam elegit. Tandem corpore ſuo per crebras orationes & dura jejunia domito, variisque ſuperatis tentationibus, condenſa nemorum deſerta relinquens, limina Apoſtolorum Romæ intima devotione viſitavit, ubi ſanctitatis ſuæ & laudabilis vitæ veritate comperta, Gregorius Nonageſimus ſecundus, tunc Romanus Pontifex, ei prædicandæ Evangelicæ veritatis officium indixit, quod Sanctus Sebaldus humiliter amplexus, laborioſiſſime exequebatur. Itaque Sanctus Dei Confeſſor, plura loca circumiens, incredulis & perfidis Chriſtianæ fidei veritatem aſtruxit. Ægrotos ſanat: miſſo per Angelum pane, quem ſuis precibus miraculoſe impetravit, fame cruciatus refovit: & poſt alia multa, quæ Deus meritis Confeſſoris ſui ad corroborationem Catholicæ fidei operatus eſt miracula, Beatus Sebaldus quarto decimo Calendas Septembris in civitate Nurenburgenſi horam feliciter clauſit extremam, & jam glorificatus in cœlis, Danis & fidelibus omnibus non deſit patrocinari in terris.

Ultimo

Ultimo hic loco nominari meretur Conradi Celtis, poëtæ Germani, Hymnus Sapphicus in Vitam S. Sebaldi, libello ipſius de ſitu & inſtitutis Norimbergæ inter Pirckheimeri opera, edito ſubjectus, ad quem ipſe Celtes libr. III. Oda XI. digitum intendit canendo:

Divus quin etiam fuit Sebaldus
Noſtris carminibus polo locatus &c.

Hactenus MSS. Bartholinianum.

Hiſtoriſche Nachricht von dem Urſprunge und Wachsthum des H. R. R. freyer Stadt Nürnberg. Frankfurt und Leipzig 1707. *pag. 5.* Anno 801. ſoll S. Sebald nach Nürnberg gekommen ſeyn, und ſich lange vorher in den Nürnbergiſchen Wäldern und Wüſteneyen aufgehalten haben, deswegen er denn für einen heiligen Mann gehalten worden. Er ſoll in S. Martins Capelle daſelbſt geſtorben, und von 4 ungezähmten Ochſen in die Stäte ſeiner Begräbnis bey S. Peters Kirche geführet worden ſeyn, welche nach der Zeit viel gröſſer erbauet, und nach ihm zu S. Sebald genennet worden. Es hat auch Pabſt Martinus V. dieſen Sebaldum nachhero durch eine Bulle, deren Anfang: Martinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam &c., und das Datum VII. Cal. Aprilis, Anno Pontificatus noſtri octavo, unter die Heiligen gezehlet, und deſſen Gedächtnis alljährlich, den 19. Auguſti, feyerlich zu begehen anbefohlen. Es werden von ihm in den Legenden der Heiligen viel Wunderwerk erzehlet, welche ſo lächerlich, als unglaublich. Denn wenn ſolche einen Grund hätten, ſo wäre ſich zu verwundern, daß ein ſolcher Wunder-Heiliger nicht eher canoniſiret worden.

Initium Bullæ Papalis Bartholino deſiderata.

Denn

S. Sebaldus a Gregor. X. canonizatur.

Denn ihm Pabſt Gregorius X. ums Jahr Chriſti 1370, erſt einen Teller um den Kopf geſchenket, welches Pabſt Martinus in vorangezogener Bulla beſtettiget. Es iſt ſonſt zu Nürnberg gebräuchlich geweſen, nach Verlauf etlicher Jahre ſeine Gebeine aus ſeinem Sarge zu eröffnen, und in neuen Zendel einzuwickeln, zu welcher Zeit man alle Kirchthüren verſperret und mit einer Wache beſetzt. Jedoch iſt ſein Sarg einmals beraubet, und das Silber davon herab gebrochen worden ꝛc. *Pagina 322. ad imaginem Sepulchri Sebaldiani æri graphice inciſam:* Anno 1519. den 19. Julii iſt das meſſinge Grab in S. Sebalds Kirchen geſetzt worden, daran man ſeither 1508. (al. 1506.) gearbeitet hat. Das hat gewogen 157. Centner. Dieſen Sarg hat gemacht Peter Fiſcher, Rotſchmidt, ſampt ſeinen Söhnen ꝛc. Es hat der Künſtler auch ſich ſelbſt, wie er in ſeiner Gießhütten arbeitet, an dieſem Werk gebildet. Das ganze Werk koſtet 78645. Gulden. Wovon ein mehrers in des Herrn von Sandrart Teutſcher Academie im 2. Theil 3. B. 2. Cap. zu leſen. *Conf.* Franckenſtein Nordgauiſche Antiquitäten, *qui illos refutare ſatagit, quibus Princeps Daniæ audit Sebaldus. Illi vero, quos ex Olao Haquini filio, Daniæ Rege, in juventute extincto, quem ab ambitioſa matre* Margaretha, *ut ipſa imperii captaret habenas, Monaſterio exotico incluſum, mutatoque nomine* Sebaldum *nuncupatum divinent, Divum hunc effinxiſſe accepimus, vel ſolius chronologiæ tam immenſo refutantur intervallo, cum hic ſeculo vixerit decimo quarto, ille autem ſeculi fuerit noni.*

Ritus ſuperſtitioſus circa oſſa S. Sebaldi.

Olaus Haquini, fil. Dan. Rex, cœce admodum a nonnullis pro S. Sebaldo habitus.

De Julino, celebri olim Pomeran. emporio, per Palnato-

§. 2. Haraldum Cærulidentem, *Daniæ Regem, Conditorem Urbis Julinenſis fuiſſe, author eſt* Saxo Grammat. *libr. X.* Poſt hæc Haraldus armis Sclavia

via potitus, apud Julinum, nobiliſſimum illius provinciæ oppidum, Sturbiorno duce, competentia militum præſidia collocavit. Quorum piratica egregio animorum robore celebrata, ac finitimis paulatim trophæis alita, eo demum ferocitatis exceſſit, ut continuis nautarum cladibus ſeptentrionalem repleret Oceanum. Ea res plus Danico imperio, quam ullum terrenæ militiæ negotium attulit. Inter quos fuere Bo, Ulff, Karlshefni, Sivaldus, aliique complures, quorum prolixam enunciationem, tædio quam voluptati propinquiorem, ſtylo proſequi ſuperſedeo. Huitfeldius *in fol. pag. 50.* Kong Harald i Dannemarck lod bygge og fundere Julin Stad udi Lante Venden. It Tal Folck ud af Danmarck, begav dem der heden at bor, ſom Palne Tocke af Fyen oc andre. Diße nœret dennem af Soe-røffveri, ſom Brug var udi de Dage, der med at undertvinge de Vender og andre. Hans Søn Svend blev op fød hos dennem. oc bleff Sønnen paa det ſidſte anhængige miod Faderen: oc var aarſag til Fader ens Fordervelſe og Død, ſom ſlige videre kand læſes udi den Julinſke Hiſtorie.

eum Danum, auſpiciis Haraldi Cœrulidentis, Dan. Regis, condito, ejusdemque legibus in Saxonia &c. obſervatis.

Sueno barb. furcat. Julini educat.

NB. Hiſtoria Julinenſis, cujus hic meminit Huitfeldius, vocatur alias Jomswickinga Bardaga Saga, *id eſt Julinenſium piratarum prœliorum hiſtoria. Dicebatur enim Julinum, alias Jomsborg, eiusque inhabitatores Jomsborger & Jomsvickinger, nam τὸ Vickingur denotat piratam.* Sveno Aggonis *Hiſt. Dan. Cap. IV. de* Haraldo *ob inteſtinam ſeditionem profugo:* Qui curſu celeri fugam arripiens, pedibus enim timor addidit alas, ad Sclaviam usque profugus commeavit, ibique pace impetrata, primus urbem

Hiſtor. piratar. Julinens.

urbem fundaſſe dicitur, quæ Hynnisburg nuncupatur. Cujus moenia ab Archipræſule Abſalone ego Sveno ſolo conſpexi æquari. *Ubi* Stephanius Scholiaſtes *in Notis*. Quænam urbs illa fuerit, Hynnisburg ſic dicta, & in qua Sclaviæ parte ſita, prorſus ignorare me fateor. Julinum certe eſſe non potuit, quum ea civitas longe ante Haraldi exilium, imo ab ipſo Julio Cæſare, ut nonnulli rerum Vandalicarum ſcriptores ſtatuunt, condita ſit. Deinde Julinum veteri lingua Danica Jomsburg, non Hynnißburg dicta eſt. Quod autem ſubjungat Sveno, ejus urbis mœnia ab Archiepiſcopo Abſalone, ſe præſente, diruta & ſolo æquata, id equidem ad Julinum quodammodo referri poteſt, quod oppidum Saxo libr. XIV. ter incendio, juſſu Valdemari Primi, Daniæ Regis, accurante Abſalone, conſumptum tradit. *Hæc* Stephanius. *Cel.* Thormod. Torfæus, *Hiſtor. Norv. Part.* 2. *Cap. V. p. 280. de* Palnatokio *Dano*. Ipſe triginta naves ad piraticam delegit, Scotiæque & Hiberniæ, proxima æſtate, tanquam ſubitus turbo incubuit, accedentibus paſſim ad hanc, quam tenuit claſſem, novo navium militumque numero, donec ad ſexaginta excreſceret, quam ex Occidente deducens ad oras Vandaliæ convertit. Valde igitur Bunsleifus (Bolislaus) vim hominis prudentis & ſtrenui, perpetuoque victoriarum curſu celebrati, extimuit. Satius igitur viſum eſt, aliqua rerum ſuarum jactura virum præpotentem ſibi allicere, potentiamque ejus in uſum ſuum convertere, quam bello fortunam periclitari. Miſſis igitur protinus ad eum legatis, pacem conditionesque obtulit, manendi intra limites regni ſui cum univerſo exercitu, ibique ſedem figendi, conceſſa ad alimenta vitæque ſubſidia, provincia ampliſſima, Jome dicta. Adjunctum muneri honore miſtum

Proceritas Archiep. Abſal.

Hynnisburg pro Jomsburg.

Palnatokus Danus formidabilis.

ſtum onus ſub cuſtodis limitum titulo arcendi a finibus oriſque regni ſui omnes hoſtiles piraticoſque inſultus. Accepit conditionem pirata, inque littore ingens oppidum, quod a provincia, ubi ſitum erat, Jomsburgum nominabat, tunc primum e fundamentis exſtruiſſe perhibetur. Cum autem conſtet, Haraldi, non Burisleifi, auſpiciis ædificatum, author (*ſc. Codicis Flateyenſis, quem hic ſequitur Torfæus*) originem oppidi, quæ forte eodem Palnatokio duce, ſed longe prius, cœpit, cum hoc reditu in Vandaliam confudiſſe videtur. Jam enim Jomsburgum, quocunque modo Danis ereptum, vel ultro conferente Rege Haraldo, navatæ operæ præmium, in Burisleifi poteſtatem recidiſſe videtur, Palnatockioque cum reliqua provincia in feudum ab eo conceſſum, conditionibus antea relatis. Miſcet deinde ſcriptor originem urbis cum legibus, quas Palnatockius, hoc demum tempore tuliſſe videtur, hoc modo: Oppidum ingentis amplitudinis munitum valde ædificaſſe dicitur. In medio portus erat trecentarum capax, quem porta janua ferrea (forte cataracta) clauſa, qua pelagum ſpectat, claudebat, ſupra portam pons erat lapideus &c. ſupra pontem turris erat, ubi balliſtæ reſervabantur &c. Id oppidum alio nomine Sæburgum, ſeu maritimum appellatum eſt &c. Sequuntur jam leges, cum ædificationis primordiis confuſæ, quas Palnatockius, dum Haraldi Regis obſequio tenebatur, nequaquam ferre poterat, argumento hoc ipſo tempore, de quo agimus latos, & quidem, ut habetur, optimatum conſilio, ad potentiam vireſque & famam nominis ſui propagandam. *Ex legibus hiſce, apud* Torfæum *in ſequentibus obviis, nos unam alteramve, unde Martium Danicæ hujus coloniæ ingenium inprimis elucet, delibandas duximus:*

Jomsborg a provincia Jome dict.

Deſcriptio oppidi Julin.

Julinum alias Saeburgum.

Tom. III. G *Pri-*

Leges piratar. Julinenſium.

Prima qui minor eſſet octodecim annis, aut quinquaginta major eo recipi vetabatur, ut nec is, qui alteri armis pariter inſtructo congredi recuſaret.

Secunda receptus quilibet ad ſociorum vindictam ſe aſtringere, perinde ut filii aut fratris, tenebatur.

Sexta fœminæ a civitate arcebantur, tanquam viris militaribus minus aptæ.

Nona meticuloſa verba, metusque omnis etiam in manifeſto periculo exulare juſſa &c.

Torfæum, *aliosque noſtrates ſcriptores, quam ſolide neſcio, refutare aggreſſus eſt* Albert. Georg. Schwartzen, *in Diſſert. Publica de* Jomsburgo, Pomeraniæ inclyto oppido *Gryphiswaldiæ 1734. pag. 11.* Equidem Dani, *inquit*, & præſertim Torfæus Hiſtor. Norv. Part. 2. libr. VII. cap. 5. id agunt, ut Haraldum ſuum, cognomine Blatand, conditorem urbis faciant. Sed veritatem migrant. Etenim vel ipſa, qua utuntur, narratione liqueſcit, quod Haraldus Regi Pomeraniæ bellum movens, in ipſa illa, quæ primum impetum armorum ejus ſuſtinebat, provincia, locum munitum ſubigendum invenerit. Igitur ſi quid feciſſe dicendus eſt, Jomsburgum, quod caſtrum hactenus fuerat, amplitudine atque munimentis tantum auxiſſe putandus erit. Præterea unanimi fere ſuffragio ſeptentrionâles Jomsburgum de Julino noſtro interpretantur. Sed de eo credendum ſcriptoribus noſtris eſt, quod multo remotiori ætati origines ipſius debeantur. Ita vereor, ne ſuis armis debellari poſſint &c. *Hæc vero aliorum nos examini relinquimus diſcutienda:*

Haraldus Jomsburg. tantum ampliaſſe & muniviſſe dicitur.

An Julinum & Jomsburgum ſint diverſa oppida.

De

De Haraldo noſtro, Legiſlatore ævi ſui inclyto, ita Helmoldus *Chron. Sclav. Cap. 15.* Hujus viri induſtria (*ſc. Haroldi ut vocat*) in divinis quidem rebus fuit eximia, nihilominus tamen etiam in mundana ſapientia, in his videlicet, quæ ad Regni gubernationem pertinere videntur, adeo claruit, ut leges & jura ſtatuerit, quæ pro auctoritate viri non ſolum Dani, ſed & Saxones adhuc hodie ſervare contendunt. *Ubi ſubjungit* Wormius *in Mon. Dan. libr. 5. p. 334.* Per hæcce jura leges, quas vulgo Saxen Spiegel vocant, intelligunt eruditi. Quas Dano auctori tribuere eos cogit tum affinitas cum noſtris legibus, tum hujus hiſtorici fide digna auctoritas. *Hæc Wormius.* Pontanus *Hiſt. Dan. libr. V. pag. 136.* Notat Stadenſis, rebus ipſum (*ſc. Haraldum*) adhuc integris, non Daniæ modo, ſed Transalbianis quoque & Friſiis civilia ſtatuta & leges tuliſſe, quas & ipſi a tanto præſertim Rege profectas, haud illibenter amplexi, ut ſacras inde atque immotas tenuerint. *Accedit teſtimonium* Adami Bremenſis, *Hiſtor. Eccleſiaſt. libro II.* Certiſſimum vero eſt, eum tam noſtro populo, quam Transalbianis & Freſorum genti, leges & jura conſtituiſſe, quæ adhuc pro tanti auctoritate viri ſervare contendunt. *Et ſi recentiorem teſtem velimus, conferatur Cel. Doct.* Vogtii, *Profeſſ. Chilonienſ. Commentatio in LL. Jutic. de Homicid.* Compilatum eſt, *inquit*, Jus Juticum, ut nobis quidem videtur, maximam partem ex antiquisſimis Cimbrorum, Saxonum & Friſiorum Conſuetudinibus vel Legibus: Has enim inter ſe conveniſſe probabile eſt, quod Leges Haraldi VI. Regis Daniæ, qui floruit Seculo X, commune Jus horum populorum conſtituerint.

Leges Haraldi a Saxonibus obſervatæ, argumentum forte Haraldini ibidem dominii.

Terna Svenon. Barb. furcat. apud Vandal. captivitas.

§. 3. *De terna Svenonis barbæ furcatæ, Daniæ & poſtmodum Angliæ Regis, apud Julinenſes captivitate, graviſſimaque redemptione* Saxo, *Hiſt. Dan. Lib. X.* Quam temeritatem vindex contemptus ſui Divinitas, non parva rerum acerbitate penſavit, auctorem ejus triſtiſſimis fortunæ vicibus inſecuta. Ipſum namque deſerendæ religionis ducem perquam graviter affectum, violentisſimis caſibus implicare non deſtitit, lætisque ſucceſſibus ſpoliatum, amarum vitæ uſum experiri coëgit. Quippe a Julini oppidi accolis, piratica Daniam inceſſentibus, captus, facta ſibi redimendi poteſtate, corpus ſuum auro ſemel, argento bis rependendum promiſit. Ea ſumma a Danis ob deſerta ſacra nimio eum favore proſequentibus contributa, patriæ reſtitutus, nihilominus oculos denſisſimis ignorantiæ tenebris obfuſos, conſpicuæ lucis radiis admovere contempſit &c. Eo tempore piraticæ uſus noſtris creber, Sclavis perrarus extitit: qui ob hoc latius ad eos manare cœpit, quod Julini oppidi piratæ, patriæ ſtudiis adverſum patriam uſi, eo maxime Danis, quod ab ipſorum ingenio traxerant, nocuerunt &c. At Sveno oppresſionum ſuarum vindictam ſitiens, maximeque Julinum, perinde ac ſceleſtisſimi contubernii domicilium, armis evertere cupiens, ſinum, quo Möen inſula a Falſtria ſecernitur, Regia claſſe complevit. Qui cum ſe mox in Sclavorum effuſurus provinciam videretur, qui Julini conſtiterant, audacter callidi, impetum hoſtis arte præcurrendum duxerunt. Nam cum muniendæ claſſis gratia nocturnas a Danis circumiri vigilias noſſent, delectos remiges ſubornaverunt. Qui mane anticipatæ vigilum more, ſimulatoque ab excubiis reditu, frequentem liburnis portum brevi lintre permenſi, cum ad Regis usque navigium proceſſiſſent, eſſe gubernator

Redemptio graviſſima.

dixit,

dixit, quod ſecretius eum noſſe admodum oporteret. A quo Rex noctu exploratæ rei nuncium afferri ratus, detracto navigii tegmine, capiteque exerto, veluti familiaris colloquii gratia acclive vocanti corpus præbuit. Quem ut ille inſidiis opportunum animadvertit, ſubito cervicem, ejus perquam violento amplexu corripuit, liburnæque detractum; apparitorum ope myoparoni ſuo injiciendum curavit. Nec ſegniter fugam nautæ, concitatis remorum ictibus, expetebant &c. &c. Neque enim ocyus a ſuis juvari poterat, utpote quibus primum detrahenda navigiis tegmina, aptandi foris remi, extollendæque undis anchoræ fuerant. Ceſſit igitur expeditio fraudi: nec barbariem absque regio ductu petere auſa, ſoluta claſſe domeſticis militem littoribus reddidit. In qua fortunæ violentia Sveno virili defectus auxilio, fœmineum expertus eſt. Nam cum exhauſtis regni opibus, ne aurum quidem redemptioni ejus ſuppetere videretur, tanta ei matronarum humanitas affuit, ut detractis aurium inſignibus, cæteroque cultu, certatim digeſtam pondere ſummam explerent, plus commodi in ſalute principis, quam amœnitatis in ornamentorum ſuorum ſpecie reponentes &c. Ita populus ſacrilegi animi probator, religioſi punitor, quantum in patris ſanctitatem contemptus, tantum in filii labem honoris congeſſerat, cultumque ejus, quia ſacrorum morem abrogaverat, copioſa favoris indulgentia proſecutus, tec. Regem a piratis captivum, interpoſita munerum pactione, receperat. Nec illi quidem ad præmia matronarum obſequio exſolvenda ingrata mens fuit. Nam fœminis deinceps participandarum hæreditatum jus, a quibus ante lege repellebantur, indulſit &c. Cæterum barbari nondum rebus eum exuiſſe con-

Audax inſidiarum genus.

Feminæ Danor. ſua erga captiv. Regem benevolentia, jus hæreditarium meruerunt.

tenti, truculentius affectum jurare etiam, iram remiſſurum, compellunt, gemina miſerum pactione torquentes &c. Tantum autem transfugarum erga patriam charitas valuit, ut cum regiam Danorum ſtirpem ad unicum Haraldi filium redactam eſſe cognoſcerent, quo minus alienis ſumma cederet, ſaluti ipſius parcendum exiſtimarent. Quamobrem opes ejus, non exitum ſitientes, egeſtatem ſuam cenſu ſolari quam ſanguine maluerunt. *Hæc Saxo.* Albertus Krantzius, *Wandaliæ libr. II. Cap. 33. pag. 45.* Erat Julinum præclarum illa ætate Wandalorum emporium, tantis opibus, tantis mercatorum negotiis frequens, ut vix aliud par illi tum Europa videret, Conſtantinopoli ſemper excepta, quæ tum florebat. Ibi Ruſſi, Dani, Sembi, Saxones & ipſi Wandali, ſingulæ quoque gentes ſuos vicos & plateas incolebant, nulli præcluſum municipium, niſi qui de Chriſtianiſmo ſermones ſereret. Hæc erat ingredientium terra marique lex, ut omnia pacata invenirent, ſi non de religione verba facerent. Jam Haraldi filius Zuen-Otto Daniæ regnum, projecto populariter Chriſtianiſmo, cognomine pariter, quod illi additum erat honoris gratia in Baptiſmo, abjecto moderabatur: jam enim injurium ducebat, ſi quis illum de cætero Zuenottonem vocitaret. Ergo bellum ante omnes indicit Wandalis, patris ſui jam hoſtis, receptatoribus, nec illi ſegnes excipiunt, animo & opibus non impares. Fit pugna (ut frequenter) navalis: diu communi Marte volavit victoria: demum Wandalorum navibus inſedit. Captus Rex in prælio abducitur in Wandaliam: gravi ære per intervallum perſoluto redimitur. Priſtina bella renovat: eadem illum, quæ prius fortuna inſequitur, vindicante Deo injuriam rejectæ religionis. Jam priſtina

Julinenſes ortu Dani, regiæ Danorum ſtirpis aliqualem rationem habent.

Sola Conſtantinopolis Julino olim comparanda.

Dani in urbe Julin. peculiares olim plateas incolebant.

Lege cautum Julini, ne Chriſtianiſmi fieret mentio.

Sveno Svenottonem audire reſpuit.

ſtina redemptione exinanitis regni theſauris, quum in promptu aurum non adeſſet, datis vadibus & priorum in regno procerum filiis obſidibus, regreditur, nec ſic quieturus: nam tertio quoque belli ſortem in eosdem ſtatuit hoſtes experiri. Jam cautior futurus, omnia diligenter colluſtrabat. Nocturnis claſſem vigiliis, circumductis ſcaphis, juſſit velut caſtra circuiri, ne quid intentent hoſtiles inſidiæ. Viderant hanc Regis diligentiam Julinenſes Wandali, & ex tempore conſilium mutuantur. Nam quidam ex eis promtiores, ubi Danicæ vigiliæ jam ad quietem redibant, ſub orituram mox lucem, inſcenſa navicula, quum haberent, qui linguam Danicam callerent, prætoriam Regis navim adeunt: vigiles Regii ſunt ab omnibus crediti, idque aſſimulant: Regis colloquium depoſcunt, velut magnæ opportunitatis rem allaturi. Rex arbitratus eſſe ſuos excubitores, qui aliquid magni contemplati celeriter diſſererent, nihil inſidiarum veritus, caput e navi protulit. Qui autem ſermonem in aurem afferret, ait eſſe ſecretum non palam efferendum, ne etiam proximi audiant cavendum. Rex admoturus aurem pectoretenus inclinat loquuturo: ſtatim rapitur in ſcapham & ore occluſo, tacito remigio abducitur, priusquam arma quisquam expediat in nocte: nam ſtabant in ordine paratæ Wandalorum acies. Ita tertio captus Rex, Julinum perducitur: manifeſta illum vindicta perſequente, quod in parentem impius, & in omnium parentem Deum eſſet ſacrilegus. Jam tertiæ redemptionis circumſpiciuntur impendia, vacuato ærario, ac obſidibus pridem obligatis. Igitur fœminæ locupletes in regno, regiam ſortem commiſeratæ, ipſæ de ſuis ornamentis aurum contulerunt pro illius redemptione.

Julinenſes Danicæ linguæ gnarum ad inſidias deligunt.

Qua pietate commonitus Rex, jam redemptus, legem de ſucceſſione fœminarum (quæ iniqua pridem illis erat) maribus exæquavit.

Geſta Canuti M. contra Sclavos.

§. 4. *Illatam ternam iſtam parenti a Sclavis contumeliam, cum ipſe extorti juramenti vetaretur religione, poſtea ultum ivit filius, magnus ille Daniæ, Angliæ &c. Rex Canutus.* Saxo Grammat. *libr. X.* Primum Sclaviæ ac Sembiæ, perinde ac debilioribus regnis, ferrum injicere ſtatuit. Quarum alteram Sveno tametſi graves injurias paſſus, obſtante religionis vinculo, concutere formidabat, altera ab Haquino oppreſſa, abſumpto eo, rebelles Danis manus exercuit. Solerter igitur a Danici regiminis ſucceſſore proviſum eſt, ut in hac paterni gravaminis, in illa defectionis noxam puniret &c. &c. Cujus propoſiti compos, ſpes ſuas duabus ſplendidiſſimis victoriis alitas, tertiam ab Anglis expetere docuit. *Addimus iterum* Alb. Krantzium, *Wandal. libr. III, p. 54. Cap. 47.* Kanutus Rex, paternarum memor injuriarum, bellum paravit in Julinenſes Wandalos. Caverant enim ſibi Julinenſes memorati, ut tertio capto Zuenone, Kanuti patre, ſacramentum præſtaret, ſe nunquam, quod acciderat, vindicaturum: quod pius, jam in Chriſti religione devotus, ſedulo implevit. Sed filius Kanutus, quod patri per jusjurandum non licuit, ille ſibi putavit implendum, primitias inde belli auſpicatus, ſi piam patris cauſam vindicaret. Itaque parata armorum expeditione, navigavit e Dania ſua in portum, & oppugnata aliquamdiu civitate, rebus pactione compoſitis, ad urgentiora bella reſpexit. *Hæc* Krantzius. *Nec prateriri bic oportet, quod Canutus Magnus unacum conjuge* Emma, *& filio* Canuto Duro, *in ſocietatem Fratrum*

Vandali bis ſuperati.

Sveno juramenti obſervantiſſ.

Canut. M. cum uxore & filio in Fraternitatem Bremenſ. receptus.

Fratrum Bremenſium fuerit receptus. Pontanus *libr. V. p. 163.* Adamus Bremenſis, ejusque vetus Scholiaſtes ait, Canutum abjecto nomine gentilitatis, in baptismo Lamberti vocabulum accepiſſe: & ideo ſcriptum reperiri in codice Fraternitatis Bremenſium:

LAMBRICHT REX DANORVM, ET IMMA REGINA, ET KNVT, FILIVS EORVM, DEVOTE SE COMMENDARVNT ORATIONIBVS FRATRVM BREMENSIVM.

§. 5. *Magnum, S. Olavi filium, Norvegiæ, ſimulque ex inito cum Canuto Magno ſucceſſionis pacto Daniæ Regem, cum Ratibore Wandalorum principe congreſſum memorat laudatus* Krantzius, *Wandal. libr. III. Cap. 47. p. 55.* Jam Magnus duobus regnis inſignis, movit expeditionem in Wandalos, itinere terreſtri, ex Jutia ducens per Holſatiam in Wandaliam, occurrit illi magno agmine princeps Winulorum, Ratibor, & manu conſerta cum Danis, cadit in acie ductor. Filii autem ejus, quos ille octo reliquerat, omnes ad arma validos, bella cum Danis renovant, & ipſi omnes ad internecionem cæduntur. Winuli tamen obſervantes tempora, quibus Magnus Rex, aliis implicitus bellis, eis occurrere non poſſet, magno agmine vaſtantes Jutiam, usque Ripam oppidum tum florens pervenerunt. Sed Rex præoccupatis illis, apud Sleswicum demoratur egreſſuros, ibique prælio excipiens redeuntes, multa ex his millia ſtravit. Pax inde firmatur utrimque. *Addi hic poſſunt nonnulla de affinitate, qua Magno huic, Danorum Norvegorumque Regi, cum Ducibus Saxoniæ & Brunſvici interceſſit, quorum opera & auxilio adverſus Vandalos ſubinde utebatur. Audiendus hic* Thormodus Torfæus, *Hiſt. Norv. Part. III. libr. IV. Cap. 6. pag.*

Victoria Magni, Dan. & Norv. Regis, de Ratibore Vandal. Princ.

Ratibor. proſtratus.

Octo ejus filii cæſi.

Jutia a Vand. vaſtata, ſed non impune.

Affinitas Magni Dan. Reg. cum Ducib. Sax. & Brunſv.

6. pag. 246. ubi loquitur de prælio cum Vandalis in Jutia commiſſo: Ad amnem Skotburgenſem, *inquit*, qui Jutiam auſtralem a meridionali diſterminat, concurſum volunt, Ottone Duce Brunſvicenſi, Regis Magni ſororio (duxerat enim ſororem ejus Ulfhildem, genuinam patris Olafi ex Aſtride Regina ſobolem) cum auxiliaribus copiis præſente, ſed quoniam de hoc Ordolpho diſſenſus eſt, an idem ſit, quem alii Ottonem appellant, & an ſororem Magni, an filiam duxerit, anque filia Haraldi natus fuerit, digreſſu non inutili ſcriptorum teſtimonia breviter excutiemus. Adamus Bremenſis Ordolphum eum Comitis Bernhardi filium verius appellat, ſororemque Magni uxorem duxiſſe, non filiam Giſelem, ut Saxonicarum veteres rerumque Brunſvicenſium ſcriptores conſenſu teſtantur, quibus Albertus Krantzius adſtipulatur, dum Magnum, Saxoniæ Ducem, filia hujus Regis Magni natum tradit, nec ego pariter ac ille temporum diſſenſum obſervo, quo minus anno Chriſti MXLII. cum primum Magnus regnum, vel proximo adeptus eſt, Archiepiſcopi Bezelini tempore non potuerit S. Olafi filia Ortholfo deſpondi, quo Magnus filiam nubilem habere nequivit, nec ultimo quidem vitæ ſuæ anno. Jam vero Bremenſis tradit, nuptias vivo Magno cum ſorore ejus celebratas. Digna ſunt, quæ hic inſerantur, ipſius verba: Victor, *inquit*, Magnus, Daniam obtinuit ſimul & Norvegiam, ad quem Archiepiſcopus noſter usque Sliaswig pro colloquio venit, habens in comitatu ſuo Bernhardum & Thiadmarum Hildiſemmenſem Epiſcopum; ille Thiadmarus, e Dacia oriundus, cum Regina Gunnild advenit, cujus patrocinio ille meruit Hildiſemmenſem epiſcopatum, nam barbarice Timma vocabatur. In quo colloquio, ſoror Magni Regis, Ordulfo

Otto f. Ordolphus, Dux Brunſvicenſ. habebat ſororem Magni in matrimonio.

Saxonici ſcriptores notati.

Thiadmarus Danus, Epiſc. Hildeſ. de quo infra.

Ulfhildis Magni ſoror, Or-

Ordulfo, filio Ducis, deſponſatur, qui vix peractis nuptiis, in gratiam cognati quendam Haroldum, Danorum principem, redeuntem ab urbe Apoſtolica trans Albiam obtruncavit innoxium: cujus mortis cauſa ea fuit, quod de regali ſtirpe Danorum genitus, ſceptro propior, quam Magnus, eſſe videbatur. Ea res initium calamitatis fecit in familiam Ducis. *Hæc ille. Poſt pauca pergit iterum* Torfæus:. A Sancto igitur Olafo Ducum Brunſwicenſium pleraque per Germaniam Sereniſſimorum Principum celeberrima ſtemmata profluxerunt. Noſtri ſcriptores ex Ulfhilde Ordolfum (qui illis plerumque Otto, Annalibus utrisque, tam Flateyenſibus, quam vetuſtioribus, Adulfus) filium Magnum ſuſcepiſſe tradunt: nec illud quidem abſurdum, matrem filio fratris nomen impoſuiſſe (nam quem patris prius forte nomine dixerat, poterat expiraſſe) Magnus, ſine maſcula ſtirpe decedens, duas filias reliquit, Ulfhildem, quæ nupſit Henrico Velpho, Gvelphi quarti filio, Bavariæ & Hetruriæ Duci. Eorum filius, Henricus Superbus, Princeps potentiſſimus Hetruriæ, Noricorum, Vendelicorum, Naviſiorum, Rhetorum: cujus uxor Gerthrudis, Imperatoris Lotharii filia. Eorum filius Henricus Leo: ejus filius Otto Quartus, Romanorum Imperator. Magni Saxoniæ Ducis filia fuit Hedvigis, aliis Elica, Ottonis Magni & divitis Comitis Aſcaniæ Ballenſtadi & Velphi uxor. Eorum filius Albertus Urſus, potentiſſimus Elector & Dux Brandenburgicus. Ab his traducibus compluribus ſcriptoribus ad noſtra usque tempora deducta, Illuſtriſſimarum familiarum ſtemmata, Lectori paſſim obvia, hoc loco monſtraſſe ſuffecerit, illorum originem Sancto Olavo Norvegisque deberi. Ulfhildis quoque

Magni-

dulfo deſponſa. Princeps Dan. occiſus.

Familiæ illuſtriſſ. per German. a S. Olavo Norv. R. deſcendentes.

Ulfhildis & Magni nomina unde acceperunt Germani.

Magnique nomina ab ejus liberis primo in Germaniam introducta &c.

Horrendum quod Ericus Bonus, Danor. Rex, a pirat. Julin. ſumpſit ſupplicium. Auto, Nob. Danus a Vandal. occiſus.

§. 6. *De horrendo, quod Ericus Bonus, Daniæ Rex, a piratis Julinenſibus ſumpſit, ſupplicio, ita* Saxo Gr. *Hiſt. Dan. libr. XII.* Ea tempeſtate Sclavorum inſolentia, diu Danicæ rei miſeriis alita, piratica noſtros acerrime laceſſebat. Sed & Autonem quendam, ſplendidiſſimo loco natum, Falſtriam e Sialandia petentem, morique quam intercipi præoptantem occidit. Enim vero ingenita Danico ſanguini virtus, captivitatis ſortem omni fato triſtiorem exiſtimat. Quam rem Skialmo Candidus, (frater hic Autonis erat) in celeberrimis Danorum conciliis querelarum frequentia proſecutus extulit, ut auctoritate ejus motum vulgus, unius necem omnium manu ulciſcendam decerneret. Adeo quippe regia Majeſtas popularem libertatem evexerat, ut ei decernendarum expeditionum jus eſſet &c. Præterea Alli & Herri Scaniæ oriundi, ſed ejus uſum facinoribus demeriti, Julinum, certiſſimum Danorum perfugium, proſcriptorum titulo petiverunt. Cujus enixe negotia confectantes, maritimisque patriam latrociniis inceſſentes, rem Danicam atrocius profligare cœperunt. Tunc Danica juventus Julinum adorta, fractos obſidione cives, quotquot intra mœnia piratas habebant, cum pecunia pactionis nomine præbere coëgit. Quibus noſtri in poteſtatem acceptis, læſæ patriæ poenas crudeliſſima mortis ratione expetendas duxerunt. Nam quo violentiore eos morte conſumerent, revinctis poſt terga manibus, palis primum affigendos curabant, deinde ventrium cava cultro rimati, nudatis extis, primaque viſcerum parte protracta, cætera ſtipitibus explicabant, nec ante ſupplicium remiſerunt,

Alli & Herri Dania proſcripti, Julini foventur.

Dani Julinum obſident & occupant.

runt, quam tortos extis funditus alvo egeſtis, horridæ rapacitatis ſpiritum profundere coëgiſſent. Quod ſpectaculum, ut ſpecie triſte, ita re noſtris perquam utile extitit. Non ſolum enim reis pœnam inflixit, ſed etiam cæteros conſimilem cruciatus cauſam vitare permonuit &c. Nec ſemel quidem Ericus Sclavici roboris amplitudinem preſſit, & nervos debilitavit, ſed iterum ac tertio effrenata gentis illius ingenia, tanto tempore retudit, ut nulla eum ulterius piratici æſtus procella pulſaret. *Concinit rurſus* Albert. Krantzius, *Wandal. lib. III. p. 61.* Ericus deinde Regnum excepit &c. Hic rex proceritate & robore corporis inſignis, bellum intulit ſuis temporibus Julino, clariſſimo Wandalorum oppido, ad mare: quod Daniæ regno proſcriptos foveret, & inde piraticam in Danos cum proſcriptis exercerent. Arcta cinxit Rex obſidione oppidum, adegitque habitatores dedere profugos, & Dania proſcriptos: in quos inſigni juſſit ſævire ſupplicio, quod patriam impugnarint, & quosdam nobiles in mari captos peremiſſent. Nam deligatos ad palum nudari juſſit, ventrem in longum novacula ſcindi, viſcera profundi, & cor extractum viventibus oſtendi. Pacatæ hoc modo res paucorum ſupplicio videbantur. Sed Wandali obſidionem ſuam ulturi, quum Rex aliis bellis implicaretur, Daniam vaſtant, obvios obtruncant, & hoſtilia cuncta ſævientes exercent. In quos ſecundo ac tertio Rex ducens, ad æquas pacis conditiones rem tandem finit pervenire.

Horrendum nimis ſupplicii genus.

Piratæ Sclavici ab hoc Rege prorſus domiti.

Dania a Vandalis vaſtata.

Terna Erici Regis in Vandal. expeditio.

§. 7. *Nicolai, Daniæ Regis, expeditionem Vandalicam enarrat* Saxo, *Lib. XIII.* Henricus, Guthskalii ex Siritha filius, maternis a Nicolao bonis indigne ſpoliatus, tam acrem eorum repetitorem agere cœpit, ut Danis infatigabiliter imminens, ipſum intra Sleſvici

Nicolai, Daniæ Regis, in Vandalos expeditio.

vici fines, ad tuendam ſalutem ſuam, ſtatione & excubiis uti cogeret. Interjectam Albiæ Sleſvicoque provinciam cultore vacuefecit. Cujus rei ulciſcendæ gratia Nicolaus, excita claſſe, Liuthiam appellit, Elivo, Sleſvicenſis præfecturæ viro, equeſtres obviam ſibi copias ductare juſſo. Nec dum enim Dani externas obequitando pugnas conficere noverant. Verum præfecti levitas, pecuniæ ab Henrico pactione corrupta, cupidius quæſtum, quam imperium intuebatur. Itaque Nicolaus Sclavicis in campis vacuam equis phalangem explicat. Tunc Sclavi pedites obequitando laſſare, quam cum tota acie manum conſerere tutius rati, nunc alas, nunc cornua circumvolando, eademque varie jaculis inceſſendo, obliquis hoſtem inſultibus lacerabant. Procurſu namque in eum directo, cita fuga referebantur, nec recurſum ſegnius, quam impetum edebant, noſtrorumque majore mole, quam pernicitate ſibi imminentium ex adverſo congreſſum vitantes, rejectis habenis, adverſos premebant, terribilem bello virtutem furtim, & quaſi inſidiarum latrociniis attentantes. Ita laxata debilitataque Danorum acies, quia rem in plano parum feliciter geſſerat, vicini montis editum occupavit, ſalutem ſuam, quam armis tueri nequibat, loci præſidio munire cupiens, eoque potita, verticis beneficio ſubjectum hoſtem ſecura conſpexit. Die poſtera, ne loci, quam ſuis viribus munitior videretur, ancipitem campi fortunam repetere, quam certo montium tutamento gaudere maluit. Sed equeſtris militiæ ſpiritum pedeſtris ferre non potuit. Quo evenit, ut amiſſum pugnæ decus recuperare nitentes, priſtinæ cladis ignominiam poſtera cumularent &c. Haraldus, re fortiter geſta, adeo graviter affectus proditur, ut gradiendi inops, clypeoque a

Elivus, Præfectus Danicus, pecunia corruptus.

Clades Danor.

ſuis exceptus, alienis manibus caſtra ſequeretur. Canutus quoque per ſummam vulnerum acerbitatem, pedum firmitate defectus, promptiſſimam militis fidem expertus eſt. Qui ne dominus ab hoſte interciperetur, periculum ejus ſuo diſcutere non dubitavit. Sociis namque de induſtria fugere juſſis, ipſe corporis ſimulatione curſum lentius agens, imminenti ſibi Sclavo manus obtulit vinciendas, ejusdemque propius obequitantis habenas corripiens, lata a ſociis ope, equo barbarum ſpoliavit. Quo potitus, protinus eo ſummam Canuti imbecillitatem adjuvit &c. ſubeunte crepuſculo, noſtri infelicem pugnæ eventum ſortiti, reliquias ſuas unico repetiti verticis præſidio tuebantur. Cibo quoque & potione defectos, præter vulnera ac laſſitudinem etiam alimentorum inopia lacerabat. Igitur ad ultimam pene tabem redacti, quum & pericula undique, & nusquam auxilia circumſpicerent, quippe & Scanienſium tempeſtate detinebatur adventus, & Elivus pecunia ab Henrico corruptus, reddita tarditatis ratione, copias ducere ſuperſedebat, humanæ opis deſperatione ad cœleſte præſidium confugerunt &c. Poſtera vero die, qua Laurentianæ vigiliæ ſacra recolebantur, divinam potentiam nullo melius, quam frugalitatis voto propitiandam rati, concione lugubriter habita, lucem, qua vel privatum Laurentii, vel publicum Sanctorum ſolenne præcurrimus, five quam Divinæ paſſionis memoriæ dedicare conſuevimus, annuo temporum volumine repetitam, ab omni Danica ætate continentiſſima jejunii religione excolendam promittunt. Quod votum publicæ neceſſitatis exigentia nûncupatum, exactiſſima poſteritatis cura firmavit &c. Diluculo vero noſtrorum acies centuriatis globis naves repetere adorſa, Scanienſes nuper

claſſe

Dani militis egregia fides.

Votum Danor. de vigil. S. Laur. inedia ſacra celebr.

claſſe advectos obvios habuit. Quorum adventus beneficio recreata, ipſos perinde ac corpore & viribus integros, ne terga ab equitatu inceſſerentur, curare jubet. Deinde compoſito gradum agmine promovens, cum forte limoſam objecti lacunaris voraginem trajicere debuiſſet, neque eam ullo compendii deflexu vitare quiviſſet, peragrare adorſa, ſed mox paluſtri cœno tenacius implicata, ac deſidentis luti illuvie præpedita, confuſo tranſitionis impetu, ſimilem fugæ tumultum edebat. Major pars labili mole peſſundata, pecorum more ab hoſtibus trucidabatur &c. Tandem ægre in littus reditum, diſceſſumque eſt. Cumque Sclavi perinde ac victoria freti, verbis virium ſuarum laudem præ ſe ferentibus, Danicas vituperio inſequerentur, & quaſi illarum imbecillitati fortitudinis ſuæ jactantia procacius inſultarent, Henricus, qui probe noſtrorum animos noverat, diverſa ſe, inquit, hoſtium robur æſtimatione complecti, quippe Regis eorum in equo prævalido exemplum liquere. Qui ſi vires ſuas ſciſſet, omne equitis imperium ſperneret &c. Ita Nicolaum, ſi viribus ſuis fidem haberet, cuncta proſpere, diffidentem vero nihil feliciter executurum &c.

Scanienſes trucidati.

NB. *Henricus ille erat Godſcalci, Vandalorum Principis, e Syritha, Svenonis Eſtrithii, Dan. Regis filia, gnatus, teſte* Adamo Bremenſi, *Hiſtor. Eccleſ. Lib. IV.* Filia Regis Danorum apud Michlinburg, civitatem Obodritorum, inventa cum mulieribus nuda diu cæſa eſt. Hanc enim, ut prædiximus, Godeſcalcus Princeps habuit uxorem, e qua & filium ſuſcepit Henricum &c. *Item* Alberto Krantzio, *Wandal. Libr. III. p. 57.* Filia Regis Danorum relicta Godſcalci principis, apud Magnopolim civitatem Obo-

Syritha, filia Regis Svenon. Eſtrithii, a paganis flagellata.

Obotritorum ludibrio habita eſt. Nam rebus omnibus exſpoliata, veſtibus etiam detractis, nuda eſt dimiſſa cum aliquantis Chriſtianis mulieribus. Hanc enim (ut prædiximus) Godſcalcus, Regi Kanuto militans in Dania, meruit uxorem, ex qua ille filium ſuſcepit Henricum, virum a nobis cura memorandum.

§. 8. *De S. Canuto Lavardo, Duce Sleſwicenſi, in aula Imperatoris Lotharii educato, & poſtea ab eodem Obotritorum Rege renunciato, ita* Pontanus, *Hiſt. Dan. Lib. V. pag. 206.* Adoleſcebat jam Magnus, & Conſobrinus ejus Canutus, Erico prognatus, princeps eo tempore juventutis habitus, ut ab omni invidia & ſuſpicione ſemotus ageret, ad Imperatorem Lotharium conceſſit. Ibique in aula & domo Cæſarea poſtquam aliquamdiu benigne & honorifice eſſet enutritus, iisque artibus, quæ exornare principes ſolent, eruditus, in patriam reditum maturavit. Reverſum Nicolaus clementisſime accepit, donavitque Sleſwicenſi Ducatu &c. *Et poſt multa:* Quin & hoc accesſit, ut idem Henricus (Godeſcalci Vandalor. Principis e Syritha, Nicolai Regis ſorore filius) diffidens filiorum ſuorum indoli, Canutum poſt ſe Vandalorum principatum tenere hæredemque eſſe voluerit &c. Et licet petitioni iſti juſtisſime ſe adverſari aſpectu immerentium liberorum, Canutus demonſtraret, tandem inſtante identidem Henrico, & apud Cæſarem Lotharium, cui ſciebat Canutum haud eſſe ingratum, rem diligentius agente, haud difficulter votis ipſius aſſenſum, Canutusque Obotritorum Rex declaratus eſt. Albertus Stadenſis hujus quoque ad ann. MCXXXIII, ſed aliter paulo mentionem injicit &c. Crantzius adjicit, veriſimile eſſe, Canutum, qui ab Imperatore Obotritorum, vel ut alias vocamus, Vandalorum, Regis titulo ac dignitate

De collata S. Canuto Lavardo Obotritici Regni dignitate ab Imper. Lothario.

Canutus in aula Lothar. educatus.

Principatus Vandalici ab Henrico conſanguineo hæres deſign.

Rex Obotritor. declaratur.

eſt decoratus, eundem ad poſteros inviolatum tranſmiſiſſe, atque inde hodieque familiare eſſe Danorum Regibus omnibus, ut ſe Danorum Vandalorumque Reges inſcribant. *Hæc Pontanus. Verba ipſa* Krantzii *hæc ſunt, unde colligere eſt, ambitionem Cæſaris novæ huic Canuti dignitati velificaſſe, quippe quæ ſibi honori duxerit, ſubjectos imperio ſuo Reges habere, Wandal. Lib. III. Cap. 30.* Lotharius autem Imperator, perpenſis Kanuti natalibus & majori, quæ illis pulchre reſponderat, virtute, conciliandum ſibi beneficio conſtituit virum nobilem & potentem. Coronam ei regiam decrevit & impoſuit, Regem appellans Obotritorum: ea enim provincia in ejus erat procuratione. Nec una cauſa impulit Cæſarem, ut eo dignaretur honore virum. Natalibus (ut diximus) magnis viri permotus eſt Imperator, quod Regis eſſet Erici filius: magna virtus acceſſit: deinde non contemnenda magnitudo ditionis, quod a Sleſwickenſi ducatu per Wagriam atque Magnopolim, magnæ provinciæ dominaretur. Super omnia vero hæc erat amplificandi honoris cauſa, ut illuſtraret Romanum Imperium, quod tum videretur illuſtrius, ſi Regibus imperaret &c. Kanutus igitur Obotritorum Rex apud omnes habebatur. Quæ res initium præſtabat (ut eſt promptum conjectura) noſtri ſeculi Danorum Regibus, ut ſe Danorum Wandalorumque Reges efferant in titulo: nam moriens Kanutus regium titulum transmiſit ad poſteros. Sed & multis deinde bellis magna pars Wandaliæ litoralis paruit Regibus Danorum, ut inde quoque titulum mutuari credantur.

Imperatores diſcupiunt Regibus imperitare.

Conjectura Krantzii, titulo Vandalico Regum Danor. inde derivando.

§. 9. *De Vandalica Erici Emundi, Daniæ Regis, expeditione loquitur* Albertus Krantzius, *Lib. III. p. 75.*

Expeditio Vandalica Erici E-

Hos

Hos (*ſc. Rugianos*) bello adoritur Rex Daniæ Ericus, Kanuti frater Regis Obotritorum &c. Belli cauſa in Winulos eadem, quæ in ſuperioribus annis, quod nullum piraticæ facerent finem, arbitrati (barbaro ſenſu) honeſtum id eſſe militiæ genus. Rex iſte Daniæ primus navibus impoſitos equos vexit ad bellum, quaternos ſingulis navigiis imponens, mille centum navibus in Wandalos duxit. Rugia (ut diximus) caput gentis erat, aliquot tum urbibus inſignis, præcipua fuit Archon, tantis firmata vallis & munitionibus, ut pene inexpugnabilis haberetur. Adverſus tamen eam firmatur obſidio, quæ parti eſt commiſſa exercitus, (neque enim totis erat opus copiis) reliquæ vaſtandæ Rugianorum terræ diſſipantur. Obſidentes interim aliquando a tergo oppugnati, in eos, qui irruerant, converſi facile repulerunt. Quumque Arconenſibus nec congrediendi in prælium fiducia, nec ſpes ulla ſolvendæ de foris obſidionis ſupereſſet, deditionem fecere, pacti, ut retento ſimulachro in ſancti Viti honorem Chriſtiana ſacra ſumerent. Voluit Rex, ut univerſi in rivo, qui erat in conſpectu, baptizarentur. Illi volentes procurrunt ad amnem, magis extinguendæ ſitis, quam ſuſcipiendæ religionis gratia. Speciem quidem prætulerunt Chriſtianæ pietatis: ſed corda inania remanſere, fide & devotione vacua. Quippe in ſua reducto hoſtili exercitu, Zuantewith (quem deum habuere) ut prius, ſimulachrum coluere. Ita gravis illa ac ſumptuoſa Regis Danorum in Wandalos expeditio pene in vacuum ceſſit.

mundi, Regis Daniæ.

Equi ad bellum navibus primo advecti.

Obſidio Arconæ in Rugia.

Deditio.

Pagani baptizantur.

§. 10. *De Svenone Grathe, Daniæ Rege, ab Imperatore Frid. Barbaroſſa ad momentaneum ac ſimulatum obſequium, cui redux mox renunciavit, compulſo,* Pontanus *Hiſtor. Dan. Lib. V. p. 221.* Canutus

Svenonis Grathe, Dan. Regis, cum Imp. Frid. Barbar. negotium, fa-

Itaque ſub ipſo Danorum ad convertendos Vandalos expeditio.

tus jam quintum profligatus, ac undique excluſus, ad Cæſarem Fredericum, vulgo Barbaroſſam appellabant, ſe recepit, eumque veluti extremum præſidium ac ſacram anchoram amplexus, ſibi de eo, utpote communi Germaniæ pacatore, omnia ſumma pollicebatur. Nec deerant ingentia promiſſa, quibus allicere Imperatorem, ac dicto audientem reddere poterat, dum ſe præter alia, in ejus beneficio patriæ procurationem, cunctaque ad ipſum relaturum identidem promittit. Itaque Auguſtus, proferendi imperii ſtudioſus, confeſtim ad Svenonem, quo olim

Sveno in aula Imp. Conradi olim degerat.

juvene, ipſe ejusdem ætatis, in aula Imperatoris Conradi, dum una ſtipendia faciunt, familiariter atque amice uſus fuiſſet, nuncium mittit, oratum, ut ſe inviſat, eſſe de quibus cum eo conferre cupiat, ſed & veteris præſertim amicitiæ nomine, tum ipſius poſt intervalla videndi & ſalutandi deſiderio, hoc ipſum ſerio petere, adjiciens, ſemet propius accurrere voluiſſe, niſi præpediviſſent imperii negotia. Sveno

Blanda Cæſaris verſutia circumventus Merſburgi.

tam honorifica ac benigna compellatione invitatus, aſſumpto ſibi, præter cæteros, Valdemaro, ad Imperatorem Merſburgum Miſnorum, quo tum fere totius Germaniæ nobilitas confluxerat, magna cum apparatus majeſtate profectus eſt. Cumque ad urbem perveniſſet, a Cæſare primo peramanter habitus, mox Canuti altercationibus involutus, haud per omnia facta promiſſis reſpondentia deprehendit. Cæſar enim pacis conditiones, quibus parere utrumque ſub pœna læſæ majeſtatis cupiebat, ejusmodi propoſuit, ut Sveno Imperatorem recognoſceret, Canutus vero ſepoſita regni ſpe, Svenonis militem agens, beneficii loco Selandiam acciperet. Sveno in re tam ancipiti parendum aut periclitandum animadvertens, ſimulata aſſenſione, paterna tantum bona, quibus in

Selan-

Selandia ſeorſim fruebatur, ſe excipere referebat, ne ſcilicet a pactis in omnem eventum per occaſionem reſiliendi deeſſet opportunitas. Canutus autem conditonibus aſſenſu ſuo ad plenum approbatis, ſolum Valdemarum pro Svenone ſponſorem efflagitabat. Sed ille lubricam & fluxam eam omnem compoſitionem perſpiciens, quanvis ægre, tamen ea lege annuit, ut liberum ſibi foret, ſi Sveno pactis non ſtaret, Canuti partibus accedere &c. &c. Sveno vero vix in regnum regreſſus, e veſtigio ad Imperatorem literas mittit, quibus pactiones cum eo initas, ut fide minus bona transactas, & in quas nemo ante ſe Regum conceſſerat, eatenus ſe reſcindere ſignificat &c. &c. Alb. Krantzius *Metropol. lib. III.* Imperatori ſe præſentavit Daniæ Rex Canutus, qui cum duobus regnum eſt partitus, Waldemaro & Svenone (erant enim fratrum filii aut fratruelium) & tum ſe ſubdidit Imperio, recognoſcens ſuperioritatem. Sed quia reverſus in Regnum obtruncatus eſt a Svenone, Dani non receperunt eam ſubjectionem. *Illuſtr.* Andreas Hojer, Dännemärk. Geſchichte *p. 36.* Die Deutſchen Hiſtorici behaupten hiebey einhellig, daß Sveno und Canutus, währenden dieſen Streitigkeiten, zu Merſeburg von dem Kayſer Friderico Barbaroſſa ſich vertragen, und die Krone Dännemark als ein Deutſch-Lehn anzunehmen beredt worden; doch die Dänen wollten von der Lehnbarkeit nichts wiſſen, und Fridericus Barbaroſſa hat ſehr wenig Ehre davon, daß er ein paar Prinzen, die als ſeine gute Freunde auf ſein Verlangen zu ihm kamen, zu ſo unbilligen Dingen gezwungen, *& in not. ſubject.* Cypræus Annal. Ep. Sleſw. p. 170. 174. wie auch das Corbeyſche Diploma, bey Nic. Schaten. Ann. Paderb. T. I. p. 737. ſequ. wo ausdrücklich ſtehet: Sveno Rex Danorum, qui ibidem

Sveno ſimulat obſequium.

Redux per literas extortæ imperii clientelæ renunciat.

Dani vaſallagium Cæſareum reſpuunt.

Quam ingloria illa Cæſaris molimina fuerint.

Diploma, quod facto fidem facit.

regnum ſuſcepit de manu Domini Regis (Frid. Barbar.) Knut alter Danus, qui ibidem regnum in manus Domini Regis refutavit. Sonſt hat Sveno auch Petrus geheißen. Bircherod. ſpecim. Rei monet. Danor. p. 78. &c. *Hæc Hojerus. Danorum ad Sclavos convertendos ſub hoc Svenone expeditionem, circa ann. MCXLVIII. deſcribit* Pontanus, *libr. V. pag. 218.* Per eadem tempora Romanus Pontifex, animadvertens Chriſtiana ſacra a barbaris paſſim proculcari, principes per univerſam Europam, datis codicillis, adhortatur, ut ſumptis unanimiter armis, quisque ſuæ provinciæ vicinum hoſtem invadat. Dani igitur, ne & ipſi bono publico deeſſent, eodem quoque ſtudia ſua atque animos convertant, datisque utrimque inter Svenonem & Canutum obſidibus, inducias pro tempore paciſcuntur, revocatumque a viſceribus ſuis ferrum in Sclavos transferunt. Cumque claſſe ſua Germaniæ continenti appropinquarent, occurrentes in littore terreſtribus copiis Saxones, militiæ eorum ſe ſocios offerentes, habuere. Claſſis Danorum, quæ a locis diverſis diverſa acceſſerat, alia Canutum, alia Svenonem ſequebatur &c. Ac prima quidem in oppidum Dobinum, piratica celebre, inſtituta oppugnatio. Sed recens inter Reges diſſenſio, inſitumque animis odium, cauſam præbuit, quo minus ad finem optatum perducta obſidio fuerat. Acceſſit quoque Rugianorum in claſſem, præſertim Scanorum, ex inopinato factus impetus. Nam in terram cum pleraque multitudo ad oppugnandum Dobinum eſſet expoſita, Rugiani, cognita eorum, qui naves ſervabant, paucitate, adorti, quos ordo proximos offerebat, Scanienſes, ferme univerſos fuderunt &c. &c. Sed de Romano Pontifice, deque ejus pro Chriſtiana pietate adverſus barbaros ſolli-

Sveno alias Petrus.

Papa ad expedit. in Vandalos paganos hortatur.

Saxones ſe Danis adjungunt.

Dobinum oppugnatum.

Scani fuſi.

ſollicitudine, quod retuli, id Saxonem noſtrum Grammaticum ſecutus retuli. Didicique poſtmodum, Auctarium Gemblacenſe, quod Miræus Sigeberto adjectum edidit, ejus non modo expeditionis, ſed & cladis quoque Scanienſibus illatæ, aliam commemorare occaſionem. Cujus verba adſcribenda cenſui, quæ habentur ad ann. milleſimum centeſimum quadrageſimum octavum, ejusmodi:

Dani, Veſtphali ac Saxonum Duces conſenſerunt in hoc, ut aliis euntibus Hieroſolymam contra Saracenos, ipſi vicinam ſibi Sclavorum gentem aut omnino delerent, aut cogerent Chriſtianam fieri. Et cum jam ad arma ex utraque parte ventum fuiſſet, Teutonici, accepta pecunia, vendiderunt Danos, cœptoque prælio ſe ſubtrahentes, multa millia Danorum occidit Slavorum gladius. *Hæc Pontanus.*

Teutonum in Danos perfidia.

§. II. *Germanicum Waldemari Primi iter, indigniſſimis itidem inſidiarum cuniculis, queis anteceſſor circumventus erat, ad ſpecioſum quidem ſed vanum, neque in poſteros propagandum, quippe quod non regnum Daniæ, ſed ſolum Valdemarum tangebat, Imperatoris Friderici Barbaroſſæ obſequium, neſcio qua fronte compulſi, ita nobis depingit* Saxo, *lib. XIV.* Rex cognoſcendæ veritatis gratia, ſcribam ſuum Radulphum, origine Britannum, lingua quam animo promtiorem, ad Cæſarem deſtinat &c. Hujus audita legatione Cæſar, dolenter ſe dividuæ religionis ſtatum ferre aſſeverabat &c. controverſiæ finiendæ gratia, terrarum Reges ſecum adeſſe oportere, &c. Quamobrem ſe magnopere prudentiſſimi Danorum Regis alloquium affectare, partium ſuarum modera-

Bina Vald. Imi. Dan. Reg. ad Imp. Frid. Barb. itinera.

Legatio Cæſaris ad Valdemar. eum ad ſe invitantis.

 tionem

tionem ejus potiſſimum ſententiæ crediturum, quippe quem animi virtus & generis ſanctitas tantæ rei judicem depoſcant. Præterea attendendum eſſe, quantum pietatis opus ederet, ſi tot animarum ſalutem ancipiti judicio fluctuantem, ſententiæ ſuæ ſagacitate ſervaret. Super hæc omnia ſi tam religioſi itineris laborem ſuſcipiat, ſe ei in præmium fatigationis unam ex Italiæ provinciis, cum totius Sclaviæ præfectura daturum. Talibus Radulphum Cæſar hortamentis aggreſſus, non pauciora litteris, quas per eum in Daniam deſtinarat, complexus eſt. Regreſſus inde Radulphus, Cæſaris Octavianique charitatem in Regem uberrimam prædicabat. Rex promptius quam prudentius familiaris aſſertione ſuſcepta, nec tam Religioni conſulere, quam exterarum gentium mores cognoſcere avidus, petendi Cæſaris cupidinem concipit &c. Rex eximiis Cæſaris illectionibus captus, Abſaloni, in inſulis excubanti, propoſitum aperit, eumque viæ comitem depoſcit. Tunc Abſalon fidem Cæſaris aſtutiamque damnando, fallaces ejus promiſſiones fideli ſpe excipiendas negabat. Quin etiam ſine religionis violatu familiaritatis ejus uſum haberi non poſſe, quod ſchiſmaticæ factionis acrior quam juſtior defenſor exiſteret. Se vero tum commeatuum inopem, tum etiam longinquæ peregrinationis laboribus imparem memorabat. Rex quoad ſibi commeatus ſuppeterent, ei non defuturos reſpondit &c. Adhuc Abſalone profectionem abnuente, publicæque religionis hoſtes adeundos negante, hactenus eum a ſe præ ceteris cultum aſſeverabat. Cujus ſi nunc ope deficeretur, ſe nihil ulterius ex eo commodi ſperaturum. Tunc Abſalon exprobratam ſibi ab eo ingratæ mentis labem judicans: ad deſerendam, inquit, tui nominis amicitiam, nullis corporis peri-

Splendida promiſſa Imp.

Abſalon Archiepiſcop. fidem Cæſaris aſtutiamque damnat.

Rex ſuccenſet Abſaloni diſſvadenti.

periculis adduci potero. At cum de animæ negotio agitur, humano timori divinum præferre fas eſt. Ego vero, tametſi circumſtantia damna pervideam, tamen, ut animæ tuæ veſtigium ab errore prohibeam, meam periculis implicare non metuam. Tunc Rex aſſumpto eo, viros genere & honeſtate juxta nobiles, ſcilicet e Sialandia Sunonem & Esbernum, e Fionia Takam & Esgerum comites adſcivit. Juriſius duntaxat, ne quid interim in patria novaret, ex neceſſariis aſſumptus. Nec defuere, quos ex Jutia profectionis participes legeret. Attingentibus Eidoram, principis Holſatiorum Adolphi, ignotus eques obvius extitit, interrogatusque, an ipſos proſecuturus veniſſet, dominum ſuum hujus rei præſtandæ gratia tranſitum eorum in vicino præſtolari denunciat. Cujus ductui fidendum vetantibus arbitris, Rex perinde ac ingenuo Duce fretus, primus pontem equo transgreditur, profectionis aviditate metum pariter monitusque contemnens. Hunc ceteri ſubſequentes, ſententiam ſuam quam Regem deſerere maluerunt. Procedentes paululum Adolphus excepit, ſalutatumque Regem benigniſſimis verbis, amiciſſimoque vultu proſequitur. Cui cum occurſum ſuum ob vetera odia onuſtum magis quam gratum ſentiret, ut iram obſequiis flecteret, apud Etzeho oppidum ſuis eum impenſis excipere ſtatuit. Sed Rege beneficium ſpernente, ne quis ei neceſſaria venditaret, edixit. Tunc Danis domeſticos cibos ſumentibus, confectas epulas per miniſtros inferendas curavit, ſicque demum verecundia ſuperatos, munificentia ſua uti coëgit. Interrogatus tandem, an Regis proceſſum tutari poſſet, poſſe ſe quidem, quoad Bremam veniatur, aſſeruit. Albia pertransita, cum Bremam verſum contenderetur, Esbernus profectionis ſtoliditatem

Comites itineris a Rege aſſumpti.

Valdemarus intrepidus.

Veſcebantur tum Dani in itinere cibis domeſticis, ut hodiedum.

tem animadvertens, quamque varium iter caperent, non ſegniter contemplatus, fratrem Abſalonem, aliosque Danicæ nobilitatis proceres, conſilio illuſtres, clam cæteris accerſitos obſecrat, Regem arrepti itineris emenſione prohibeant, quod præſertim ſine duce conficiat, neque eum tam periculoſi propoſiti executorem exiſtere patiantur. Quod Abſalon inane tentatu judicans, propoſito Regem ceſſurum negabat &c. Tunc Esbernus, tametſi me, inquit, graviſſimas monitorum poenas e veſtigio daturum præno-ſcerem, quæ ad Regis ſalutem pertinere deprehenderim, ſilentio diſſimulare non paterer &c. &c. Tunc Esbernus mirari ſe, inquit, quo impetu Rex tantum iter, duce vacuus, ingrederetur, ſuam autem patriæque ſalutem in unius Cæſaris perfidis præcordiis depoſiturus. Videri enim, quod liberæ gentis ſuæ cervicem, nullisque Barbarorum obſequiis aſſuetam, per fœdam & ignobilem ſervitutem miſerabili Theutonicorum jugo ſubigere cupiat. Quid autem ſtultius eſſe, quam nullo impendente periculo, ultro ad deditionem procurrere, ſummamque libertatem extrema ſervitute mutare, inſuper regno precario quam potenter præeſſe malle. Itaque Cæſarem cum Daniam ſuæ ditionis effecerit, miraturum, quod tam validam gentem ante promiſſis ſuperaverit, quam armis tentaverit. Rex paucis iram exprimere ſolitus: (quippe raras voces turbatus edere conſueverat) Etſi te, inquit, adeo metus perurgeat, ut viæ comes eſſe non audeas, me quidem trepidationis tuæ ſocium non habebis. Virtute enim quam familia comitatior ſine te propoſitum exequar, nec adduci potero, ut teterrimis ignaviæ tuæ monitis conſentitire ſuſtineam. Ita ſalutares Esberni monitus regiæ feſtinationis impetus aſpernatus eſt. Quos ſi imitari vo-

Sapientiſſimum Esberni Snare monitum.

Rex Esberno iter diſſvadenti iraſcitur.

ri voluiſſet, ſupplices Cæſari manus deformiter non dediſſet &c. Ingreſſos Bremam, civitatis Antiſtes omnibus humanitatis numeris inſtructiſſimus &c. impenſioribus hoſpitalitatis officiis proſequendos ſuſcepit. Idem de ductu dando ſollicitatus, comitandi ſibi Regem non ductandi fas eſſe reſpondit. Complures quoque Saxoniæ principes, quo tutius Curiam peterent, regiis ſe ſodalitatibus devinxerunt, adeo, ut de Danorum familia ac grege exiſtere putarentur. Itaque creſcente ejus comitatu, cum multitudo ſpeciem hoſtilis exercitus reddere videretur, perterrefacti incolæ, cum uxoribus ac liberis divinis ſemet penatibus intulerunt, a ſacrarum ædium hoſpitiis auxilium quæſituri. Eo comperto Rex præmiſit, qui gentis trepidationem pacis denunciatione corrigerent, ſibique commeatuum emptionem fieri juberent. Cum ad urbem Methis veniſſet, oppidanis ob advenarum frequentiam emendorum precia aggravantibus, injuriam ſenatui conqueſtus, effecit, ut neceſſaria tum ſibi, tum etiam comitatui tolerabili precio venderentur. Igitur ſinceritatis & juſtitiæ ejus rumore increbeſcente, Germanicæ matres parvulos ſuos in ejus adventum offerendos curabant, ratæ, eos regio contactu, perinde ac cœleſti aliquo beneficio, feliciora naturæ incrementa ſumpturos, ac proſperioribus educationis auſpiciis nutriendos. Nec minus ſuperſtitioſi agreſtes, qui jaciendorum ſeminum grana, quo melius adoleſcerent, dextera ejus disjicienda præbebant. Quo Curiam ingreſſo, præſes Saxoniæ Henricus, veteris amicitiæ recordatione, caſtra ſua majore ex parte ejus adventui ceſſit, hoſpitalitatemque ei ſuis ſumptibus erogavit. Die poſtera Abſalon cum Radulpho miſſus, apud Cæſarem Latinæ vocis admodum rudem,

Rex Bremæ ab Archiepiſcopo perhumaniter exceptus.

Comitatus regius adauctus.

Fama ſinceritatis & juſtitiæ Valdemari per Germaniam.

Superſtitio Germanarum mulierum & agricolarum inde orta.

Saxonis in Regem humanitas.

Abſalon coram Cæſare Latine perorat.
Ampullæ & ſesquipedalia verba Imperatoris.
Intrepidum Abſalonis reſponſum.

dem, per interpretatum Colonienſis Antiſtitis mandata proſequitur. At Cæſar inprimis moram Regis tarditatemque cauſatus, injurioſum, quod ante non venerit, ajebat, aſſerendo eum ob Regnum, quod Romani Imperii beneficio gerat, ſibi ſerviciorum debitorem exiſtere. Tunc Abſalon, decuiſſe, inquit, Cæſaris fidem, ut hæc potius ante itineris ingreſſum regi proponeret, ad quod tantis eum promiſſionibus impuliſſet. Cæſar ſimulata admiratione, per quem Regi promiſſa feciſſet, interrogat. Abſalon, demonſtrato Radulpho, hic eſt, inquit, qui credulam Regis ſimplicitatem promiſſorum tuorum commentis illexit; eoque negationem Cæſaris repellere non audente, ſeriem totius promiſſionis ediſſerit. Inficiante id Cæſare, reducem Regi dari depoſcit. Ille plus ſe negotii ejus reditui tributurum, quam adventui impenderit, negat. Simili modo die poſtero Regis legatio excepta. Quo agnito, Rex ſalutaris monitus ſpreti pœnitentia afflictus, tametſi mucronem cervici ſuæ applicatum aſpiceret, ante ſe eam ferro, quam Patriam ſervituti ſubjecturam aſſeverabat. Æſtuante eo, opisque modum impenſius disquirente, Abſalon liberationis viam a ſe repertam profeſſus, non amplius illic Regi, quam in patria ei trepidandum aſſeruit. Siquidem trans pontem, quo Gallorum Regnum a Germanico ſecerneretur, venationis ſimulatione ſæpius eum obequitare debere, ac demum, cum conſuetudine ſuſpicionem viciſſet, cum potiore familiæ parte aliquod e finitimis Galliæ oppidis petere, haud dubitaturum, quin a Rege Francorum ornatius in patriam dimitteretur. Cujus conſilii executionem Cæſar arte prævenit. Siquidem vim Regi inferre veritus, cum ejus famulatum coactionibus impetrare nequiret, beneficio mercari

Regem credulitatis & ſpreti amicorum conſilii ſero nimis pœnitet.
Rex alia quævis ſubire, quam patriam ſervituti ſubjicere certus.
Rima elabendi quæſita.

cari tentavit. Univerſos quippe Germaniæ Principes ſacramento adactos, jurare compulit, ſe ejus ditioni Sclaviam ſubſtraturos. Quodſi parum perficerent, ſe ipſum id cum primum ex Italia reverteretur, executurum ſpopondit, eaque fraude ad obſequia ſibi paciſcenda ambas Regis manus pertraxit. Cæterum ei non Curiam communi principum more petere, non in Romani Imperii præſidium copias ductare, ſolaque ſpecie, non re Cæſari parere conceſſum. Filio vero poſt eum proxime regnaturo liberum fore, paternas conditiones abjicere, ne ad omnem Danorum gentem hæreditarium manaret obſequium. Cujus ſervitii pudorem minuere videbatur, Gallorum ditioni in conſimili famulatus genere Britanniæ Regis inclinata majeſtas. *Et nonnullis interjectis.* Cum Octavianus, qui ſibi falſum Victoris nomen inſcripſerat, accenſis luminibus, adverſum Alexandrum, ejusque ſuffragatores ſolenni execratione uſurus videretur, Waldemarus, hortante Abſalone, ne ſacrilego ejus facinori intereſſet, concione exceſſit, adverſæque partis juſtitiam æmulatus, præſentis curiæ errorem, quam abſentis rectitudinem poſtponere præoptavit. Cujus egreſſum ſecutus Abſalon, cum ab Octaviano ſuperſedere rogaretur, ab ejus veſtigiis ſe, cujus comitandi gratia advenerit, nullo jure prohiberi perdocuit. Eoque reſponſo execrabili pontificum collegio liberatus, ne ſchiſmatis errore laberetur, effecit. Die poſtero Octavianus Livonem Othonienſium electum, vehementer ab Abſalone prohibitum, falſa Pontificis unctione proſequitur. Inde ad oppidum Biſuntium conceſſum eſt. Ubi equorum pabulo non ſuppetente, Regeque emendæ ejus facultatem ſibi non fieri conquerente, Cæſar eum, qui ſtabulo præerat, neceſſaria

Imperator ſplendidis, ſed vanis promiſſis conſtantiam Regis expugnat.

Succeſſor Valdemari ad ejusmodi obſequium haud obligatus.

Obſequii pacti conditiones.

Idem Angliæ Regis fatum.

Rex Valdemarus & Archiepiſcopus Abſalon in Octavianum Papam ſchiſmaticum conſentire nolunt.

Da-

Danis expedire præcepit. Qui mox eorum ſatellitibus ſecum eductis, in vico eminus ſito, quibus egerent, capienda demonſtrant. Qui cum earum conſuetudinum ignari, equorum alimenta ab oppidanis inermes depoſcerent, vocesque ſuas ſagittis ac jaculis repelli conſpicerent, depoſitis precibus, prælium ordiuntur. Capto itaque vico, cum latius crebreſcente fumigio facem oppidis ſubjectam agnoſcerent, ſimilia ſibi licere rati, confeſtim expugnationi incendium addiderunt. Quæ res incredibile regem angore permovit &c. &c. Waldemarus (*ſc. Moguntiæ, quo Cæſar advenerat*) iterata ſuperiore querela, equis annona defectis, venalium alimentorum ſubſidia poſtulabat. At Cæſar circumjacentem provinciam conjugis ſuæ patrimonium eſſe teſtatus, fruſtra eum empta affectare dicebat, quod raptu petere licuiſſet. Contra Waldemarus Regem ſe, non prædonem eſſe proclamans, commeatus latrocinio quæſiturum negabat, aut quod domi iniquum duxerit, apud exteros approbaturum &c. Cujus ſanctitatem univerſi Germaniæ Principes maximo plauſu comprobantes, ſeque mutua admiratione invicem contuentes, beatos ajebant, quos tanti viri integritas regendos curaret &c. Dimiſſo itaque Rege, Cæſarem Henricus hortari cœpit, redituro Regi impenſas expediat, neque eum hoſpitalitatis ſuæ expertem dimittat, cujus patria quaſi commune advenarum hoſpitium exiſtere ſoleat. Quod Cæſar facile pollicitus, parum executus eſt. Pontifex vero Moguntinus, humanitatis ſpecimen majoribus experimentis, quam promiſſis exhibuit, geminæ pernoctationis impenſis regium iter excipiens. In Henrico quoque crebris Regem commeatibus proſequente, clarum amicitiarum indicium patuit. Ludovicus autem Thuringiæ princeps, non

Magnanimitas Valdemari.

Germaniæ Principes Valdemari ſanctitatem admirati.

Danorum hoſpitalitas laudata.

Pontificis Moguntini, & Henrici Saxon. Ducis, in Regem humanitas.

Equus Regis Thuringiæ Principi, donatus.

non ſolum liberalitate vacuus, ſed etiam habendi cupiditate refertus, impudenti precatione effecit, ut equus Regis ſibi daretur &c. &c.

Nova Cæſaris ad Valdemarum legatio, filias Regias filiis ſuis uxores poſtulantis.

De alia ejusdem Valdemari ad Cæſarem profectione, Pontanus *Hiſtor. Dan.* *Lib. VI. p. 272.* Hic igitur (*ſc. Lubicæ*) dum agit Imperator &c. quo omnibus amicis & auxiliis Henricum (Saxoniæ Ducem) ſpoliaret, mittit ad Valdemarum legatos, binas ejus filias totidem filiis ſuis, quorum alterum ſucceſſioni Imperii, alterum Sueviæ Ducatui deſtinarat, in matrimonium poſtulatum. Amici Regis regnique proceres etiamſi hæc, non tam ut ſanguini ſuo bonæ fidei nuptias quæreret, quam Henrici odio a Cæſare factitari ſatis animadverterent, & Regem etiam palam ejus commonerent, prævaluit tamen Reginæ ſententia, quæ liberos ſuos cum prole Cæſarea conjungi glorioſum exiſtimabat &c. &c.

Rex ad Cæſarem Lubecam profectus.

Poſthæc Valdemarus claſſe luxu quam armis ornatiore Lubecam profectus, occurrentibus ſibi Germanorum equitibus, eximiasque ejus adventui grates habentibus, navigationem medio Travæ amne, quoad poſſit, proferre rogatur, quo brevius inter ipſum & Cæſarem iter reſtaret. Poſteroque die an Cæſarem medio itinere obvium habere vellet, per legatos rogatus, caſtra ejus petiturum ſe dixit, Romani Imperii rectorem in re modica fatigare ſupervacuum exiſtimando.

Imperator accedentem Regem amplexus ac oſculatus.

Inde accedentem Cæſar amplexu atque oſculo decentiſſime veneratus, mox dextra honorabiliter apprehenſa, depoſito amiculo per media caſtra deduxit. Tanta erat, quæ ad videndum Regem concurrerat multitudo, ut Cæſaris tentorio ob turbam collapſo, Imperatorem Regemque ac cęteros magnates ſub dio conſidere coëgerit. Illic audire erat Theutonum voces formam Regis ſta-

turam-

Concurrentium ad Regem videndum multitudo.

Valdemarus ob proceritatem Romano imperio dignior vulgo judicatus.

turamque mirantium, quos tanta ejus viſendi cupiditas ceperat, ut alter alterius conſcenſis humeris, eum productis cervicibus inſpectarent, hunc Regem, hunc imperio dignum, Cæſarem regulum homunculonemque referentes. Adeo eum excellens corporis habitus Theutonis faciebat venerabilem. Hinc poſt diutinam omnium admirationem, paucis ſecum exſurgere juſſis, in proximum tabernaculum eodem comitatis genere, quo venientem fuerat proſecutus, deducendum curavit. Et demum ſub veſperam, proſequente eum totius Germaniæ juventute, diſcedere permittens, poſtera luce apud ſilvam portui vicinam, opportunioris colloquii gratia, reditum ejus ſe præſtolaturum innuebat. Interea filios Regiam navem petere, inque ea luſtrando luſitandoque morari præcepit, chariſſimorum pignorum familiari converſatione, quanti Regis adventum faceret, demonſtrare cupiens. De quorum nuptiis condicto in loco mentionem exorſus, majori triginta millia talentum, minori octo in matrimonii conditionem depoſcit. Quæ res ſuſpecta Danorum primoribus fuit, virgines nondum ad nubendi ætatem profectas, fraudulenter ab eo poſtulari exiſtimantibus. Sed Valdemarus majore ſumma recuſata, minorem, Belæ ejus nominis tertii, Hungariæ Regis arcta ſibi propinquitate conjuncti, fiducia pollicetur. His pactis conventis ac jure jurando firmatis, Rex claſſem, Cæſar caſtra repetiit. Sequentis deinde diei diluculo, navigium Regis exiguo militum numero comitante, cunctis inexſpectatus Cæſar acceſſit, vocatoque Rege, habere ſe dixit, quod ad eum ſeorſim referre cupiat: ſe nimirum non ignorare quidem, quid olim de ſubigenda Vandalia ipſi pollicitus fuerit, nunc orare, ut patiatur, quo facilius Henricum deprimat, eam ſui mune-

Quantum imperator dotis nomine poſtulabat.

Pactum conventum.

Imperator promiſſum de Vandalia, Daniæ ſubjicienda, repetit.

muneris facere, duobus fratribus, Bugiſlavo & Cazimaro, Satraparum titulos tribuendo. Eandem nihilominus ſe profligato Henrico, ei ſubjicere curaturum. Rege conſilium haud prorſus abnuente, ingreſſoque die ſequenti concionem, Bugiſlavum & Cazimarum, datis ſolemniter aquilis, Vandaliæ Duces Cæſar appellat. Illic quoque Syfridus, ſplendido apud Thuringos loco ortus, Valdemari filiarum natu maximam, Cæſare adſtipulante, deſpondit, regiaque navi devectus, ſolemnes Sleswici nuptias habuit. Hæc ad annum milleſimum centeſimum & octuageſimum primum annales referunt. Quos inter Erici Regis, quæ eſt in manibus, hiſtorica de origine Gentis Danicæ narratio, refert, Cæſarem eas in univerſum, quæ ab Albi Boream verſus ſunt regiones, datis codicillis, in perpetuum Valdemaro transſcripſiſſe, eamque collationem, pontificem Romanum, ſuo præterea ſyngrapho obſignaſſe: verum literas omnes, poſt Valdemari obitum, a Theutona quapiam, Satanici ſpiritus fœmina, cui Ave nomen fuit, in odium Danorum diſſectas laceratasque.

Filia Valdemari Regis natu maxima Thuringo deſponſata.

Diploma Cæſareum ſuper Nordalbing. Valdemaro datum.

§. 12. *Præclariſſima Valdemari Primi per Vandaliam geſta, ex* Alb. Krantzii *Vandalia, delibemus. Lib. IV. Cap. 31. pag. 98.* Valdemarus, cum ad ſe regnum perveniſſet ſolum &c. Prima fuit Regi cura in Vandalos vindicandi, quod illi per occaſionem civilium bellorum adeo ſævierint in Daniam. Cujus rei gratia, quum Regni conventum Waldemarus haberet, proceres nullo modo ad denunciandum tum Vandalis bellum inclinabant &c. *Pag. 99.* Rex quoque Danorum venit in Erteneborg, & conqueſtus eſt, Wandalos conſtitutam violaſſe pacem. Qui ſibi male conſcii fuere ex Wandalis, in conſpectum non

Expeditiones Vald. I. Rugianæ ac Vandalicæ.

Waldem. Erteneburgi violatam pacem conqueſtus.

prodeunt &c. *De expeditione ejus Rugiana Lib. V. a pag. 110. ſeqq.* Annus erat poſt Chriſtum natum MCLXVIII, quum Rex Daniæ Waldemarus validam expeditionem parat in Wandalos Rugianos: claſſem perarmat copioſiſſimam, & plenus fiducia ducit in hoſtem. Ubi hoſticam tangit, exponit copias, & excurſionibus aliquot equitum factis, ad obſidendam urbem Arconam (gentis caput) vires intendit &c. Hanc tantam gentis ſuperſtitionem Rex ſubvertere conatus (in qua totius gentis perfidiam frangere poſſe exiſtimabat) magnam trabium vim jubet advehi, ut perfectis machinis ea urbe potiretur. Sed ſtatim ſuum ipſius damnans propoſitum, vidit caſſam operam machinarum, inciditque Regi præſagientis animi certa ſpes, urbem S. Viti propinquante ſolennitate capiendam, quod non pateretur ſanctus martyr, tantam de ſuo nomine ſuperſtitionem (*colebant enim idolum Zuantewitum quaſi S. Vitum, quod ex facta illis antea prædicatione, bujusque ſancti commendatione, adhæſiſſe putatur*) diutius vigere &c. Intermittitur ergo machinarum inſtructio, & obſidio gravius firmatur. Interim pueri egreſſi, munitionibus, inſultant oppidanis, quos in ſinu geſſere lapillis. Oppidani contemptis parvulorum luſibus, ſedent ocioſi: ſed adoleſcentiores immixti pueris, tela jaciebant. Hos dum vindicant obſeſſi, pugna puerili principio gravis oritur. Interea quidam propius aſſiſtens urbis portæ, quæ ſublimis & unica fuit, ſolis ſignis prominentibus, nullis etiam armis inde detonantibus, quod tutam ſublimitate & ſignorum (quæ ſacra dicebant) præſentia putarent. Aggerebant autem portæ ceſpites congeſtos, ne aut flammis ureretur, aut machinis impelleretur. Hic ergo juvenis, perpenſo, quod aggeſti intus ceſpites deſiden-

In Rugianos movet.

Obſidio Arconæ.

Zuantevitum idol. Rugian.

ſidentes, intercapedinem fecere hominis capacem, orat a circumſtantibus, lanicarum uſu ſublevari in eum aggerem: nec mora ſuſtollitur. Jam in voraginem ſe recondens, ne ab hoſtibus læderetur, jubet afferri ſibi fomenta incendii: ſtramina quæcunque deprehenſa, in manipulos redacta ſurriguntur. Ferrum ſe habere reſpondit, ſilicem ſe facile inventurum. Igitur accenſo igne, a ſociis excipitur in terram. Corripit ignis facile turris tabulata: auctusque vehementer, cito terribilis viſu hoſtibus eſſe pyra cœpit. Concurritur totius urbis viribus ad reſtinguendum incendium. Dani oppugnantes incendia juvant, prohibentque reſtinguere. Defecerat jam obſeſſis aqua, lacte reſtinguere tentant, ſed eo velut fomento, ignis horrendum exarſit. Interim ſæviente incendio, Rex jubet cunctam urbem in corona oppugnari, nullamque obſeſſis dari requiem. Illi intus ambigui, incendio an hoſti occurrant, major pars igni colluctatur. Rex edita caſtrorum parte, laborem conſpicatur oppugnantium defendentiumque. Ibi Caſimarus Bugislausque, Pomeraniæ principes, jam ex fœdere ad militiam ſocii, in oculis videntis Regis fortem egregiamque navant operam. Nulla interim quies, nulla intermiſſio telorum. Defatigati tandem cives mittunt, qui ſonora e muris voce colloquium depoſcat. Silentium dicturo factum, quid petat edere jubetur. Orat intermitti oppugnationem, quoad de deditione facienda populus ſermonem conferat. Quamdiu, inquiunt Dani, non ceſſatur ab incendio reſtinguendo, pugnam non intermittendam. Si cupiant requiem ab oppugnatione, ceſſent a reſtinguendis flammis. Neceſſitas urgebat conditionem accipere. Interea deliberabundus Rex cum proceribus, deditionem oblatam

Igne turri immiſſo, urbs acerrime oppugnatur.

Caſimar. & Bugislaus, Pomeran. principes, militiæ ſocii.

Milites, prædam ſitientes, deditionem acerbe ferunt.

non abnuere conſtituit. Id cum in exercitu publicaretur, unus omnium clamor exoritur, fruſtra illis victoriam adimi: jam pene captam urbem, militum direptioni eſſe permittendam: quando nulla juſtiora militiæ præmia, in quibus multum ſudoris, plus etiam ſanguinis impenſum. Eam ob tumulationem Rex aliquantulum caſtris digreſſus, cum primoribus conſultat, quid facto ſit opus. Ibi tum dictæ multorum ſententiæ, capi quidem urbem poſſe, ſed non ea, qua rebantur, facilitate: dirupta mœnia intus pluteis refecta, robuſtiorem eſſe de intus munitionem, quam foris videatur: rebus conducere currentis victoriæ, ut urbe in deditionem accepta, ad reliquas obſidendas progrediantur, potius quam ad unam ſedeant diuturno, quod certum eſt, ſed an optato etiam exitu, ſatis ſit incertum. Alius etiam adjicit, docendum populum, non ſequendum. Igitur admiſſis ab urbe oratoribus, quum Regis pedibus proſtrati jacerent, has leges deditionis accipiunt, ut ſimulacrum foras producant exurendum, captivos Chriſtianos ſine ullo redemptionis impendio laxent, religionem Chriſti ex Danico ritu accipiant, ſtipendia ſacrorum (imo ſacrilegiorum) ſacerdotibus Chriſti impendant, quoties evocantur, Danicæ expeditioni comites accedant, ex ſingulis boum jugis annua, quadraginta nummiſmatum pendant, totidemque obſides Regi emittant &c. Orta luce, proceres primi Esbernus & Zuno ingreſſi urbem, ſimulacrum evertere jubentur. Circumſtabat expectantis exitum populi denſa corona, arbitrati, violationem ſui numinis non impune Danis ceſſuram. Famuli ferro exſcindere aggreſſi, monentur, prudenter circumſpicere, ne feſtinando quid capiant detrimenti caſu molis, quod incolas Dei ſui viribus, ſi accidat,

Leges deditionis.

Idolum Zvanteviti everſum.

dat, aſſcripturos detineat in perfidia. Ingenti ſtrepitu convulſa ſtatua percuſſit terram. Tum oppidani educere juſſi, detrectant numinis a ſe culti triſte peragere miniſterium: Advenas, & qui in oppido locarant operas, adigunt educere molem. Interim alios religio terruit, alios riſus excepit: prudentiores rubor corripuit, tanta ſe veneratione coluiſſe Deum, qui ne ſibi poſſet adeſſe &c. Principum ſcribæ, ſacerdotum vice, in urbe docendæ plebis & deinde baptizandæ peregerunt officia: fanum concrematur, & ex lignis, quæ Rex faciendis machinis advexerat, inſtruitur baſilica. Theſaurus numini pridem conſecratus, ad præfinitam horam jubetur afferri &c. *Ad exemplum Arconenſium deditionem mox fecerunt & obtulerunt Karentini:* Antequam conſtituto littori pontifex *(ſc. Abſalon)* accederet, jam demorantes ibi reperit Karentinos &c. Ibi, ex formula cum Arconenſibus conſtituta, deditio paratur: quæ proxima luce venienti Danorum Regi & offertur & accipitur. Aderat Tecislæus rex gentis, Jarimarus frater, cum cæteris terræ proceribus. Pontifex, Rege abnuente, jubetur deditionem cum obſidibus accipere. Ille aſſumpto Zuenone, Aruſienſi pontifice, ac ſolo Jarimaro, vix triginta ex domeſticis comitantibus, Karentiam proficiſcitur, Esberno fratri innuens, ut cæteros, quoad revertatur, convivio excipiat, revera futuros obſides. Anguſto itinere per medias paludes inceditur &c. Ad finem callis per planiciem ad urbis vallum ducit. Illic effuſa urbis multitudo armata per turmas ſtabat, ad numerum ſex millium. Zueno territus, quid effuſa multitudo & illa armata depoſceret, rogat. Nihil dubitandum refert Abſalon, pacis non belli eſſe apparatus, alioqui in urbe promptius exceptos obtererent. Tam præſentis fi-

Scribæ docent & baptizant.

Urbis Karentinæ deditio.

Elogium Abſalonis.

 den-

dentisque animi vir metum in pectus admittere non potuit. Ubi propius venere Dani, genibus nixi oppidani, venientes conſalutavere, acceptis in urbem hoſpitibus, ad omnia prompti annuerunt &c. Prima cura ſubvertendi fana: Maximum ſimulacrum Rugiemum dixere, monſtrum horrendum, informe, ingens. Sub uno capitis apice facies ſeptem: totidem gladii inhærebant lateri: cæterum hirundines ſub ora nidificantes, pectus ſtercore turpabant. Martis ſimulacrum voluere, ſeptem diebus præſidentis. Porenitum alterum dixere, quatuor frontibus in capite, ſed quinta defixa in pectore &c. &c. Urbe media juſſi concremare, rogabant, ut educi ſinerent, ne flamma proximas ædes corripiat per anguſta viarum. Admirati primum incolæ numinum ſuorum inertiam: inde irridentibus, ipſi quoque ridentes, ſuam ſuperſtitionem damnavere &c. Sed tum purgato ſimulacris loco, ſacras ædes erigi juſſere regii Commiſſarii. Digreſſusque urbe tria locis opportunis Abſalon cœmeteria conſecravit: Scribas juſſit docendo baptizandoque ſacerdotum vices implere. Inde ad Regem regreditur, apud quem jam conſtituto die theſaurus ſacrorum producitur, ut inde rei divinæ in reliquum conſulatur. Caſimarus & Buggizlaus, Pomeraniæ Principes, cum ſpe cecidiſſent potiundæ in ſuam ditionem Rugiæ, accepta licentia, ex fœderatis hoſtes fiunt. Rex in ſua regreſſus, legitimos ſacerdotes immiſit provinciæ cum opportunis commeatibus, (ne populum rudem initio gravare viderentur) revocatis, qui eam diem impleverunt, ſcribis &c. Præfuere ex illo die rebus gerendis in Rugia Dani. Nam Regis ditioni in ſecularibus & pontificibus ejus regni in ſacris ſubeſſe, victoriæ jure, tum eſt a Rege conſtitutum. Fundatum

Rugiemus idolum Karentinum.

Porenitum aliud ibid. idol.

Karentini Deaſtros ſuos ridene.

Ædes ſacræ eriguntur.

Caſimar. & Buggizlaus ex fœderatis jam hoſtes.

Eccleſia Rugiana Pontifici Roſchild. ſubjecta.

tum eſt ergo opus novellæ plantationis in terra Rugianorum. *Hæc Krantzius*. Huitfeldius *in fol. p. 108*. **Aar 1167 haver Kong** Voldemar I. **triumpheret over de Ryaner, hand indtog og forſtyrrede Hoved-Staden paa Lante Fyen** Arcona **og giorde ald Lante-Fyen Chriſten. Den Tid bleff Lante Fyen med den Geiſtlige** Jurisdict **lagt, under Foſkild-Sæde. Pave** Alexander **haver derpaa udgivet ſin** Bulla: **Bulla Papalis.**

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Abſaloni, Roſchildenſi Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem &c. Ex literis ſiquidem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Valdemari, illuſtris Danorum Regis, & plurium aliorum manifeſte comperimus, quod quædam inſula, Ryo nomine dicta, juxta regnum ſuum poſita, tantæ idololatriæ & ſuperſtitioni a primitivis catholicæ fidei fuiſſet temporibus dedita, ut circumjacentem regionem ſibi efficeret cenſualem, & eidem regno, & univerſis Chriſtianis circumpoſitis, damna plurima inceſſanter inferret. Quod idem Rex, cœleſti flamine ſuſpiratus, &c. conſiderans, divino munere profectus cum brachio forti & extento, duritiem hominum iſtius inſulæ expugnavit &c. & ad fidem & legem Chriſti potenter revocavit &c. Sane quia potentes, & populus terræ anguſtam habent inſulam, ideoque non poſſunt proprium Epiſcopum & paſtorem habere &c. Nos igitur petitioni ejusdem Regis favere volentes &c. interventu quoque venerabilium fratrum noſtrorum Eſchilli, Lundenſis Archiepiſcopi, & inſtantia Upſalenſis Archiepiſcopi &c. tibi, & ſucceſſoribus tuis magiſterium & prælationem ejusdem inſulæ in ſpiritualibus indulgemus in perpetuum, & authoritate Apoſtolica confirmamus &c. Da-

tum Benevent. 2. Non. Novembr. Anno 1168. *Permanſit inde Eccleſia Rugiana Epiſcopo Siallandiæ ſubjecta, ita ut Domino territoriali ſolum jus, quod vocant, præſentandi, Antiſtiti autem Siallandiæ, etiam poſt Sacrorum Reformationem, jus confirmandi competebat, usque ad annum 1658, quo redintegraturi cum Danis pacem Sveci, privilegio huic renunciandum poſtularunt.* Albert, Krantzius, *Wandal. lib. V. Cap. 16. p. 113.* Accepit autem Rex filios nobilium obſides, & abduxit ſecum in regnum. Hæc autem eo peracta ſunt tempore, quo Saxones civilibus in ſe bellis diſſidebant. Henricus autem dux, quum rediſſet in Saxoniam, miſſis oratoribus ad Regem Danorum, numerum obſidum dimidium & acceptæ prædæ depoſcebat: ita enim ex fœdere convenit inter Regem & ducem. Rex Ducis arma non acceſſiſſe prætendit: fœdera loqui de iis, quæ communibus viribus utriusque partis fuiſſent adminiſtrata. Dux pro ſe miſſum obtendit Pribislaum. Sed tum inanes ad indignantem rediere nuncii ducem. Interim ille, evocatis Wandaliæ principibus, exponit, quando, inquit, in littore Germanici maris conſiſtant, quid ita inclinent Danis, ut malint illorum parere imperiis, quam pari cum Saxonibus jure agere &c. Proceres nihil cunctati, in Regem operas ſuas pollicentur, obliti promiſſorum &c. Inſtauratæ ſunt prædarum naves, & occupaverunt in regno Danorum terras opulentas &c. In Magnopoli ſeptingentæ Danorum animæ uno die ſunt venales expoſitæ, ſi emptor inveniretur. Diu ſiluit Rex Danorum, diſſimulans ſuorum injurias. Libet ponere ad verbum teſtimonia annalis noſtri, ut collata Danicæ narrationi, videatur, quam quisque ſcribat affectuoſe in gloriam gentis ſuæ &c. Audiatur interim

Dani huic privilegio renunciant.

Simultas inter Regem & Ducem Saxoniæ, de obſidibus & præda Rugian.

Principes Wandal. cum Duce conſpirant.

700. Dan. Megapoli venales proſtant.

vetus

vetus Saxonum teſtis de Danorum Regibus. Reges, inquit, Danorum, ſegnes & diſcincti, & inter convivas & epulas ſemper poti, vix aliquando ſentiunt percuſſuras plagarum. Tandem velut ſomno excitus Rex Daniæ, congregavit exercitum, & percuſſit partem modicam Circipanæ regionis. Filius quoque Regis ex concubina, Chriſtophorus, cum mille (ut ajunt) loricis venit Aldenburgum, quæ Danice dicitur Brandenhuſe, & percuſſit maritima illius: eccleſiam vero, cui deſerviebat Bruno, non læſerunt, nec attigerunt penitus bona ſacerdotis. Recedentibus vero Danis, Vandali e veſtigio ſecuti, damna ſua ultione decupla compenſarunt &c. Danorum impugnationes pro nihilo habent: imo voluptuoſum ducunt, manum cum illis conſerere. Solus eis dux eſt formidini, qui protrivit robur Wandalorum, ſuper omnes duces & reges, qui fuerant ante eum, plus etiam quam ille magnus Otto: & miſit frenum in maxillas eorum, & quo volebat, duxit eos. Hæc ſunt Helmoldi ad verbum de Danis atque Wandalis teſtimonia. Huic vero non diſſonat in ea parte Danorum de ſuo Rege teſtificatio. Rex, ait ille, Waldemarus, quum aliquantas antea expeditiones magno molimine, ſed exili fructu peregiſſet, meliori conſilio rem geſturus, in hoſtes aſſiduos Wandalos arma parat &c. Claſſem ex omnibus regni partibus jubet convenire paratam, ubi edixerit, interim tyrones exerceri, arma jubet expediri. Et ubi jam conveniſſe videt ducentarum ſexaginta navium claſſem, navigationem inſtituit, remigio tamen magis, quam ventis uſurus, ut latentior hoſti fieret adventus. Præmiſſi nonnulli, qui expeditis ad curſum navibus, res hoſtium ſpecularentur &c. &c. Quam diu autem ſub prætentu terræ transeunt, tranquilla ſatis eſt viſa

Regio Circipanæ a Danis percuſſa.

Item Aldenburgum Danice Brandenhuſe.

Vandalis volupe cum Danis confligere.

Contremiſcunt autem Valdemarum, domitorem illorum.

Claſſis Dan. 260. nav. in Vand. ſolvit.

ſa navigatio. At ubi relicto a tergo littore, mare invadunt apertum, ibi vero exerta vis tempeſtatis, multarum latera navium quaſſata laxatur. Rex non ſine periculo prætoriam deſerens, in aliam cum ſignis ſe transfert. Major pars ea difficultate concuſſa, pandit vela, ac retro curſum legit: magno remigii labore, majore omnium periculo ſub hoſticam terram perveniunt. Sexaginta vix naves ex omni claſſe remanſerunt. Pecora per campos littorum innocua incompertam eorum adnavigationem prodebant. Rex in terram egreſſus, Concilium advocat, quo ordine res gerantur, intendit. Erant, qui perpenſa inſigni paucitate, retro legendum iter aſtruerent &c. Alii vaſtanda littora, prædam agendam commemorabant. Regi neutra placuit ſententia, crimen gloriæ ſuæ ſemper affuturum, ut cederet hoſtibus: quod nulla unquam memoria prodidiſſet, Danorum Regem terga Wandalis oſtendiſſe. Itaque explicato agmine, equites peditesque armari jubet, cuſtodes etiam navium cohortes deputat ſub præfecto. Vicinas Rugiæ inſulas tam inſperato invadit, ut incolæ, productis de feneſtra capitibus, loci dominos adventare rati, Caſimarusne an Buggislaus ſit, rogent, qui venerit. Sed miſſa in adverſus tela declarant hoſtem. Itaque prædam agentes opimam Dani, ad naves reducunt. Interea hoſtes adeſſe Regem ſentientes, claſſem perarmant, egreſſurum intercepturi, viderant enim vires. Claſſi Danicæ præfectus tutandæ cohortem in paucas naves impoſitam hoſtibus opponit, levique prælio fatigatos abire cogit. Iterum iterumque incurrentes fugat, longiusque inſequeretur, niſi quod acciderat, animo volviſſet, Regem litori cum præda propinquare. Miratur Rex, claſſem ſuam ſine cuſtode inanitam: ſed videt e pro-

Marginal notes: Naufragium. — 200. naves Danor. perierunt. — Danor. Reges Vandalis nunquam ceſſerunt. — Inopinus Danor. adventus. — Rugiani claſſem adornant. — Rugiani fugati.

profundo cum paucis adnavigare præfectum. Itaque onuſtæ naves præda parant abitum. Sed adſunt majori navium ſuarum numero hoſtes, nec diu cunctati adoriuntur Danos. Ibi rem relatu pudendam Danicus ſcriptor cum rubore commemorat. Nam magna pars navium Danicarum, ad conſpectum tantæ multitudinis, vela pandunt ad fugam, deſerto in periculis Rege ſuo, nec reſpiciunt. Ibi neque Regis increpatio, neque inſultatio hoſtium homines leporino corde potuit avertere a fuga. Rex ſolis ſeptem navibus, inter tam multa hoſtium navigia, relictus, quod neceſſe fuit, ſuos viriliter hortatur, inclamat, laudat: cujus majeſtatis reverentia, inſignem Danici militis paucitatem inter multas hoſtium naves fecit clareſcere: una enim & prælium agunt, & fugam parant. Aſpirantibus ventis, fortis ſed parva, multitudinis hoſtilis reſpectu, manus, periculum viribus exemit. Ingenti præda, ſed majori fortitudinis gloria, hoſtiles impetus evadunt, Regem incolumem reducunt. *Et poſt nonnulla:* Sed non eſt injucundum, cernere memorati Regis in littora Wandaliæ aſſiduum laborem & infatigabilem animum. Priusquam frena illis imponeret, poſt eam, (quam proxime diximus) vernam Regis, ſed infructuoſam expeditionem, inde tamen auctiori ſpe per ejusdem anni autumnum claſſem reparat, & ſecundos nactus ventos, in urbem Arcona & confinia ejus milites exponit: populabundus per continentem ingreditur: inexpectatus hoſtium adventus imparatam reperit apud hoſtes militiam. Oritur condenſa nebula, ut in longinquum cerni non poſſit. Verum ubi hoſtibus Regis adventus innotuit, arma corripiunt, exercitum contrahunt, Danis occurrunt, non ante conſpicientes, quo ſunt loco caſtra metati Dani, quam

Indecora Danorum quorundam fuga.

Rex ſolis ſeptem navibus relictus, eo clariorem fortitudinis oſtendendæ occaſionem nactus.

Valdem. iterum in Rugiam ducit.

quam ante eos in nebula conſtitiſſent. Strepitu primum feſtinantium ad arma proditi: inde paulum circa meridiem ſerenato aëre, ſub oculis adverſi exercitus, certiores effecti. Non erat alia via, niſi per hoſtes, his aut illis: nam retrocedere, id vero pudendum viſum. Itaque arma, diſpoſitis pro tempore aciebus, intentantur, fortis dimicatio conſurgit: Dani Wandalos, illi Danos repellere adnituntur. Multi invicem cadunt, varia ac dubia diu volat victoria: tandem Danorum parti inclinat; cedunt Vandali, vicino vado multi immerguntur. Navabant utrinque fortes viri operam: ſed tum res Danis ceſſit. Itaque præda onuſtus Rex, quia bruma imminebat, reverſus eſt in regnum. *Et poſt nonnulla: Cap. 22. p. 116.* Igitur per mutua expeditionis tempora, Rex a Duce (*ſc. Saxoniæ Henrico Leone*) conviva excipitur in caſtris: ſplendor & apparatus Rege dignus inſtruitur, in famulatu, in epulis, in omni rerum ordine. Sua quisque deinde parte hoſtilia populatur. Wandali ſe arcibus atque præſidiis continent, ſua omnia inviis paludibus condunt. Magno internunciorum periculo principes redeunt in colloquium. Rex ſuo itinere vaſtans omnia, ad oppidum tum parvum, Roſtockium, pervenit, idque habitatorum metu deſertum incendit: inde populatis circum omnibus ad mare contendit. Nunciatur claſſis Pomerana cum Rugiana adnavigare. Rex a Duce præmonetur, amnem linquat, mare repetens, ne intercludatur ab hoſtibus, quod Rex conſilium putavit non contemnendum. Sed tum inſidias cogitavit inſidiis illudere. Compertum habuit militis ſui in terram egreſſum expectare Wandalos, ut ea opportunitate claſſem exurerent atque expugnarent. Rex jubet milites condi in naves, paucos in littus egreſſos, vici-

Prælium acre.

Dani victores.

Vald. Vandal. populatur.

Rex Vald. Roſtochium incendit.

Stratagema Danor.

vicinas domos incendere; arbitraturos Wandalos omne Danorum agmen expoſitum terras populari. Sed neque hoſtibus Wandalis defuit calliditas circumſpiciendi: nam omnium rerum facti certiores, ſe continebant. Vires enim ſuas utrique exercitui terra marique impares (ut erant) reputabant. Igitur ad pacem inclinantes, eundem, quem pridem in Daniam miſere, oratorem ſubmittunt, de pace tractaturum. Is ignem in littore accendit: id erat ſignum colloquium de pace petentis. Interdicitur Danis, ne in cujusquam navim excipiatur, ne pacis cupidos arbitretur Danos, ſua igitur navi advehitur, eundem quem prius, pontificem Abſalonem, ſequeſtrum requirens &c. Cum multa invicem jactata fuiſſent, Abſalon pontifex ſequeſtrum ſe fecit apud Regem, convenitque, ut datis in fœdera tum icta obſidibus, Rex claſſem reduceret. Sed hæc ad ſolos Rugianos pactio pertinebat. Cæterum orientales Wandali nequaquam hoſtiles animos poſuere, quibus edomandis Rex fœdera renovat cum Henrico Duce Saxonum, ut ille a terra, ipſe a mari urgeat hoſtes. Adnavigat iterum claſſis regia. Henricus vero Dux nihil ſegnius a terra producit exercitum &c. A mari autem Rex Wolgaſtum oppidum aggreſſurus, ut cætera vacuum reperit, atque deſertum: ſed ille ſuorum impoſito præſidio fecit communiri. Cæterum populationibus utrinque, Rex a mari, Dux a terra, non ſegniter inſtitere, quandoque neque pugnæ dabatur copia, neque ab hoſtibus fœdera peterentur. Progreſſus tamen Rex longius in flumen, exercitum Ducis navibus ponte facto transpoſuit, oppida mediterranea totis viribus expugnaturus. Quod ubi Wandali compertum habuere, ſubmiſſis oratoribus, de pace atque fœderibus age-

Vandali pacem petunt, petitam impetrant.

Rex cum Saxon. Duce in oriental. Vand. mouet.

Wolgaſt. a Vald. I. munitur.

Vandali pacem petunt.

Juſta acie congredi non auſi. agere coeperunt. Nam usque in illam diem nusquam totis copiis in aciem prodierunt, ſed levibus tantum præliis conflixerunt ex inſidiis. Pacis conditones. Pacis tum conditiones hæ fuere, ut Wolgaſtum oppidum, opportuno littoris loco ſitum, trifariam divideretur, & quibus vellet Rex præſidiis teneretur: piratis Panis fluminis aditus negaretur, & ad ea obſervanda, tam Regi quam Duci obſides darentur &c. reductis exercitibus pax reddita &c. Sed diuturna eſſe non potuit, propter alternum immortale utriusque gentis odium: Dani principes Wolgaſti Rugianos vexant. quum Dani principes, Wolgaſto præſidentes, Rugianos ſecum ex fœdere in urbe agentes, vexationibus crebris oppidum deſerere compellerent. Rugiani Danis rebellant. Nec minus Rugiani novarum rerum cupidi, in Ducem Henricum reſpicientes, Danis rebellare audent. Nova Vald. in Rugiam expeditio. Quod ubi Danorum Rex compertum habuit, claſſem reparat: Rugiam aut in fide continere, aut ad priſtina juga tentat reducere &c. Verna expeditio ſolam vaſtationem effecit provinciæ, Rugianis ſe intra moenia tenentibus, niſi quod levibus præliis fiebant excurſiones & agrorum populationes. Renovata in auctumnum claſſica expeditione, quum horrea omnia plena reperirentur, ad Arcon oppidum legiones expoſitæ: ipſi cives mutuata a vicinis militia, in improviſos ſe adoriri credentes erumpebant, Prælium acre ad Arconam. juſta Danis acie congreſſuri. Ibi multa fortium virorum præclara facinora utrinque ſunt conſpecta. Sed tum oppidani intra ſua mœnia ſunt repulſi, & Rex, populatione provinciæ facta, incolumem exercitum claſſemque ſpoliis reduxit onuſtam &c. *Cap. 26. p. 218.* Wandali interim (*ſc. Danis ob apotheoſin S. Kanuti, qui de tumulo in aram transferebatur, coronationemque Canuti, filii Regis, exultantibus, & feſtivos dies agentibus*) Vandal. 40. navibus egreſſi. excurrebant ad prædam, qua-

dra-

draginta navibus egreſſi ad ſolitum quæſtum. Norvagii Regis oratores eidem inerant conventui, jam redeuntes, a Daniæ quibusdam proceribus, honoris gratia deducuntur per aliquot milia. Esbernus is erat ex primoribus Daniæ, qui hoſpites deducebat. Ille jam rediens, apud Oldam inſulam, audit Regem ſuum jam arma renovare in Wandaliam: rogatique ab illo incolæ, ſi quas piratarum naves conſpexiſſent, quadraginta nuper vela in proximum ſe portum contuliſſe retulerunt, ſed piratarum an mercatorum fuerint, eſſe illis incompertum. Statuit, ille ſub noctem profundo ſe credere, littora vitare, ut falleret forte ad prædam excubantes. Proditus autem exorta luna a Wandalis incurritur: hi enim in inſidiis latuere. In proram progreſſus Esbernus, jubet armatos ſuos ſe circumſiſtere, telis hoſtem infeſtare. Diu utrinque pugnatur. Wandalis plurimum ſanguinis ab una nave haurientibus. Semel, iterum ac tertio repulſi, quum virtutem mirarentur, rogant, quis navis ſit præfectus. Fruſtra, inquit Esbernus, de præfecto ſciſcitatio, quando prædæ imminere non poteritis. Captivorum apud Wandalos quiſpiam ex Danis vocem agnovit loquentis. Esbernum, ait ille, capere non poteritis. Tum illi partim pudore, partim furore invecti, pertinaciter inſiſtunt, ut capiant: fortiter oppugnati fortius ſe defendunt, donec abſumpta pene tela viderentur. Tum jubet Esbernus unum e ſuis accepto ſilice malum inſcendere, inque ſummitate excuſſo igne oſtentare flammam: Wandali rati, dari ſignum ſociis navibus, abſiſtunt. Sic inter multos pauci in patriam revertuntur incolumes. *Cap. 27.* Wandalorum ergo bellum intermitti Rex non paſſus, auctus Rugianorum ex fœdere claſſe, Zuinam fluvium ingreditur, ducturus in Julinum oppidum, ea

Fortitudo eximia Esberni Snare.

Stratagema Esberni.

Rex Valdem. Julinum aggreſſus.

ea tempeſtate in Pomerania præcipuum, quod duces inimico in ſe animo eſſent propter Rugiam, quod ſperabant, illis non permiſſam. Jam Regia claſſis per latum illum ſinum, quem tres amnes, Panis, Zuina, Diuinaw, collecti ante exitum, in mare conficiunt, pervenit ad confinia Julini. Pons Zuinæ ſuperpoſitus, oppidum conjungit adverſæ ripæ: hic nocte prima quievere. Ante lucem Julini cives in cymbas ſuas coiere, hoſtibus in lacu obviam ituri, ut iter interciperetur, nec Danis fiducia defuit, illos excipere: diu in flumine certatur. Interim Rex pontem ex parte demolitus, tranſitum claſſi facere conſtituit. Pugna & ibi conſeritur: pervicit tamen Danorum inſtantia, ut claſſem deducerent, ſepibus multis, quæ in flumine piſcandi gratia conſtiterant, demolitis. Pervenitur ad vicinam Camini urbis inſulam Criſtoam: quam Rex populari prohibuit, ut eſſet ibi jumentis pabulandi refugium. Ducitur in urbem: quam oppugnare Rex adortus, primum certamen in ponte conſerit: Sed ea videbatur pons imbecillitate, ut magis pugnantibus ab illo periculum eſſet, quam ab hoſtibus. Quo perpenſo, Rex juſſit receptui cani: & jam excurſione facta, in vicinas ripas, quicquid prædæ contrahi potuit, in naves congeritur. Rex jam de reditu cogitans præmiſit, qui vadoſa propinqui fluminis loca pertentarent, infida enim erant ea peregrinis & ignotis vada. Ipſe tamen, non expectato exploratoris reditu, egrediendi avidus ſupervenit ſcrutanti: ſeque in ſyrtes atque periculoſa loca conjecit, unde plurimo poſt labore vix eriperetur. Verum quia Julini oppidi vicina erant prædia, in ea excurſiones facere ante abitum conſtituit. Abſalon, unus ex pontificibus, noctu loca exploravit vadoſa: & quibus exponi copiæ poterant,

Pugnæ.

Imbecillitas pontis progreſſus armorum vetat.

Rex in periculo conſtitutus.

Abſalon populationibus incumbit.

fixis

fixis noctu ſtipitibus, aut in nodum curvatis juncis, ſignabat. Orta autem luce, cum expeditis egreſſus, late populatur. Interim Rex agmen & totius robur exercitus in ordinem redigit, oppidi illius oppugnationi inſtiturus: in quam operam egreſſos pridem equites jubet revocari. Sub ipſo autem revocationis momento, Abſalon Pontifex, Magnum, Erici nobilis viri filium, cum parte copiarum audit ab hoſtibus circumventum, niſi ſuccurratur, ſtatim periturum. Ibi jam vir fortis pontifex animum circumfert, quid cui præponat, Regis imperium aut ſociorum ſalutem poſthabeat. Sed ſumpto ex tempore conſilio, commilitoni primum fert ſuppetias, & cohorti conſulit alioqui perituræ: itaque advolans ſocios eximit periculo. Magnus acceptæ per illum ſalutis non immemor, ſervatorem ſuum publice vocat, ſeque ſuumque caput ſemper pro illo vigilaturum ſpondet. Abſolon vero, ut juſtam in ſe indignationem regis temperet, magno ante ſe captivorum pecorumque grege in caſtra præmiſſo, ſubſequitur, regios oculos, re bene geſta, ſibi concilians. Rex tamen leviter increpitans, ad latus ſuum (ut ſemper) devocat accubiturum. *Cap. 28. p. 119.* Repetita claſſe, anceps ejus periculum erat educendæ, quod paludoſis locis hærentia navigia, jam prædis & hominibus onuſta, vix erat commovere. Aliis effodiendæ arenæ inſiſtendum, ut per foſſata egrederentur, eſt viſum: ſed infinitus & fruſtratus labor aliis eſt viſus. Eo confugiendum duxere, ut ſubjectis teretibus lignis tractu virorum educerentur. Potuere ſex Rugianorum non magnæ naves illo ordine exportari. Interim Caſimarus dux, jam hoſtem in claſſes conjectum reputans, quadraginta naves perarmavit, ad amnis oſtia conſtituendas; Bugislaus vero a terris im-

Rex oppugnationi urbis inſiſtit.

Abſalon Magnum Ericum cum parte copiarum præſentiſſimo periculo eximit.

Abſolon a latere Regis accumbere ſvetus.

Claſſis Regia eductu difficilis.

Caſimarus & Bugisl. digreſſuros Danos obſervant.

minens, equitum peditumque copias ductabat, Julinenſes increpitans, quod per ſocordiam non in aciem aggreſſi Danis ſe contuliſſent. Jam Dani hærebant in vadis, utrinque hoſtes perurgebant. Miſera rerum conditio, victores victis ſimiliores. Circumfuſi Abſalonem Jutæ convitiis inceſſabant, quod eo ductore in eas eſſent perducti anguſtias, e quibus niſi Rex ſalvus educeretur, perpetuum dedecus Danico nomini oriretur, ſe vero univerſos, hoſtium gladiis ſubjectos, certa in morte remanſuros. Solere Reges rebus gerendis illuſtres viros præficere, & talium ductu cuncta gerere: nunc ſacrorum pontifices, arma tractantes, Regem & omnem nobilitatem, pariterque omne nomen Danicum, in perpetuam ignominiam perduxiſſe. Has convitiationes moleſte ſed diſſimulanter tulit vir prudens, nil aliud reſpondens, quam eſſe providentis viri ea proloqui, de quibus nihil eum dixiſſe pœniteat. Superveniens autem quidam vir fortis & qui Abſalonis fortia facta ſæpe expertus ſenſiſſet, primo quidem tumultu quid ageretur accipere non potuit: ubi vero convitia jaci in fortiſſimum ductorem animadvertit: Parcite, inquit, commilitones virum, qui patriæ decus ſæpe auxit, ſemper ſuſtinuit, convitiis laceſſere: cujus ductu eo pervenit Danicum nomen, quo majores noſtri ne reſpicere audebant, cujus auſpiciis multæ ſunt peractæ victoriæ. Et quid eſt quod fœminarum ritu ad ejulationem deſcendimus? Viri ſumus, gladios tenemus, exercitum habemus incolumem. Si mare invium eſt, per medios hoſtes equites revehamur in patriam. Talibus aliquamdiu monitis inſiſtens, magis obtrectantium ora cohibuit, quam animos a trepidatione revocavit. Interim Caſimarus per contumeliam & contemptum Danorum tentoria

Jutarum in Abſalonem convicia.

Jutæ militantes Præſules averſati.

Apologeta & æſtimator Abſalonis.

Ductu Abſalonis immane quantum inclaruit nomen Danicum.

Animoſa cordati Dani ad ſocios inflammandos oratio.

Inſolentia Caſimari.

toria figit in littore: ibi aureis argenteisque poculis bibit in oculis hoſtium. *Cap. 29.* Rex tali deprehenſus diſcrimine atque periculo, proceres convocat, percontaturque, quo ſit opus facto. Diu ſilentium fuit. Jubet proloqui quemque quid ſentiant. Tum unus præ cæteris, pueros, inquit, tibi Rex in conſilium adhibendos cenſemus, quorum ductu ingreſſus in eas difficultates, expliceris. Sentiens ſibi Abſalonis familiaritatem objectari, non eſſe, inquit Rex, boni moris, ut in concilio conviciis ſe viri boni laceſſant: dicere quemque par eſſe, quid in communi periculo pro omnium ſalute ſit ineundum. Tum Abſalonem intuitus, quid videatur ex re eſſe percunctatur. Ille nihil moratus, cuncta tibi, inquit, in expedito eſſe Rex, ſi per obtrectatores liceat, edicam, naves expoſitis jumentis atque graviori armatura, exonerandas: tibi cum equitum manu in littus ſecedendum, expedita remigiis ac loricatis plena navigia præmittenda: ut ſuſtentata primum hoſtilis claſſis incurſione, cæteris noſtræ claſſis navibus exitus, præparetur. Riſu excepere dicentem æmuli, percunctantes, ſi primus ipſe eſſe velit, qui navi exeat loricata. Ego, inquit, niſi exequendi præſumerem audaciam, conſilium tale inter hos proceres non vulgarem. Fit ratum, quod ille conceperat. Rex, expoſitis in continentem jumentis, conſcenſo equo, expeditam ſuorum manum in littus perducit. Tunc Caſimarus ante jactabundus, ſe collectis tentoriis feſtinato proripit, inque naves ſe recepit. Septem armantur apta loricatis navigia: ſequitur claſſis tota, jam oneribus expedita, pertranſiens formidata vada. Ad primum conſpectum egreſſorum de lacu navigiorum hoſtica claſſis retroceſſit, non expectandam ratam manum illorum, quos ante irriſerat. Julinum deinde

Concilium procerum Dan.

Scomma inſulſum in Abſalonem.

Conſilium Abſalonis probatur a Rege.

Vandali cedunt.

Bugislaus fugit.

inde Rex cum equitatu allabitur. Bugislaus paulo ante de trepidatione deque timore Julinenſes coarguens, ipſe fuga ſe proripit, pontem nuper effractum per tranſitum, trajiciendo equitatui reparat, ut interim expedita claſſis elabatur. Ventum eſt ad hoſtia Zuinæ fluminis: ibique jumentis iterum in naves receptis, ad maris principia anchoras projiciunt, firmantes navigia: Omnium anteriores fuere Esbernus atque Suno poſt Abſalonem. *Cap. 30.*

Abſalon, Esbernus & Suno primipili.

Julinenſes ad pacem petendam ſe componunt.

Interim Julinenſium quidam eques, in littore obequitans, quum per interpretem Gutſcalcum nunciaret, ſuis civibus in animo eſſe, poſtero die miſſis oratoribus, fœdera pacis inire cum Rege, & jam abiturus equum calcaribus urgeret per jactantiam: exiliens jumentum vehementius, quam ille caveret, præcipitem dedit equitem, tam gravi lapſu, ut ſemianimis in arena volveretur. Famuli effuſum levare conantes, Danorum prohibiti ſunt telis. Interim ſcapha invecti Abſolonis miniſtri, illum in liburnicam domini inferebant, nihil ſentientem. Interpoſita mora, quum ex gravi lapſu quaſi profundo ſomno reſipiſceret, in proximos converſus, ubi eſſet, interrogabat. Diu erat antequam pernoſſet in hoſtili ſe navi teneri. Interim rumor percrebuit, expectare hoſtes, venientes ab anteriore terræ ſinu Danos, ut exciperent in mari, magna & expedita claſſe paratos ad prælium. Julinenſis ille omnem eſſe vanum rumorem, qui diſſeminaretur, quam ſancte aſſeverabat, compertum ſibi eſſe, genti ſuæ non ſupereſſe animum, manum cum Danis conſerendi, inque eam rem multis commemoratis, tempori ſervire & hoſtibus (a quibus captus teneretur) aſſentari credebatur. Sed tamen rerum exitus declarabat, vera loquutum. Sic enim evenerat, ut nemo ſe illis ad prælium objectaret in mare pro-

Eques Julinenſis caſu quodam a Danis captus.

Vanus rumor adornatæ Julinenſium claſſis.

Julinenſes prælium non auſi.

prodeuntibus, agmine ad pugnam inſtructo. Nam omni claſſe reducta, omnigenum rerum præda onuſta, incolumem in patriam navigationem Dani tum victores habuerunt. Erat ex eo agmine, qui reparandæ ratis ſuæ gratia, poſt abeuntem claſſem in hoſtico remaneret, & rudibus reparatis, poſt eam ſine cujusquam incurſione navigabat. Libet hac in parte interfari. Julinum oppidum Regi quondam Danorum Zuenoni, ad tempora Ottonum Imperatorum regnanti, ſæpe ſe oppoſuit, bello ſuſtinens totius regni molem: ter etiam Regem prælio cepit. Nunc paucis interpoſitis ſeculis, ne in aciem prodire audet. Ea rerum eſt viciſſitudo. Et ipſa Danorum natio, quæ ante illa tempora terrori fuit Gallis, Germanis & omnibus circumjacentibus provinciis, nunc ab una Wandalia tot bellis diſtinetur, tot laboribus implicatur. Vide rerum mutationem mirabilem, ſed non novam. *Cap. 31.* Interea Caſimarus & Bugslaus, Pomeranorum principes, ſcientes Danorum Regem non quieturum, Henrici Saxonum Ducis ultro manum petunt, auxilio venturam adverſus Regis potentiam. Ille ut poteſtatis ſuæ in eos ditionem acciperet, non cunctanter annuit. Rex non ignarus, utriusque etiam juncti hoſtis arma nihil veritus, ultro iterum in Pomeranam claſſe provinciam, Rugiana virtute in auxilium & ſupplementem copiarum & navium deſumpta. Per Zuenam fluvium, lacum illum magnum, inde per Oderam Stetinum usque vetus & opulentum in provincia oppidum pervenerunt, cui præerat Werslaus, principibus terræ memoratis ſanguine conjunctiſſimus: ſed qui imperio ab illis ſepoſito, ſuæ ditioni præerat &c. urbem illam præſidio tenebat. Rex urbi oppugnandæ inſtitit. Eſt autem oppidum ab imo decurrentis Oderæ in ad-

Dani victores in patriam regreſſi.

Viciſſitudo rerum Julinenſium reſpectu Danor.

Dani olim Gallis, Germanis &c. terrori.

Caſimarus & Bugslaus, cum Henrico Sax. Duce, adverſus Regem conſpirant.

Rex in Pomeraniam movet.

Sretinum vetus oppugnat.

verſum clivum erectum, vallis ac moenibus roboratum, ut ejus captio perquam difficilis videatur. Sed tamen virtuti nihil impervium ratir Dani, oppugnationem intentavere, coronaque cinctum infeſtabant. Vallum foſſionibus impetitur, ut per cuniculos properetur expugnatio: penetratum eſt ſub mœnia. Illi a telis jam immunes (quod in longinquum & directum illa mitterentur) hoſtes infeſtavere: feſſis recentes aliis ſubiere. Quid multa? defatigati cives præfectum oravere, ut ad hoſtes deſcendens deditionem impetraret. Cujus mentio apud milites fieri non potuit, inhiantes urbi capiendæ, ut eam diriperent. Volentibus ergo, qui intus laboravere, ac permittentibus, qui foris oppugnaverunt, Werslaus per funem muro demittitur, ut Regem petat, deditionem oblaturus. Quam ille legationem libenter audiebat, ut ſanguini parceretur in reliquum fundendo. Quum autem eſſet auditum in exercitu, deditionem accipi a Rege, quum offerretur ab hoſte, languidius inſtitere oppugnationi: nam direptioni (quam ſperabant) per eam occaſionem locus non erat &c. &c. Rex ubi advertit, ob eam rem milites tardius frigidiusque pugnare, murum obequitat, hortatus milites, ut urbem annitantur capere. Sed tum illi quum maxime contenderent, videntes urbem captu non facilem, intermiſere murmura. Tum Rex, admiſſo præfecto, deditionem accepit, cognitaque viri virtute, urbem illi ſub Danorum imperio regendam permiſit, ſegregatam a reliquo Wandaliæ principatu. *Cap. 32.* Imminebat jam tempus allecum ſub Regia capiendorum, quæ nunc a multis annis ad littora Scaniæ contingit. Et ne alimentorum defectio publicorum regioni incideret, intermittendam Rex expeditionem putavit: attribuitque eam ſub Rugia

Dani virtuti viam nullam inviam putant.

Obſidio urbis.

Werslaus urbis Præſes deditionem offert.

Deditio accepta.

Urbs veteri præfecto ſub Danor. imperio regenda redditur.

Intermiſſa expeditio.

gia gubernandam Kanuto, Pribislai, qui e Wandalia ad Regem dudum profugerat filio. Ille operam recuſans, cauſatus eſt, non tanti eſſe, quod in Dania ab rege teneret tenues Lalandiæ fines, ut pro his capitis diſcrimen ſubiret, pugnaturus aſſiduo in congentiles ſuos: ad pontifices, quorum conſilio & nutu cuncta gererentur, ille derivabat oneroſum miniſterium. Rex non æquo ferens animo imperii detrectationem, pauca, inquit, (fateor) hactenus accepiſti, quia nec majora meruiſti. Et quoniam Abſalonis ſibi objectam familiaritatem iterum reputabat, illum rex percunctatur, ſi tutandæ provinciæ operam ſibi velit deſumere. Nihil moratus ille reſpondit, quicquid per pontificem poſſit exerceri, horum ſe nihil pro publicis commodis recuſare &c. *Et poſt multa Cap. 38. p. 124. ſequ.* Rex Waldemarus cum cæteris tum recentis injuriæ futurus vindex, quod Wandali Pomerani nuper navim intercepiſſent, quæ regia munera ab ejus ſocero miſſa portabat: miſit tamen Rex primum in eam navim cum rebus recuperandam, ad principes Pomeraniæ Oratorem, qui præter contemtum & irriſionem nihil reportabat, hoſtilia omnia illos ſentire in Danos, nihil pacati. Rex autem commonito primum Duce Saxoniæ Henrico, ut ex fœdere concurrat, ipſe totis regni ſui viribus a mari & Dux a terra incubuere. *Cap. 39.* Rex expedita iterum claſſe Zuenam ingreſſus fluvium, ducibus Rugianis, Julinum oppidum non ſatis a priſtinis cladibus reſpirans, captum direptumque incendit: ex quo die numquam rediit ad priſtinum florem, quod jam a Saxonibus novæ civitates in eo littore firmarentur &c. &c. Rex urbem Coſconam oppugnans, igne immiſſo pene conſumpſit. Incolæ dilapſi in vicinum nemus paludibus obſitum, omne pecus & omnem

Abſalon tutandæ provinciæ præfectus.

Pomerani navem, cum muneribus in Dan. tendentem, intercipiunt.

Rex movet in Vandal.

Julinum incendit.

Item Urbem Coſconam. Incolarum in vicinum nemus fuga.

omnem ſuppellectilem eo deduxere. Captivum quendam, cum fratre & conjuge ac liberis interceptum, adegere minis pollicitationibusque, ut ad paludem, in qua incolæ deliteſcant, eos perducat. Promittit operam, fratrem illis permittens ducem, navigio illuc ituris. Rex agmen terreſtre, agmen ducit Abſalon fluviale: cujus ductor ſpontaneo (ut cernebatur) errore deflectens, diu illos ludificavit. Comperta tergiverſatione gladio caput ejus demetunt, ut vel ſic ab errore redeat in viam. Palus minoribus tantum navigiis adiri potuit, quorum Abſalon Zelandenſium manu prædam omnem abegit, in univerſum tamen exercitum partiendam: quæ res nonnihil illi apud ſuos peperit invidiæ &c. Tanta autem pecorum vis coacta eſt, ut paſtorum opera Dani indigerent. Nam tanta erat vaſtitas ab incendio, ut ne hirundines domicilia reperirent, ſed in malis navium antennisque nidificarent. Inde Rex ducis Saxoniæ colloquio iterum fruiturus, ſuperiora conſcendit provinciæ, amnibus diviſus a Duce. Caminum urbem petit, vicina depopulatus: tantumque pecoris abegit, ut duobus menſibus alimenta inde præberet legionibus. Ubi intellexit Rex, abiiſſe Ducem, regreſſus Wolgaſtum eſt. Præfectus inerat oppido Zuliſter, qui extrema pontis parte deſecta, hoſtibus aditum curavit adimere: ſed pertinax virtus nihil linquit intentatum. Nam manibus ſociorum Dani milites ſublevati adrepſere nonnulli, in ipſo ponte prælium conſerentes: Ubi unius Abſolonis armigeri conſpicua pugna fuit. Interceptus ab hoſtibus videbatur, tamen pugnans elabitur. Gladii ſui longitudine impeditus a curſu præceps labitur. Illico lanceis multis petitur: ſed meliore fortunæ quam ſuo clypeo tegitur. Genibus nixus, crura petit proximorum,

Captivus ob ſuam in cives fidem decollatur.

Abſalon ingentem prædam abigit.

Rex juxta Caminum populatur.

Dani oppidum Zuliſter affectant.

Conſpicua pugna Abſalonis cujusdam armigeri.

morum, donec aſſurgens, a ſupervenientibus ſociis juvaretur, rediretque ad ſuos incolumis. Servata eſt tum urbs, ne caperetur ab hoſtibus. *Cap. 40.* Wolgaſtenſes autem urbis ſuæ anguſtias peroſi, mœnia prolatavere, devolutaque ſaxa immiſere fluentis, ut navali obſidione premi non poſſent: quæ res illis ſubſidio erat & ſaluti in proxima Danorum expeditione. Nam Rex impervium declinans Panim fluvium, ad Zuenum navigio contendit. Julinum oppidum ſuperioribus expeditionibus evaſtatum, nunc tamen denuo cœptum habitari, cum illis munitionibus nondum firmatum eſſet, ut tolerandæ obſidioni ſufficeret. Cives ad famam novæ ex Dania claſſis populariter emigrantes, Caminum contenderunt: ibique firmatis ſedibus, obſidionem tolerare conſtituerunt. Sed Rex ad Oſnam urbem contendit, populationi potius agrorum, quam urbium tardæ obſidioni inſiſtens. Oſtendit tamen Oſnæ urbi apparatum obſidionis, ſi forte ea re territi cives deditionis facerent mentionem. Sed civibus ea re nihil motis, reduxit exercitum, aliam ſequentis anni meditatus expeditionem. Jam enim Rex ille in eam venerat conſvetudinem, ut annuam in Wandalos armaret claſſem, vel quod illi ab excurſionibus ſolitis ſibi non temperarent, vel quod ſuos in regno deſidentes, ad tumultum & civilia mala promptos intelligeret, externis maluit bellis implicari. Quanta temporum mutatio! Erat ea natio Danorum terrori aliquando univerſis: Britanniam occupavit, Gallias expilavit, Germaniæ littora eſt populata, Phriſiis imperabat, Saxones aliquando ad juga coëgit. Nunc ab una gente Wandalorum ita fatigatur, ut pares pene vires & aliquando ſuperiores oſtendere Wandalia videatur. Nec mirum in Danis debet videri, tantam

Wolgaſtenſes obſidionem præcaverant.

Julinenſes metu Danor. Caminum migrant.

Dani populationibus potius quam tardis obſidionibus incumbunt.

Rex Oſnenſes terrere fruſtra ſtuduit.

Rex Valdemarus I. annuam in Vandalos claſſem ſolitus adornare.

Dani olim Britanniæ, Galliæ, Germaniæ, Friſiæ Saxoniæque horrores ac domitores.

tam eſſe mutationem, quando in Græcis & Romanis eandem, ſi non majorem conſpicimus rerum converſionem &c. *Et tandem de ultima Valdomari Primi in Vandalos expeditione libr. VI. Cap. 16.* Per eadem tempora (*ſc. MCLXXXII.*) Wandali arcem, quam ad Zueni fluminis erexerant oſtia (ne Danis pateret ingreſſus) quia inundatione & vi tempeſtatis perierat, geminam pro una inſtaurare conituntur, ut & Zuenus & Panis uterque fluvius ab Danorum incurſu ſervaretur. Jam per brumam comportavere ligna, magnoque labore inſtiterunt, ut perficerentur, priusquam hoſtes impedituri posſent irrumpere. Ea cum Regi nunciarentur, contractis undique navibus, claſſem inſtruit, atque perarmat, in celeritate plurimum conſtituens. Sed jam abſolutum opus accepit, quum ille adhuc in viridi ſinu claſſem ſuam colligeret: nec minus tamen expeditionem præparat. Sed ingraveſcente jam ætate, Abſoloni atque Kanuto filio regendas legiones permiſit. Pontifex Scaniis atque Zelandenſibus ductorem ſe futurum ſpondet, Jutis nequaquam: qui etiam junioris Regis facile pro ſolita contumacia contemnerent adoleſcentiam. Qua Rex difficultate perſpecta, ipſe ductor agminum ire contendit in expeditionem, etiamſi corporis vires recuſent. Sed ab annis atque laboribus, accedente moleſtia curarum, febris Regem apprehendit. Quo conſpecto, Jutarum primores ad omnia ſe benevolos promptosque pollicentur, Regem orant, ſibi parcat, domi ſedeat, illos in expeditionem ire ſinat &c. Interim ſub Jutia tempeſtas diuturna & gravis incubuit, quæ dum claſſem remoratur, Jutæ pro ſua conſvetudine primi tumultuantur &c. Invaleſcente clamore, Abſolon Kanuto loquutus ſvadet, ut quod futurum eſt ſine ipſis, ipſi

Ultima Vald. primi in Vand. expedit. Vandali bina caſtella Danis objiciunt.

Claſſis contracta.

Imperium Kanuto filio & Abſaloni commiſſum.

Rex ipſe febri retentus.

Ventorum ſimul ac Jutarum contumacia expeditioni obicem ponit.

ipſi prævenientes permittant, dilapſuram ſua ſponte claſſem. Permiſſa abeundi venia ſolvant, ne (quod Divo contigit Regi Kanuto) pœnam contumaciæ exigens, graviores concitet motus &c. Abſolon cum Regio filio Regem petit: qui exinde non diu permanens in rebus humanis, pacem reddidit Wandalis per aliquot annos.

§. 13. *Progredimur ad Canuti VI per Vandaliam Geſta, de quibus* Krantzius *noſter Vandal. Lib. VI. pag. 137. ſeqq.* Principium commotionis Wandalorum erat a Cæſare. Nam Buggislaum, Pomeraniæ Ducem, jam pridem defuncto fratri ſuccedentem commonefacit, ut bellum in Daniam ſuſcitet. Ille cum placere cuperet Imperatori, & tamen Regis ſe viribus cerneret imparem, Jarimarum propinquum ſuum, Rugiæ præfectum, jam Danis parentem prælio laceſſit. Ille Regi Danorum, cui ſuberat, rem defert. Rex ad Buggislaum mittit oratores, ſcrutaturos, quid illi ſit cauſæ in Jarimarum. Multa ille commemorat, ab alto nectens cauſas. Convenit inter eos, ut ad certum diem miſſis utrinque oratoribus, per Regios conſiliarios cauſa diſcutiatur, & ſi fieri poteſt, etiam ſopiatur. Apud inſulam Samſam convenitur. Ibi multis ultro citroque dictis dies ducitur, nihil tamen agitur. Nam Buggislaus ex ſententia Cæſaris, non pacem quæſivit, ſed bellum. Erat autem conſilium Cæſaris, ut quoniam Canutus Rex nullis conditionibus pellici potuit, ut Romanum imperium ſupra ſe agnoſceret: (quomodo pater ejus feciſſe diceretur) motus ille excitaretur in Dania, quo facilius inteſtino & externo bello laborantem Imperator adoriretur, jugum illi imponens &c. Interea Buggislaus Cæſaris voluntatem per-

Canuti VI. Dan. R. per Vandal. geſta.

Buggislaus Pom. Dux a Cæſare in Danos armatur.

Jarimarum Rugiæ præfectum Danor. vaſall. adoritur.

Cauſa Cæſareæ in Regem indignationis.

Rex Canutus ad imperium Romanum ſupra ſe agnoſcendum adduci non potuit.

perſpiciens, quingentarum navium claſſem contrahit, inque Rugiam Danis ſubjectam ducit, Cæſari nuncium mittens, qui doceat, quantis viribus Daniam petat. Cæſar Ducem collaudat, nunciumque magnifice munerat. Jarimarus Rugiæ præfectus, miſſo in Daniam nuncio celeri, Abſoloni oſtendit, quo in ſtatu res ſint, tanto apparatu a Buggislao impugnatæ. Ille ocyus epiſtolas circumferri jubet, omnem juventutem in arma vocat &c. Quatuordecim naves in Scania perarmatæ venerant, quatuor ſolæ ex Fionia; reliquas vires ex ſua traxit Zelandia. Tam inſignis paucitas, hoſtium multitudini comparata, contemni poterat. Rex quod longius abeſſet in Jutia, tardius excepit nuncium: itaque ad diem venire non potuit. Abſolon, cum ea, quam contraxit manu, navigationem iniit. Eodem die in inſulam Hithim perveniens, ibi Rugianorum ſpeculatoriam navim habuit obviam, monentem, ut ibi conſiſteret, donec compertum haberetur, qua parte invaderet hoſtis, ea de re certior futurus ab Rugianis. *Pag. 18.* Buggislaus per mediam belli tempeſtatem crapulæ indulſerat &c. Ea re Danis nunciata, etſi pauci numero viderentur, certam tamen victoriæ ſpem præſumpſerunt, quod adverſus ebrios illis eſſet certamen ineundum. Egreſſi ſpeculatores nunciant, hoſtem ex adverſo Strelæ inſulæ copias in terram exponere. Nihil cunctatus Abſolon, appetente etiam crepuſculo, ſcapha terram petit, jubetque convenire navium ſuarum præfectos, quibus contractis edocet, quid moliatur: noctu an interdiu claſſem movere ducereque in hoſtem ſit melius, conſultat. Viſum eſt ex re lucem præſtolari, quod incerta vada ignaros fallant, facileque ſub tenebras incidat periculum. Jubet tamen, quemque ſuos milites

Abſalon in Rugiam ducit.

tes de imminenti prælio facere certiores. Dici non poteſt, quanta acceptum ſit alacritate a militibus verbum de prælio. Ingenti clamore pugnam depoſcunt, de victoria certi, quod gentem illam vincere ſoleant Danorum cohortes. Aſpirante luce, claſſis loco movit. Abſolonis navis pro pondere altius arenis inhæſit. Tanta fuit alacritas euntium in prælium, ut etiam Ducem expectare vix paterentur. Laudabat fervorem Abſolon, & quam primum potuit, expeditus ſequitur, tanto remigum ſudore, ut etiam primos ſuorum deprehenderet. Occurrunt Rugiani nuncii, nihil feſtinandum nunciantes, quod hoſtis adhuc priſtinis inhæreat ſedibus. Declinat Danica claſſis in vicinum portum, ibi Jarimarum devocans in colloquium: quod nuncii præferebant. Sed non erat in medio longa mora, quum alii ſupervenientes nuncii Rugianorum hoſtem abire ferebant, decepti nebula, quæ intervenit. Dum inter ſe conſultant Dani, quo ſit facto opus, venit feſtinus a Jarimaro nuncius, claſſem Pomeranam adnavigare, jamque tam eſſe vicinam, ut ſi per nebulam liceat, conſpiciatur. Abſolon jam in terram expoſitus, divina peragere conſtituit in ara myſteria: ſed accepto nuncio, celer in naves rediit, de cruore hoſtium Deo ſacrificaturus. Et quum rareſceret nebula, Dani a Wandalis viſi, crediti ſunt eſſe ſubſidiaria ab amicis Wandalis claſſis. Tanta fuit a Danis in animo illis ſecuritas, ut nihil minus quam illos crederent adeſſe: & inter hoſtes amicosque parum per indulgentiam diſcreverunt. Jubet Abſolon expediri arma, claſſemque ſuam partitur in opportuna loca, ut ſpacium ſit ad ineundam pugnam. Buggislaus jam præter Rugianorum littora navigabat, ludificandi equitatus gratia, qui littora aſſervabat. Ubi videt adverſam claſ-

Militum in pugnam feruor, & derivata ex priſtinis victoriis fiducia.

Abſalon ab ara in mare raptus.

Danica claſſis pro ſubſidiaria ab hoſtibus ſecuris habita.

ſem

Pomeranus 150. naves opponit. Stratagema Buggislai.

ſem parare pugnam, arbitratus eſſe Rugianam, jubet centum quinquaginta naves ex ſuis accingi in hoſtes: onerariasque naves defenſoribus vacuas, velut in præſidio locat, lignorum extantium ſpeciem prætendere volens militum frequentiam. Eam in partem reſpiciens Zuno, interpretatur Teuthonum eſſe auxilia, quæ Wandalis acceſſiſſent: monetque Abſolonem cautius rem gerere, quod ſe Theutonum arma prævideat excepturum. Ille nihil moratus in hoſtem ducit. Fulſere jam ſigna Danica de malis, Abſolonis vexillum volitare viſum. Quæ ut erant hoſtibus inopinata, ita ſtuporem injecerant cum formidine. Igitur claſſis, quæ in anchoris quieta ſtabat, ubi Danos adeſſe comperit, anchoris ſublatis fugam iniit. Dani inſtitere fugientibus. Tanta facta eſt trepidatio, ut alii deſperata fuga (quod majoribus navigiis veherentur) in pelagus deſiliere: terram plerique petentes, per nemora & ſaltus evadere conati, a Jarimaro pro magna parte cæduntur. Multi de majoribus in minora navigia tranſiere, oppletaque multitudine merſere navigia. Ex tanta claſſe quingentarum navium, quinque & triginta ſalvæ abierunt: cæteræ aut in Danorum venere poteſtatem, aut merſæ mari periefunt. Tantaque fuit Abſolonis auſpiciis illa victoria, ut poſt eam diem nulla ſit Wandalorum claſſis auſa Daniam infeſtare: & perinde piratica gentis illius repreſſa & edomita finem habuit. Contemplandarum autem rerum gratia miſit Abſolon oratores ad Buggiſlaum, cum mandatis coarguendi eum de perfidia, deque rupta cum Danis ſocietate. Et hanc quidem legationis ſpeciem prætendentes, revera conſpicere volebant, quid tanta clade accepta hoſtibus animi eſſet. Dux ſumma diſſimulatione tegebat acceptam cladem, eam præ ſe ferens

Hoſtis, viſis ſignis Danicis vexilloque Abſalonis, quaſi panico terrore correptus, in fugam effunditur.

Ex hoſtili claſſe 500. navium, 35. naves ſalvæ.

Victoria eximia.

Oratores ad Buggislaum miſſi, exprobraturi perfidiam.

Diſſimulatio Ducis.

ferens fiduciam, quaſi nihil actum videretur. Sed populi partim gemitus partim clamorem audit: isque dum quisque ſuos requirebat, prodidit, quid factum eſſet: tantusque motus incubuit, ut viſis Legatorum navibus novam in fugam penderent. Dux tamen gratias, haberi juſſit pontifici, quod boni conſuleret, facturum ſe deinceps, quicquid illi videretur. Præmittit Pontifex ad Regem victoriæ tantæ nuncium cum Buggislai tentorio, quod in argumentum magnæ prædæ prætendebatur. Wiburgi tum Rex agebat. Quo loco contracta concione jubet exponi victoriæ ordinem, novamque ex conſilio Abſalonis victoris expeditionem hortatur fieri nuncius, ut priusquam ſe recolligant hoſtes, de integro opprimantur. Alacres omnium animi fuere: claſſisque non contemnenda decernitur, auſpiciis Abſolonis in hoſtem ducenda &c. *Cap. 20.* Poſt ingentem illam victoriam alacriores Dani ducunt in Wolgaſtenſes. Sed illi jam hoc proſpicientes, Panis amnis fluenta magnis ſaxis impervia fecere. Sed virtuti nihil invium. Ut militibus laborum author eſſet Abſolon, ſe miſit in undas &c. effectumque brevi, ut tranſitus navigiis pateret. Sed ubi propius urbi admovent exercitum, palos ſub aquis experti ſunt defixos, quibus aditus ad mœnia intercluderetur. Qui autem ſaxa removerant, palos obſiſtere non ſunt paſſi: diſſilientesque in aquis pugnavere. Hoſtes a mœnibus fortiſſime miſſis jaculis Danos infeſtavere: Sed corporum agilitate pro magna parte ſunt evitata tela. Conſpectus in navi Abſolon urgere pugnantes, quum a mœnibus baliſtario deſignaretur inſignis clypeo & ſignorum luce, animadverſum eſt a quodam ſuorum commilitonum illum oculis ſignari, qui hoc Abſoloni inſinuandum putavit. Vides, inquit, Here, ſignari

Gemitus populi viſis Legatorum navibus denuo fugientis.

Superb. Ducis reſponſ.

Tentorium Buggislai Regi velut arcus triumphalis mittitur.

Nova expeditio.

Dani Wolgaſtenſes aggreſſi.

In aquis pugnant.

Agilitas Danor.

Abſalon ipſe, clypeo conſpicuus, præcipua hoſtilibus jaculis meta.

ri te oculis, & diligenter ab jaculatore catapultario obſervari? Mitte (inquit) illum, ut noſtri curam habeat. *Intrepidus Epiſcopi ſpiritus.* Ita inter media pericula generoſus ſpiritus de capitis ſui pernicie ridebat. Viſum eſt Danis hoc oppugnationis genus infructuoſum. Esbernus grandiorem e ſuis navem ſtuppa complet de littore, ac reliqua igni facili materia: illam a ventis appelli mœnibus curat, ut incendio ſuo ſubruat tabulata propugnationum. *Urbs flammis fruſtra petitur.* Sed hæſit navis incenſa, palo defixa, ut innocua conſumeretur. In modico fortunæ ludibrio & hoſtium ſalus & Danorum hærebat victoria. Buggislaus autem cum equitatu advenit, colloquium depoſcens Abſolonis, ut interim de pace conſtitueretur. Acceſſit ille in profluentem duobus navigiis. *Stratagema Buggislai eluſum.* Rogatus a Duce Abſolon, ut continentem terram peteret, (facilius in tentorio quam navigio rem agi) credidit pontifex, quum nihil doli ſuſpicaretur. Retentus tamen a ſuorum quopiam, arbitrante, temerarium videri, armato ſe hoſti credere: ſomniique ſui monita adjecit. Recogitans ſecum pontifex, remandat Duci, æquum videri, ut ſi colloquium expetat, veniat minor ad majorem. *Animoſum Abſolonis ad Ducem reſp.* Adhuc Danis omnia conſtare ad victoriam, quo rectius illis pareatur. *Cap. 21.* Dux audito victoris inſolenti verbo ſtatim abiit: quæ res molitæ fraudis Danis ingeſſit ſuſpicionem, ut qui ſoleret etiam minores ob cauſas Abſolonis ratem petere, nunc in tanta patriæ clade & periculo recuſaret. *Obſidio ſoluta.* Dani relicta obſidione, terram vaſtare aggreſſi, ponte facto, copias transponunt: ſed anguſtiis loci celeritatem non ferentibus, oppidani transeuntes infeſtavere. Deturbati a ſagittariis continentem petiere, convitiis & clamoribus hoſtem inſecuti. *Audacia Wolgaſtenſium triſti ſucceſſu.* Tanta autem oppidanorum mentes pertinacia corripuit, ut relictis mœ-

nibus

nibus tentoria Danorum, quæ paucis colligenda reliquerant, invaderent. Equites, qui a tergo imminebant, propter fumum non conſpecti, audaciam illis fecere: ſed ſupervenientes facile diſſiparunt turbam ſine ordine. Ita in conſpectu oppidi cæſi cives, ſupplicia luerunt convitiorum, quæ exercitui ingerebant.

Wolgaſtenſes a Danis cæſi.

Oſnenſes horum caſum ubi audivere, ſuburbia ſua immiſſo igne concremavere, ne hoſtilis victoriæ gradus inde fieret.

Oſnenſes Danor. metu ſuburbia concremant.

Inde Julinum petere placuit. Præmiſſus Esbernus, qui Zueni fluminis oſtiis inſiſteret, dejectis propugnaculis arces ſubverteret, aut ad minus oppugnaret, donec Abſalon cum copiis ſuperveniret. Adnavigavit ille, & jam de longinquo portæ illi patuere. Nam impoſiti præſidio, quum hoſtem cernerent adnavigare, diffiſi munimentis fugam inierunt.

Portæ Julin. Danis patent præſidio dilapſo.

Incenſæ arces ambæ concrematæ ſunt, fumusque Abſaloni de longinquo conſpectus, & ſupervenientes nuncii, certam rem denunciavere. Igitur Abſalon hac parte laboris a fratre levatus, vaſtationi inſtitit finium Julinenſium.

Fines Julinenſium vaſtati.

Itaque oppida captu difficilia, & jam commeatibus vacua, deſerenda Dani putaverunt: poſt collectas fruges, potius plenas quam nunc vacuas cenſuerunt adoriendas. Receptui cani juſſit Abſalon. Ubi egreſſuri fumantes Zueni arces conſpexere, a fundamentis ſubverterunt, lateres adhuc ab incendio calentes in profundum jecere.

Arces Zueni amnis incenſæ.

Et hic fuit expeditionis hujus exitus. *Cap. 22. pergit* Krantzius *noſter*: Autumno domi peracto, Rex Kanutus expeditionem in Wandalos orientales, (ſive Pomeranos) renovavit, duodecim millibus ex Rugia aſſumptis propugnatoribus, quod gnari locorum viderentur.

Nova expeditio.

Proxime igitur Tribuſanam provinciam populabundus aggreditur: inde ad Circipanenſes converſus, palu-

Kanutus Tribuſanos & Circipanenſes aggreditur.

paludem paterna militia inſignem ingreſſus, urbem Lubuinam petit: ſed obſidioni inſtandum non duxit.

Demynenſium ſecuritas.

Igitur ea prætèrita Demyno propinquat urbi, tam hoſtium ſecuris civibus, ut quaſi in media tranquillitate, conviviis & choreis indulgerent. Miratus Rex tantam populi fiduciam, hærere cœpit: ſed munitionem contemplatus, & quod obſidionis apparatum non haberet, prӕterivit. Jam in naves agmen convertitur. Sparſi ad prædam, late, redeunt. Rex ad ſigna demoratus, accipit nuncium, locupletem villam animoſe ab hoſtibus defendi: ſi accedat auxiliaris manus, poſſe expugnari. Copiæ deerant. Jubet tamen cum dimidia præſentium manu Abſolonem ferre ſuppetias ſociis.

Stratagema Abſalonis.

Ille quo paucitatem diſſimulet, jubet incedere ſparſos, perque nemoroſum iter alios iterum ſe atque iterum oſtentare, nonnullos retro abire, crebriusque adequitare, quo magni incrementi ſpeciem faciant in oculis hoſtium: quorum longe major multitudo victa atque fugata, opimam prædam Danis reliquit.

Hoſtes fugati ingenti præda relicta.

Deerant, qui ferrent: incenſa cremataque eſt, militibus vehementer dolentibus, quod magna militiæ præmia ignis abſumeret, quum jam eſſent in victorum poteſtate. Abſolon ad Regem regreditur, propter Lubuinam agmina continentem: factoque a Rugianis ponte, exercitum per Lacunam facili labore transmiſit: inde in portum ſe recepit cum claſſe non longe a Pani amne. Ubi tempeſtate diu vexatus, quum jam commeatus pene deficerent, petenti Buggislao per Legatos Rex permiſit treugas. *Cap. 23. iterum* Krantzius.

Nova expeditio.

Exactis domi hybernis, verno tempore expeditionem Rex curavit renovare: movensque in amnem Zuenum, Grotzuinam urbem lacerat, provinciamque deſpoliat.

Urbs Grotzuina a Danis lacerata.

Ibi Jarimarus lituo admonitus, quod terri-

terribilius inſonuit, Regem admonuit hoſtes adeſſe. Abſolon, non ante denunciandam hoſtium inſtantiam, quam oculis cernerentur, præfatus, timoris id ſignum videri volebat. Tum Jarimarus ancipiti ſe queſtus laborare periculo, ſiquidem ſileat, eventum prævíſum non prænuncians, perfidiæ ſin admoneat, timoris arguatur &c. Abeunt, prædantur, omnia vaſtant. Wandali ſe mœnibus continuere. Libet hoc loco paucis interfari. Dum crebras invicem expeditiones Dani in Wandalos, & illi viciſſim in Daniam excurſiones fecere, non alterutrius partis internecionem quæſitam video. Poterant enim Dani aliquando depugnare, ſed abſtinuerunt, ne quotidianus illis deeſſet hoſtis. Volebant ſupereſſe, in quos vires exercerent, ne deſidentes ad inteſtina & domeſtica bella pervenirent. Wandalis quoque ea res ludibrio viſa eſt, qui pacem æquis conditionibus conſtituere poterant, nec voluere. Sæpe redit in mentem quod apud Helmoldum legitur, pro ludo ac voluptate fuiſſe Wandalis, Danis confligi. Altius erat conſilium Romani Senatoris Scipionis Naſicæ: qui in Romano Senatu, dum hoc ageretur, vetuit Carthaginem deleri, ne Romanis civibus & militibus deeſſet æmula virtus, qua exerciti ſeſe accuerent &c. *Capite 24. memorat Obotritorum principes Niclotum & Burevinum civili bello digladiatos, quorum ille in manus Bugislai Ducis Pomeranorum, qui Burewino favebat, inciderat, hic dum Jarimarum ſuis partibus adverſantem in Rugia vexare aggreditur, captus mittitur Regi Daniæ, cui tum Rugia parebat, ibique captus diu detinetur, uterque Regis Daniæ Vaſallus mox factus.* Rex Daniæ Kanutus (*inquit Krantzius*) qui Burewinum tenebat, arbiter factus inter diſſiden-

Abſalon timiditatem exoſus.

Wandali mœnibus egredi non auſi.

Dani Wandalos penitus opprimere noluere, ne pugnacitatis Danicæ eos deeſſet.

 tes,

Niclotus & Burevinus, Obotritorum Principes, Danor. Vaſalli.

tes, ita litem diremit, ut Nicloto Roſtockium cum terra Kiſſinorum, Burewino vero Ilow & Magnopolis (ea eſt terra Obotritorum) proveniret, & uterque de manu Regis terram ſuam recognoſceret. In quam rem dedere obſides viginti quatuor: inter quos erat Burewini filius. Hæc eſt altera cauſa, cur Daniæ Reges titulum ſibi deſumant, ut ſe Wandalorum quoque Reges profiteantur. Nam primam ex Kanuto Obotritorum Rege ſub Lothario Imperatore accepere. Huitfeldus *in fol. p. 161. teſtatur Vandalicas Vald. I & filii ejus, Canuti, expeditiones fuiſſe viginti octo.*

Fata Matris & Sororis Regis Canuti in Germania.

§. 14. *Idem* Krantzius *Lib. VI. Cap. 27. de Canuti VI Regis matre ac ſorore, earumque in Germania fatis, orta nova Imperatorem inter & Canutum controverſia, ita habet:* Surrexit interea nova controverſia inter Imperatorem & Danorum Regem, quæ in longum & multiplicem Holſatiæ & Wagriæ laborem excrevit: unde Rex omni Teuthonico infenſus nomini, quanto potuit odio eſt inſectatus. Miſit enim Imperator ad Kanutum Daniæ Regem oratores, pro altera dotis dimidia, quam pater ejus Waldemarus cum Kanuti ſorore filio Imperatoris deſponderit, quæ etiam jam diu fuerat in aula Imperatoris per Germaniam enutrita. Rex adverſatus legationem, quod ſciret Imperatorem non ſe æquis intueri animis, pecuniam mittere recuſavit. Sciebat, quis Pomeraniæ Ducem in ſe excitarit: ſed tum qualicunque cauſa prætenſa, inanes remiſit nuncios ad hoc miſſos. Imperator autem & ante juſta indignatione ſuccenſus Regi, quod magnam Wandaliæ partem, quæ Imperio pertineret, Rex Daniæ occupaſſet, quod in Germaniæ finibus, & in littore Germanici maris ſita

Rex Kanutus Germanis infenſus.

Legatio Imperat. inanis.

Soror Kanuti filio Imp. deſponſa, in aula Cæſar. enutrita.

Imperator varias ob cauſas exacerbatus.

ſita eſſet, & quod Imperio recuſaret, hominium præſtare (quod patrem ejus ferunt præſtitiſſe) & nunc accedente nova cauſa, pernegatæ dotis ſolvendæ, exarſit in Regem & germanam ejus ſororem, regi remiſit intactam. Ludovicus quoque Thuringiæ princeps, ejusdem Imperatoris ex ſorore nepos, matrem Kanuti Regis (quam nuper accepit conjugem) nunc repudiatam a ſe dimiſit, queſtam de multis novi mariti injuriis. Hæc ſemina erant bellorum &c. &c.

Soror Regis remiſſa.

Mater Regis a Thuringo repudiata.

§. 15. *Ad Waldemari II cognomento Victorioſi, geſta Vandalica accedimus.* Huitfeldius *in fol. pag. 179.* A. 1210. bleff Stralſund bygt af de Danſke. Nogle meene at Jarimarus eller Jermer af Lante Ryen ſkalde bygt den, andre ville ſige of en Hertug. Pommeren, men det laad alt være ſanden, effter at Kong Voldemar befoel det dennem og det ſteede under ham Udi den Pommerſker Krønicke finder gig A. 1207. Stralſund at være bygt af Hertug Jermer, formedelſt Kong Voldemars Befordring, og med Saxer at Være beſætt, men Bygningen er af hans Søn Wizlof fuldendt 1230. Dog ſkol de Hertuger af Pomern Bugislaff og Caſimir, for Stoden blef forſynet med Graver og Volde, ofverfolt Byen, ihielſlooet mænge Borgere, meenendes at forhindre Bygningen men Hertugen af Ryen med Kongens of Danmarck Hielp, roſted ſig derimod og Aar 1211. ere de indfalden udaf Pæne og ligget der ſaa længe til Bygningen blef fuldend. *Locus hanc in rem egregius habetur in allegata ſæpius Vandalia* Kranzziana, *Lib. VII. Cap. 5. p. 151.* Hæc autem tempora memorabilibus rebus ſunt inſignita. Nam anno poſt

Geſta Valdem. Victorioſi per Vandal.

Stralesſunde a Jarimaro juſſu Vald. fundata.

natum Chriſtum MCCIX, Waldemarus, Daniæ Rex, miniſterio Jarimari, principis Rugianorum, fundavit urbem nunc præcipuam Straleſſundenſem: quæ nunc in cæteris urbibus Wandalicis non minima floret opibus &c. quæ unde nomen ſortita ſit, pauliſper intendamus. Danicæ linguæ vocabulum Sund, inſinuat, ejus authorem fuiſſe Danum, aut Danis parentem: Vocant autem Dani anguſtam maris faucem Sund. Nam cum Dania ſit tota inſularis præter Jutiam & Scaniam, quæ ſunt peninſulæ &c. multas eſſe fauces maris faciunt inſulæ ſibi objacentes: inde Otſund, Grunſund &c. Eundem in modum hæc urbs, quam ſcribimus, objacens Rugiæ Wandalorum inſulæ, Strelesſund eſt vocitata, quod proxima inſula Strela diceretur. Nunc detorto, ut fit, pauliſper vocabulo, Stralesſund, appellatur, a proximo mari & inter Rugiam & urbem excurrens ambas dividit. Sic enim Strelesſund quaſi Strelæ faux vocitatur &c. *Pergit Cap. ſeq. 6.* Krantzius. Rex Waldemarus contendit adverſus Duces Pomeraniæ, quos (ut Obotritos) ſuæ voluit parere ditioni: quo expedito, jam omnem maritimam teneret Wandaliam &c. Rex tum aliquot civitatibus in Pomerania captis, & Demyno, nota urbe, inſtaurata, impoſitoque pro tempore præſidio, victorem exercitum reduxit in Daniam. Huitfeldius *pag. 179.* Aaar 1211. foer Konning Valdemar til Pomern og da befæſtede og opbygte hand atter Demmin Slot og Nienborg lod hand nederbryde og ſlæbe. *Idem pag. ſeq. 180.* Anno 1214. lod Kong Voldemar ſine Sendebud beſøge den nye Keyſer Fridericum II &c. begiærendes hans Keyſerlige Stadfæſtelſe paa hvis Lande, ſom hand inde hafde i Lante Venden og udi Nordalbingia, ſom

Nomen Straleſſundæ ex Dan. vocab. Sund & inſula Strela.

Urbes Pomer. a Vald. occupatæ. Arx Demyn. inſtaurata.

Nienburgum deſtruct.

Legatio Wald. II. ad Imp. Frid. II.

laar

laar paa Tydſk Bodem, for hvilcke Landes Skyld Danmarckes Konger nu bruge den Vendyſke og Sclaviſke Konge-Titel, da fornden den Forleening, ſom Kayſer Lotharius gaff Kong Knud, Hertug af Sleswig, at ſkulle hede den Obotriter det er Mecklenborgiſke Konge, foruden ogſaa den Forleening, ſom Kayſer Friderich Barbaroſſa gav Kong Woldemar den 1ſte til Mertz paa de Wendiſke Lande og Nordalbingia. Hvilcken Gave Innocentius Pave confirmerede, foruden ogſaa at Kong Knud den Siette, Kong Woldemar den 2 dens Broder, hafde indtaget Wenden og Nordalbingiam, det er de Lande, ſom ligge norden Elfven, ſom Kayſer Barbaroſſa hafde hannem forundt, gav denne Fridericus II Kong Waldemaro II med alle Churførſters Raad og Samtykke ſaadamt et Breff der paa.

Rationes Tituli Regum Daniæ Vandalici omnes enumeratæ.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinit. Ego Fridericus, Divina favente clementia, Romanor. Rex, ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ, notum facio &c. &c. Hujus rei gratia cum dilecto nobis Domino Waldemaro, Danorum Rege Chriſtianiſſimo, perpetuas & inviolabiles firmavimus amicitias. Eique de conſilio & conſenſu Principum Romani Imperii, pro pace ſui Regni cuſtodienda, & hoſtibus noſtri imperii coërcendis, omnes terminos ultra Eydoram & Albiam, Romano attinentes imperio, quos Rex Canutus multis provocatus injuriis, cum fratre ſuo, jam dicto Waldemaro rege, armis obtinuit & poſſedit; & quicquid in Sclavia Rex Canutus, comparatum paterno ſuoque labore tenuit, Regno ipſius addimus, factumque præſentis Privilegii noſtri authoritate & ſigil-

Bulla Cæſarea, qua Valdemaro confirmatur poſſeſſio Vandal. & Nordalb.

ſigillorum principalium impreſſione confirmamus. Nullus ergo Succeſſorum noſtrorum, vel Principum Romani Imperii, ſuper prædictis, eo quod aliquando Imperio ſubjecti fuerunt, memoratum Dominum Waldemarum Regem dilectiſſimum, armis vel querimoniis inquietet. Quia non ſolum in iſtis, ſed etiam in omni cauſa & neceſſitate, contra omnem perſonam, ſalva ſedis Apoſtolicæ reverentia, ſic ei ſemper adeſſe ſtatuimus, ſicut eum nobis & noſtris negotiis affuturum non dubitamus. Hujus rei teſtes ſunt.

Sigfridus, Mogunt. Archiep. & ſedis Apoſt. Legatus.
Theodoricus, Trevirenſ. Archiep.
Conradus, Metenſ. & Spirenſ. Epiſc. & Imperial. aulæ Cancellar.
Otho, Wirtzburgenſis Epiſcopus.
Othecharus, Rex Bohemiæ.

(L. S.)

Ludovicus, Dux Bavariæ.
Leopoldus Dux Auſtriæ.
Theodoricus, Marchio Miſnenſis & Orient. Marchio.
Theobaldus, Dux Lotharin.
Ottho, Dux de Meran.
Albertus, Comes de Eberſtein.

Datum apud Mezios, Anno Dominicæ incarnationis MCCXIV. per manus Domini Conradi Metenſis & Spirenſis Epiſcopi, Imperialis Aulæ Cancellarii.

Jo. Iſaac. Pontanus, *Hiſtor. Dan. libr. VI. p. 296. ſequ. quæ foris geſſit Valdemarus, proſequitur, unde ſequentia nos excerpenda duximus :* Menſe Sextili, *inquit* (*ſc. An. MCCIII.*) magno cum procerum atque aulicorum comitatu Lubecam profectus, poſt-

quam

quam ab omnibus ſumma ſimiliter veneratione eſſet. exceptus, ei tandem ut Vagriæ ac Nordalbingiæ Domino, obſequium ac fidem polliciti Lubecenſes verbis conceptis Sacramentum dixere. (*Idem fratri & antecesſori Canuto, præcedenti anno præſtitiſſe Lubecenſes ſuperiori pagina 295. tradiderat.*) Evocati eodem tempore Lubecam Hamburgenſes ac Rugiæ principes, tum & Pomerani & Megapolitani Dynaſtæ, nec non Comites Suerinenſis ac Ratzeburgenſis &c. qui ſimiliter Voldemarum, Nordalbingiæ Dominum, ut Dominum ſuum ac Regem ſolemni inauguratione declararunt. Ipſe deinde terrarum earundem proregem renunciavit Orlemundæ Comitem Albertum. Eique, ut ſe abſente, dicto audientes eſſent omnes, ſerio mandavit. Lubecæ autem, quæ acropolis erat, & velut caput Vagriæ &c. arcem ac propugnaculum conſtituit: Idque Danicis præſidiis muniri curavit. Cumque has oras jam omnes ſuo Imperio ſubjectas teneret, turpe putavit, ſolum Lauenburgum, ut inexpugnabile, præteriri. Itaque vires ſuas eo convertit univerſas, quod & ſibi id jure quoque deberi exiſtimaret, præſertim cum Adolphum ipſum, qui injuſte illud olim Leoni ereptum poſſediſſet, haberet in vinculis. (*ſub Canuto captivum factum*) Et jam præterea conjugem duxiſſet, ejusdem Leonis filiam &c. Itaque obſeſſo ſummis conatibus Lauenburgo, omnia quæ potuit machinamenta atque aſtus oppugnationum adhibuit. Sed præcipue commeatuum interceptione ita eos fatigavit, ut deſperarent poſtremo de arcis ulteriore defenſione &c. Quapropter ſignificabant Valdemaro, conſtituiſſe ſe arcem ei tradere, modo Adolphum viciſſim e carcere ac ſqualore dimitteret, ac ſibi ſervatis bonis ac ſupellectile, quo liberet, abeundi poteſtatem concederet,

Lubecenſes Valdem. II. homagium præſtant.

Ut & Hamburgenſes &c.

Lauenburgum a Vald. II. obſeſſ. & occupat.

net &c. &c. Hoc pacto traditum Valdemaro Lauvenburgum, emiſſusque e carcere Adolphus in Comitatum ſuum veterem Scouvenburgenſem &c. *Pag. 298.* Poſt hæc exorta inter Regem Valdemarum & Comites Gunzelinum, ejusque fratrem, Henricum Suerinenſem, ſimultas quædam, occaſione viri nobilis, cui Johanni nomen erat, ex familia Ganſiorum, qui hodieque ſatrapæ Potlatſienſes dicti, oriundo. Hunc non modo ditionibus ſuis illi exegerant, ſed arcem quoque, quam poſſidebat, Grabo dictam, eidem ereptam, ſuæ fecerant poteſtatis. Itaque extorris ille in Daniam, ad Regem Valdemarum, cui erat uterque Comitum jure clientelari obſtrictus, confugiens, querebatur, hanc ſibi ab illis, ob id illatam injuriam, quod ſe Regi ſemper obſequio ac fide deditum declaraſſet. Quocirca Valdemarus collectis extemplo copiis, quibus Albertum Orlemundanum præfecit, eas ultra Albim in Comitatus jam dictos effudit. Ubi dum igne ac ferro graſſantur, tandem captis ac ſolo dirutis Ertenburgo ac Bytzeburgo caſtellis, opimis cum ſpoliis domum redierunt. *Poſtea circa ann. MCCXIV. pag. 303.* Emiſerat paulo ante in Balthicum mare claſſem Valdemarus: hæc oras Pomeraniæ maritimas undique infeſtas habens, ac tandem Stetino in Regis poteſtatem redacto, præter alia aliquot caſtella, propugnaculum etiam occupat, quod ibi extructum habebat Marchio Brandenburgicus, Mutenum appellabant. Sverinenſium etiam Comites ſuo ſuorumque nomine ſolenniter facto ſacramento declararunt, ſe, ubicunque occaſio aut res regni poſtularet, præter juſtum peditum numerum, equites ſexaginta in auxilium Regi ſuffecturos. *Deinde excitum tradit regno cum copiis Valdemarum, averſurum, ne Valdemarus Epiſcopus olim*

Caſtellum Mutenum a Vald. occupatum.

Sleſ-

Sleſvicenſis, homo turbulentus & Regi inviſus, contra datam, cum e carcere dimitteretur, fidem, ea ſemper ſe loca vitaturum, ubi Regi ſuſpectus eſſe poſſet, Archiepiſcopatu, ad quod nonnullorum ſuffragiis electus erat, Bremenſi, ope inprimis Othonis anathematizati relegatique Imperatoris, potiretur. Pag. 304. Valdemarum etiam Regem haud leviter uſſit, epiſcopum ſibi vatiniano quodam odio inimicum, jam denuo huc usque provectum, ut eum & viribus & vicinitate loci formidabilem haberet. Itaque collecta quam primum claſſe Albim ingreditur, ac Stadenſibus, quod & illi dato juramento Valdemarum epiſcopum recepiſſent, obſidionem intentat. Verum Henricus Palatinus, Othonis, ut diximus, frater, latis in adverſum ſuppetiis, obſidionem impediit. Unde & Otho Imperator, capta hinc opportunitate, jam ſibi datam occaſionem exiſtimabat, Daniam bello aggredi, præſertim, cum epiſcopum Valdemarum, quem defendendum ſuſceperat, impeti a Rege Valdemaro videret &c. Othonis ſoror, quæ Regi Valdemaro fuerat nupta, fatis jam conceſſerat, adeo ut affinitas videretur extincta. Nec penſi faciebat vetera Regis Valdemari beneficia, & toties Othoni, dum adverſus Philippum Imp. belligerat, præſtita ſubſidia, opesque ac copias miſſas, ac tandem Philippo profligatus inque Daniam profugus, quam etiam tum a Valdemaro benigne ſuſceptus, ac claſſe ut in Angliam trajiceret, opportune adjutus fuerit. Nihil inquam horum recordabatur Otho, ſed manu quam potuit, maxima comparata Hamburgo exercitum admovit. Cui & ſuas conjunxerat copias frater ejus Henricus Palatinus, & Marchio Brandenburgicus Albertus, una cum epiſcopo Valdemaro. Hamburgenſes, non diu tolerata obſidione, licet haud ignorarent, in procinctu

Obſidio Stadenſibus, Valdem. II. intentata.

Merita Valdem. in Othonem IV. Imperat.

ctu jam eſſe ad ſolvendam obſidionem Valdemarum, urbem Othoni permittunt, quamvis ipſe, utpote a Pontifice proſcriptus, haud diu intra mœnia ſubſiſtendum ſibi exiſtimavit, præſertim cum non tantum ipſe Cæſar Fredericus II, qui in ejus erat locum ſurrogatus, ipſum perſequeretur, ſed etiam, quia adventare jam Valdemarum Regem cum exercitu 60 millium (alii 40000.) probe armatorum virorum acceperat. Relicto itaque intra urbem valido præſidio, ipſemet præpropere portis exceſſit. Et mox imperio ſua ſponte ſe abdicavit &c. &c. *Pag. 305.* Anno vero, qui proxime ſecutus eſt, decimo quinto, ſupra milleſimum ducenteſimum, cum jam gelu eſſet induratus Albis, repetiit cum expedito exercitu Stormarios Rex Valdemarus. Ac primum Stadæ oppidum ingreſſus, inde caſtris promotis, Saxoniam inferiorem pervadens, quicquid terrarum ad Henricum Palatinum pertinere cognoſcebat, diripit ac vaſtat. Ac mox, priusquam flumen gelu ſolveretur, verſo procinctu, omnes ſuas vires in Hamburgenſes convertit. Sed illi cum minus, quam ante, ad deditionem faciles viderentur, & arma in adverſum oſtenderent, exſtructis ab utraque urbis parte propugnaculis, commeatum eis undiquaque intercluſit. Harum munitionum, quarum alteram ipſe Rex, alteram conſtituerat Albertus Orlemundanus, qui Regis nomine Holſatiæ totius præfecturam gerebat, hodieque adhuc circa Scipsbecam ſpectabantur veſtigia. Ac tandem Hamburgenſes, poſtquam omnia feciſſent & jam inedia plebem urgeret &c. Valdemaro ſe dedunt. *Et multis interjectis pag. 309. poſt enumeratos ex MSSto membran. Nicolai Bilde, qui indies ad Valdemarum Regem, ex provinciis, quos ſibi ſubditas tenebat, reſerebantur, proventus.* Quæ vel ideo memoratu hic digna

Otho Cæſar. metu Valdemari Hamburgum relinquit.

Saxonia a Valdem. direpta.

Veſtig. munitionis ad Hamburg. a Vald. excitati.

digna ſunt, ut intelligatur, ad hoc usque temporis & Regem & Regnum florentiſſimum fuiſſe, qui dilatatis territoriorum ſuorum pomoeriis, Churlandos, Æſtios, Livonos, Boruſſos & Megapolitanos, præter Nordalbingiæ univerſum diſtrictum, ipſosque Holſatos, Stormarios, Dithmarſios, clarasque urbes Lubecam & Hamburgum, ſuis tractibus adjecerit. Qui Cæſarem Othonem, ut ſupra notatum, terga dare & Nordalbingiæ excedere coëgerit, quemque vicini principes, licet potentiſſimi, non tantum ut bellicoſum formidabant, ſed ut victorioſi jam nomen apud gentes omnes tot felicibus trophæis meritum, & obſervabant & reverebantur. Ac nunc anno poſt milleſimum ducenteſimum vigeſimo tertio, verſis fatis, retro relabi cuncta coeperunt. Quarum calamitatum haud fallax nuncius etiam cœlum fuit. Nam per Auguſtum menſem anni ſuperioris, terribile ſidus, cujusmodi Cometam vocant, ad ſeptentrionem ſpectandum ſe præbuerat, quaſi fecialis ac caduceator, quæ ſecuta ſunt, mala præcurrens. Eorumque occaſio non uno modo ab authoribus memoratur. Crantzius ait, Zuerini Comitem Henricum gratiæ & reconciliationis cum Rege ineundæ avidum, in Daniam fide publica accepta conceſſiſſe: Ac ei cum conditiones duriores Rex proponit, conſilium de Rege clam abducendo cepiſſe: & mox capto, ſub ſerum diei tempore, dum Regiæ excubiæ, utpote domi, & ab hoſte nihil hoſtile metuentes, ſolutius agunt, aut more gentis, poculis vacant, Regem forte fortuna e venatu venientem, acceſſiſſe, ſalutaſſeque humaniter, ac tandem in tentorium, quod ibi ſub dio habebatur, feſſum ac ſomnolentum deduxiſſe: & mox parata ad hoc navi, aſſumtisque ex ſuo comitatu viris armatis, papilionem ingreſſum, ac Regem ore oc-

Florentiſſimus Imperii Danici ſtatus ſub Vald. II.

occluſo ad navigium, quod proximo littore in anchoris ſtabat, vinctum deportaſſe: ac ſtatim datis vento velis, in Germaniam appuliſſe, atque ibi expoſitum Regem, moxque in arcem ſuam Danebergam productum, carceri mancipaſſe. Vitfeldius, quo authore, domeſtico, an extraneo, non addit, ſed aliter multo, occaſionem hujus infortunii denarrat &c. Ille primam mali cauſam in adulterium Regis rejicit, Valdemarum nimirum a Comite Zuerinenſi Henrico, cum is in Palæſtinam voti & religionis ergo abiret, tutelæ ſuæ commendatam accepiſſe & conjugem & ditiones ejusdem: atque ea occaſione defuncta, jam Berengaria & abſente Henrico, conſueviſſe cum uxore ejus. Idque reverſum mox ad ſuos Henricum ubi intellexiſſet, ſubticuiſſe quidem, ſed iſtud ulciſcendi ſui conſilium haud multo poſt agitaſſe: atque ideo accepta a Rege liberi acceſſus ac reditus fide, unica cum navi in Daniæ inſulas proximas, ubi tum vacationi Rex vacabat, profectum, atque ibi cum filio Valdemaro, eum in modum, ut ante eſt memoratum, Regem cepiſſe, ac vinctum abduxiſſe in arcem Dannebergicam. Ita fere Vitfeldius. Quamvis Abbas Stadenſis Albertus, qui eo ævo ſuperſtes claruit, eadem plane cum Crantzio, aut potius cum Abbate Crantzius commemoret. Erici Regis Chronicon arcem, in quam deductus, non Dannebergam, ſed Zuerinium, nominat. Et illud de Regis etiam filio habet, quod nec apud Stadenſem, neque apud Crantzium reperias. Inſula vero, in qua captus Rex Lythoë eidem Erico dicitur &c. Addam his threnum ſive næniam potius, ſuper eadem hac Regum captivitate, eodem illo ævo Latine ſcriptam &c.

Captivitas Vald. II. Dan. Regis in arce Daneberga.

Plan-

Plange primatus Dacie, quondam clarus in acie
Sed nunc tua militia, vili torpet pigritia,
Rex tuus furtim tollitur, ſævus hoſtis extollitur?
&c. &c. &c.

Exſtat & ſimilis monodia, ſed vernaculis rhythmis in libello, Danicas ejusmodi cantiones vetuſtiſſimas perplures complectente, quem dedit aliquando V. cl. Andreas Vellejus &c. Quod autem eadem illa monodia octennio detentum in cuſtodia Regem videatur innui, non convenit cum relatis chronologorum, qui uno omnes ore triennium tantum agnoſcunt &c. *Et poſt nonnulla de liberatione Regis ita habet p. 312.* Itaque eorum (*ſc. Alberti Ducis Saxoniæ, aliorumque Germaniæ principum*) opera, talis poſtremo inter Regem & Comitem compoſitio inſtituta, ut ipſe filiusque ejus liberi dimitterentur, perſolutis XLV marcarum argenti millibus, exceptis cimeliis aliisque ornamentis pretioſis, quæ in amicos & arbitros fuerunt erogata: quorum etiam ſumma tria millia marcarum argenti puri exceſſiſſe putatur, exceptis etiam hic commeatuum ac victus impendiis, quæ & ipſa priorem fere ſummam æquaverint. Ad ædem Itzoenſem reſtaurandam, quæ ab eo, dum bellum gereretur, fuerat fœdata uſtulataque, ut XXX argenti marcas conferret, ſimul aſſenſum eſt. Quorum univerſa ſumma dictis principibus reddenda decernebatur, manerentque interea, dum ea conficeretur, obſidum loco ex filiis Regis duo. Quin & ipſe ejusque filius, facto ſacramento, ſancte polliceri tenebantur, ſe haud unquam captivitatem ſuam vindicaturos &c. Atque ita dimiſſus una cum filio Valdemarus, anno a Chriſto nato MCCXXVI, die, qui divo Thomæ ſacer habebatur &c. *De infauſto, quod Valdemarus,*

Redemptio Valdemar. II ex captivitate.

marus, extorto Sacramento ab Innocentio III. pontifice ſolutus, cum Lubecenſibus, qui contra datam ipſi quondam homagii fidem, Imperio jam acceſſerant, ad Bornehoved geſſit prælio, ut & qua via ſub hoc Rege Hamburgenſes, Alberto Orlemundano, cui Rex clientelari tantum beneficio urbem conceſſerat, quod ejus non erat, vendente, primo libertatem adepti ſint, in ſequentibus tractat Pontanus, *quo Lectorem remittimus.*

Lubecenſes & Hamburgenſes ab Holſatiæ Comitibus deficiunt, Imperio adhærentes.

§. 16. *Ericum V. cognomento Plogpenning, adhuc Daniæ tantum electum Principem, Imperatoria dignitati ab Innocentio IV, Pontifice, & qui cum ipſo contra Cæſarem Fridericum II faciebant, Principibus deſtinatum fuiſſe, hic quoque oportebit meminiſſe:* Pontanus, *Hiſt. Dan. libr. VII. p. 328.* Poſthæc Concilium Lugduni in Galliis celebravit Innocentius IV, convocatis ad id præter cæteros Chriſtiani orbis Dynaſtas ac principes, Erico Rege, omnibusque Regni Epiſcopis &c. *Et multis interjectis:* Abrogata imperatoria Friderico dignitas, & Erico Danorum Regi, ſi Lugdunum adveniſſet, auxilio Regis Galliarum & Sanſeverinatum principum, quos ſibi faventes Innocentius habebat, quod antea conſtituerat Gregorius, Cæſareum tum diadema impoſitum fuiſſet. Nam, ut patet ex actis illius temporis, Gregorius, Innocentii poſt Cœleſtinum, qui paucis diebus ſuperfuit, prædeceſſor, operam jam ante dederat, ut in partes ſuas attractis validiſſimis gentibus Bohemicis, Theutonis, Slavis, Danis, Ungaris, inhærentem Italiæ Fredericum removeret, atque ei cum tota proſapia honoribus ſpoliato, alium aliunde ſuperinduceret. Unde & Budeviſii, quod oppidum eſt Bohemiæ atque inde Libuſſæ facto conventu,

Ericus V Dan. Rex, Dignitati Imperatoriæ a Papa & Galliarum Rege &c. deſtinatus.

Ericus, ſi ad Concilium Lugdunenſe veniſſet, Cæſareo haud dubie potitus eſſet diademate.

conjurati ejus frequentes adfuere, ut Ericum, tum Daniæ electum principem, rebus imponerent. Sed pater Valdemarus, videns partium ac principum ſtudia, filium ab incepto revocavit. Atque ita molitiones iſtæ univerſæ in fumum abierunt &c.

Pater Valdemarus filium ab incepto revocat.

§. 17. *Obſervatur jam nobis Erici VII, cognomento Menvedii, Daniæ Regis, cum Roſtochienſibus negotium, de quo audiendus* Albertus Krantzius, *Vandal. libr. VII. Cap. 45. p. 173.* Interim Albertus, Brandenburgenſis Marchio, oppugnabat Dominum de Roſtochio, eo, quod filiam jam deſponſatam contempſerit, acceperitque conjugem relictam Buggislai, principis de Wolgaſto &c. Sed cum ille armis contemptum ſuum vindicare conſtituiſſet, dominus de Roſtockio Regi ſubjecit ſe Danorum, ut ejus defenſione tutior eſſet. Ericus Rex rem tantam non levipendit: ſed exercitum miſit mare, quem oppoſuit Marchioni. Aliquot excurſionibus præliatum eſt: ſed facile res ad compoſitionem, ubi majores ex adverſo eluxere vires, permanſitque principatus aliquamdiu in ſubjectione. *Et Cap. 49. p. 176.* Per eadem tempora cum Otto, Brandenburgenſis Marchio, bellum in Wandalos perſeveranter ageret, arcemque a fratre inchoatam perfeciſſet, domum reverſus, diem ſuum & ille obiit. Joannes autem filium reliquerat parvulum. Sed Waldemarus, amborum frater germanus, ſubiit gubernacula, nepotem ex fratre enutriens. Is rem ſuper concordia & fœdere cum Rege Danorum Erico, ab Ottone fratre inchoatam implevit, veniens cum ſplendore multo ad oppidum Roſtockium. Sed cum neque Rex a mari neque Marchio a terra ſineretur urbem ingredi, quod vererentur cives opprimi ſuam libertatem, in vicino urbi

Urbs Roſtochienſis Erico VII. Dan. Regi, ſubjecta, & cætera hujus Regis per German. geſta.

Dominus de Roſtoch Regi Dan. ſe ſubjicit.

Ericus Rex Dan. tuetur Dom. de Roſtoch.

Roſtochienſes Regi urbem claudunt.

loco (roſarium vocant) tetenderunt, ibique rem curialem multo ſplendore peregerunt, creatis a Rege militibus, quod erat conſtitutum, & donariis largiſſime per omnes gradus nobilitatis diſtributis. Eam tamen rem ab urbicis diffidenter Regi, cui ſuberant, impoſitam, per ſuſpicionem opprimendæ libertatis, poſtea (quod ſuo loco dicemus,) rex magnifice in Roſtockienſes vindicavit &c. *Cap. 50.* Henricus dominus de Magnopoli, filius captivi, quum jam ſecunda vota iniret, &c. nuptialem ſolemnitatem in ſua urbe Wismaria conſtituit peragere. Sed cives exemplo Roſtockenſium ſe in eam proterviam erexere, ut portas ſeratas haberent &c. Indignatus ille &c. oppugnavit urbem terra marique &c. Rex Daniæ Ericus armatam illi miſit claſſem, ut arceret a mari. Sed vicinæ urbes, ſuam perinde cauſam arbitrantes vicinum incendium, armarunt illæ quoque naves, ut Regiis occurrerent, & variis caſibus ſunt conflictatæ &c. Quum vero Danorum Rex ſcriberet Roſtockenſibus, ut ſub obtentu gratiæ ſuæ, & ſub amiſſione bonorum omnium, quæ in Regno tenerent, Henrico principi parerent ad omnia, portas & munitiones non claudentes, quem ille faceret tutorem Roſtockenſem. Subjecit enim ille ſe principatus Regi, ut tutus eſſet a vicinis. Ea res conſternabat Wismarienſes &c. &c. Rex Daniæ Ericus jam ob ſimilem cauſam Roſtockenſibus hoſtilia & periculum capitis nunciavit, cum omnibus principibus, qui ſuperiori anno ad ejus urbis viciniam Regis curiam honeſtabant. *Cap. 51.* Huic Regi Henricus ſe conjunxit, ſocietatem ingens belli, quod a mari (in quo Rex dominaretur) potiſſimum poſſint urgeri. Primum ergo principes junctis armis ducunt in Roſtockium. Rex quidem tonabat a mari:

Claſſis Danica adverſus Wismarienſes miſſa.

Roſtochium a Rege &c. obſeſſ.

Mar-

Marchio cum vicinis principibus perurgebat a terra. Obſidionem cives levipendere, quamdiu portam haberent a mari patentem. Eam viam interclusuri Principes, ad oſtium Wernoviæ caſtra movent: ibi ad utramque ripam firmant præſidia &c. Sed Ericus Rex Danorum, proxima æſtate adnavigans cum apparatu bellico, ad oſtium Wernoviæ ſeſe collocabat: turrim oppugnans machinis & petrariis, facile expugnat: auctaque munitione, quatuor per totidem angulos, præſidia collocat: foſſatis profundiſſimis vallisque communivit, ut ab inſultatione ſecuri ſint urbicorum. Et impoſita valida manu, quæ tutandis ſatis eſſet, commeatuque & armis impleta munitione, reduxit claſſem in regnum &c. Cives demum, miſſis ad Danorum Regem nunciis, gratiam ejus implorant, quando regnis ejus ad faciendum quæſtum carere haud poterant. Sed proderit ipſa ab origine explicare. *Cap.* 52. Quum per eam ætatem Nicolaus, cognomento Puer, dominio Roſtockenſi præeſſet, & jam circumſpiciens conthoralem, ſponſam primam comitis de Lindow repudiaſſet, & alteram (quæ filia eſſet Alberti Marchionis) non accepiſſet, &c. Marchio cum Comite contemptum ſui armis vindicavere. Placati tamen ære, & impoſito terræ tributo, reduxerunt exercitum. Sed quum tæderet tributorum, ſumpſere conſilium, ut Nicolaus cum ſuis ſe ſubjiceret Erico, Danorum Regi, ad defenſionem, ſimul ut ſecuri eſſent ab Henrico Magnopolenſi &c. Ea tum cauſa eſſe poterat, ut urbem Roſtockenſem jam ſubditam, non premeret Rex tam magno nobilitatis & principum conventu, ſed pro temporum ratione, in ſolſtitio æſtivali mallet celebrare in tentoriis &c. & curiam inſtrueret. Sed tum infenſus erat Rex Roſtockenſibus, quod bello Wiſmarienſi literis ejus non paruiſ-

Turris Wernoviana a Rege expugnata.

Roſtochienſes veniam implorant.

ſent, ſed vicinis tuliſſent ſuppetias. Ergo movet Rex in illos, ea molitus cum Henrico Magnopolenſi, quæ proxime diximus. Sed tum ſe immiſcuerunt majora mala. Nam tumultuati cives, peſſimo conſilio diſceſſerunt a Rege, cui eſſent ſacramentis addicti: & Nicolaum Dominum ſuum duxere in prætorium, ut de ſublimi ſuſcipiat civium ſuorum in foro ſtantium ſacramenta. Quid, inquiunt, opus eſt ſervire extraneo, quando legitimum principem habemus in medio? Refragati ſunt, quoad poterant, Viri conſulares, proſpicientes futurum: ſed raptabantur inviti, ut nolentes volentes facerent, quod cæteri, niſi protinus mori mallent. Inde facta eſt oppugnatio munitionum in Wernemunde: & reparavere munitiſſimam (ut putavere) turrim ex lateribus demolitæ turris, ad ædes Divi Petri, & quotquot undecunque corradere poterant, navibusque circumpoſitis cum armatura, communierant. Rex ubi audivit, vocat ad arma principes ſui fœderis, ut univerſi in diem Johannis ad ſolſtitium, in ſabulum maris Balthici, ad Wernoviam armati aſſiſtant: miſit ille validam in claſſe manum. Venere cæteri, & in primis Henricus Magnopolenſis. Ibi primum fame pugnandum erat: pro magnitudine enim munitionis, non facile poterat expugnari. Tribus fere menſibus durabat oppugnatio: quum interim fame laborarent, fecere deditionem. Tum clamor in urbe oritur, Senatum proditione reum occulte ſentire cum Rege, juſſu ejus traditam munitionem. Mox capiuntur, domus deprædantur, confiſcantur bona, gladiis & rotis ſæviunt in captos &c. Interim urbs oppugnatur. Multa fiunt levia prælia, nihil magni geritur. Sed ex promiſſo ære, res quietatur. Dum hæc aguntur ad Roſtochium, Jutiæ proceres pro ſua con-

Roſtochienſes deficiunt a Rege.

Rex adverſus Roſtochienſes movet.

Deditio urbis Roſtochienſis.

conſvetudine conſpirant in Regem &c. *Cap. 53.* Interim ejecti conſules, egerunt apud Henricum Dominum de Magnopoli, ut quoniam vicarium illum Rex fecerit in terram Roſtochenſem, juſtitiam illis impartiretur &c. Audit ille juſtas preces, & commonefacit, efficiant ope intus amicorum, ut porta una, nocte illi pateat, venturum cum armis, ut violentos compeſcat. Obſervant occaſionem, quum portæ Sancti Johannis cuſtos abeſſet &c. Venit in veſperum clauſis portis vir militaris, nuncians ſtare ad portam duos currus, ſubvehendo commeatui in Dobran principi, ne qua mora fieret expectanti, aperiretur. Qui claves ſervavit, nihil ſuſpicatus, mandat ſervo, curet, ut currus inducantur. Introeuntes rotam dilabi curavere, ut ſtaret reſerata. Aderant equites peditesque, qui urgerent ingreſſum, & jam emenſi dimidium itineris, ad forum ſe in ordinem contulerunt pugnaturi. Cives ad arma conclamant &c. Crevit ad portam pugnantium multitudo &c. Pugnatur utrinque acriter: & jam Princeps propinquabat. Sed & majores in urbe excitati, interpoſita publica fide, ſciſcitantur ex iis, qui venerant, quid peterent, quid ageretur &c. Reſponſum eſt de parte principis, veniſſe ſe Regio mandato, ut juſtitiam redderet cuique pro ſuo jure, etiam ſi id poſcerent, Lubicenſi. Henricus Runge, aſcenſo curro carbonario, civibus edicit, veniſſe principem, ut ſine armis, ſine ſanguine juſtitiam redderet, quam nemo bonus recuſaret &c. Ita rebus quietatis, Henricus pro Rege ſolus omnia adminiſtrat, quod portum maris cum præſidio, regii & marchionum manus & ipſe Henricus junctis viribus tenerent.

Henricus Megapol. Regis nomine Roſtochium tenet.

Haraldus Huitfeldius, *Part. II. Chron. Dan. in fol. pag. 316.*

Paa diſſe Tide haffde Nicolaus eller Claus Herre af Verle, troloffuet ſig Margreffue Otho oc Conrads Søſter af Brandenborg, ſiden ſløg hand Hale i Vand med hende, ſom man ſiger. Dette tyckte forneffnde Marggreffue og fleere hendes Venner, dem en ſtoer Spot at være oc vilde det heffne. Af ſaadan Frygt ſaa og for at de Roſtocker altid vaar hannem ic lydig, oc opſætſke fore, gaff Nicolaus aff Verle ſig under Kong Erich aff Danmarck, reſignerede Roſtocker Forheed og Land til hannem, ſom den der hafde Dominium urbis og tog igien en Summa Pendinge og Gode i Danmarck, thi begaff Kong Erich ſig med en Krigsmact udi Wenden, at antage de Roſtocker, oc andre Stæder, hannem oc hans Vaſaller vaare opdragne oc ellers forvend faare, at bekreffte, ſom hans Forfædre aatte, da bygdes Danſkborrig, til Vernow oc fornefnde Slot med Taarn Volde og Skantzer er befeſtet, at hand der af kunde holde Roſtocker Bye udi Tvang, forhindre, til føre oc aff føre. *Et pag. 318.* Den Tid de Roſtocker nu ſaae dennem af ſlige oc ſaa mectige Fiender at trænges oc deres Hafn og Indſegling at være forſperret gaffde dennem oc ſuore Kong Erich Huldſkab og Lidelſe oc hand forlente Hertug Henrich aff Meckelnborg med Roſtock. Hertug Henrich aff Meckelnborg bekiender udi ſit obne Breff, at hand haffuer Slot, Feſter, Gods, Forleninge, Sagefaldi Forlæning aff Kongen ſom hans Procurator, ikke aff nogen Tarel eller Pant, beplictendes ſig og ſine Arffvinge, naar det fordres aff hannem, ſkal hand igien antvorde

Danoburgum extruitur.

vorde Lante Roſtock Kongen oc hans Arfvinger efftèr det Forlænings Brev hannem er givet. *Et pag. 351.* Udi Aaar 1311. haſde Kong Erich ladet forſkrive it ſtoert Hoff af fremmede Førſter og Herrer, at ſkalle møde hannem til Roſtock, hvor hand actet at holde Dyſtrenden, Srecken og Brecken, effter den Tids Leylighed. Did kom 20. førſtelige Perſoner Margreffue Johan oc Woldemar aff Brandeborg, de Slaviſke Førſter oc Herrer, men Borgerne Fryctendes deres Friheder, vilde ikke haſve dem udi Roſtock, hvorfaare hand nøddis til med forneffnde Førſter, at bygge ſig Tielt, Pauluner oc Træhuus aff Fiæle ꝛc. Der bleff nogle Dage holden ſtoert Ridder-Spill, med nogen Forœring, ſom bleff udbyt, til den dergiorde det bedſte, Skrancken vaar ſlagen udi Roſenhaffue. Marggreff Woldemar oc Hertug Chriſtopher bleffue giorde til Riddere: ſammeſteds vaar forſamlede ved 948 Riddere, oc 489 aff ny ſlagne. Tilfœrnig at holde diße fremmede Herrer oc Folck med, ſkeede baade af Danmarck og Roſtock oc andenſted: For dette Hof mod oc Spot Skyld, at de Roſtocker luckte Byen for deres egen Herre, Forbant Kong Erich ſig med Marggreff Woldemar oc de andre Herrer imod de Roſtocker ꝛc. ꝛc. *Pag. 355.* Udi dette Aar (1311.) faldt de aff Roſtock ud oc indtoge Wernow oc det Slot Danſkeborg, ſom Kong Erich Aaar 1301. haffde der bygd, forjagede Her Stiels Oluff ſøn hans Hoffnitzmand, underbrød Slaattet og Kircken, oc bygde der et faſt Taarn aff Muur, ſom Lycten nu

Haſtiludia magnifica ad Roſtochium ab Erico Rege inſtituta.

Equites 948 congregati & 489 creati.

Danoburgum a Roſtochienſib. deſtruit.

nu ſtaaer, hvor fore Kong Erich oc for den forige Spot ꝛc. bleff meere fortørnet end tilforne, oc forbandt ſig med adſkillige Førſter og Herrer paa deres Verſte. *Pag. 356. habentur literæ Henrici Megapolitani, quibus ſe profitetur Urbis Roſtockienſis Procuratorem & Capitaneum Regium hunc in modum:*

Litteræ Henrici Megapol. queis ſe urbis Roſtochienſ. Capitaneum Regium profitetur.

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus, Henricus, Dei gratia, Dominus Megapolenſis & Stargardiæ, ſalutem &c. Noverint univerſi, quod recognoſcimus in his ſcriptis, nos munitiones & terras in Dominio Roſtochienſi, magnifico Principi, Domino Erico, Regi Daciæ attinentes, quas nobis cum attinentiis de iisdem provenientibus, ad præſens conceſſive commiſſerat, ab eodem tanquam procuratorem ſuum & Capitaneum, ſuo nomine in eisdem conceſſive tenere &c. Promittentes bona fide, quod eidem Domino Regi ipſas munitiones & terras omnes &c. quandocunque per ipſum requiſiti fuerimus, debeamus reſtituere &c. &c. Dat. Nakſchoff Anno Domini MCCCXI. feria 2. proxima ante nativit. beatæ Virginis. *Pag. 357.* Ved diſſe Tide lod hand (Kong Erich) publicere hvad Beſkyldninger hand haffde imod de Roſtocker ſaaledes: De have med magt draget vore Rebnitze Borgere til deres Tydſke Rett oc haffuer ſelv dømt over dem effter deres eget Tykke ꝛc. ꝛc. ꝛc. *prolixa injuriarum enumeratione. De novo extra Roſtochium Daneburgo p. 362.* Nogen Tid lang effter at forneffnde Førſter hafde ligget for Wernow oc for Roſtock, finge de det Taarn ind for Wernow, ſom var bygt af Steen paa nye af de Roſtocker: De lod ſtrax opkaſte en

Rex illatas ſibi a Roſtochienſibus injurias vulgari fecit.

nye

nye Fæſtning ſammeſteds, bygde der try Taarne oc dennem trindt omkring forſørget de med Vold oc Graffuer. Udi det eene laar Kongens Folck, udi det andet de Marggreffiſke, udi det tredie den Herre aff Mekelnborg, oc de Slaver. Denne Fæſtning blev kaldet ſom den forrige Danſkeborg, oc vaar bygd paa det Sted ſom Danſkeborg vaar tilforne. *Et pag. 363.* Aaar 1312. feria 6. poſt Luciæ haffuer Borgemeſtere oc Menigheden til Roſtock udgiffnet deres Breff ꝛc. At de ſkal tiene Her Henrich aff Meckelnborg paa Kongens af Danmarck Vegne, de haffue giort hannem Troſkabs Eed ikke her effter at ſætte dennem op imod ham, men ſkal beviiſe dem ſom tro underſaatte ꝛc. *De juramento fidelitatis Regi huic ab Ottone Sclavorum ac Caſſubiorum Duce Dominoque Stetini tanquam Vaſallo, præſtito loquitur* Huitfeldius *p. 359.* Aar 1312. feria 4. infra Octavam Apoſtolorum Petri & Pauli, giorde Hertug Otto, Hertug udi Slaven, Caſſuben, Herre til Stetin, hans Herre og Konge ſin Troſkabs Eed oc Plict, at hand ſkulde tiene hannem imod hvem det vaar, undertagendes Hertug Woldemar aff Brandenborg, baade paa hin og denne Side Vandet, det er i Tydſkland oc i Danmarck med 50. Mand ꝛc. Dat. ad Vernemunde. *De eodem Rege obſervandum, quod docet* Huitfeldius *ſuper. p. 312. receptum fuiſſe eum per quatuordecim annos a Lubecenſibus in Urbis ſuæ Protectorem,* (Skytzherre,) *reddita quotannis 750. marcarum Lubecenſium penſione. De expeditione Erici Menvedii ad tuendos Rugianos,* Huitfeldius *p. 371.* Paa diße Tider vaar der Krig og Ueenighed imellem

Danoburgum a Danis reſtitutum.

Roſtochienſes Henrico, Vicario regio, homagio obligati.

Juramentum fidel. Regi Erico ab Ottone Sclavor. &c. Duce præſtitum.

Rex Ericus Menued per 14 an. Urbis Lubecenſ. Protector.

 lem

lem Hertug Vizlaff aff Ryen og dem til Strolſund: de faldt paa Lante-Ryen, ſkende og brende der ꝛc. Konning Erich og Her Henrich aff Meckelnborg hialp dem aff Ryen ꝛc. *Et pag. 372.* Tilforn berettet er, at Kong Erich haffde forlant Hertug Vizlaff med Lante Loiſitz, ſaa oplod hand nu til Kong Erich forneffnde Lante Loiſitz igien og lydde Brevet, at Hertug Vizlaff Førſte af Ryen oplod hannem ſamme Tid det Slot Loiſitz med alt Herſkab ꝛc. og haffuer hand det antvordet udi Hænder Konning Erich, lige ſom hand og hans Forfædre friligen hafde nydt forſkrevne Gods af Kongerne i Dannemarck, med Fuld Fane-Læns Ret, ikke kiendendes nogen anden verdslig Herre end hannem ꝛc. Hand oplod iligemaade til Kongen Markow, Sylten og Gnøyen ꝛc. Kong Erich forlænte Vizlaff med det Slot og Land Skaprud ꝛc. *Pag. 380. habentur literæ, quibus Ottho, Comes Anhaltinus, ſe Regis Erici Vaſallum profitetur:* Omnibus præſens ſcriptum cernentibus, Ottho, Dei gratia, Comes Aſcaniæ, & Princeps de Anhalt, ſalutem. Noverint univerſi, nos magnifico Principi, Domino noſtro chariſſimo, Domino Erico, Danorum, Sclavorumque Regi illuſtri, cui homagio & vaſallagio aſtricti ſumus, firmiter promiſiſſe, quod ejus ſervitiis fideliter adhærebimus &c. Dat. Viſe, Anno Dni MCCCXV. in craſtino B. Urbani. Albert. Krantz. *Vandal. libr. VIII. p. 180. ad ann. 1319, qui huic Regi fatalis erat.* Quo tempore etiam noſtris in finibus, ad littora Balthici maris, grave bellum inſurgebat inter Danorum Regem & Waldemarum Brandenburgenſem Marchionem, antea memorabili exemplo

Expeditio Regis ad tuendos Rugianos.

Loiſitz, Markow, Sylten, Gnøyen, Skaprud olim Feuda Danica.

Otto, Comes Anhaltinus, Vaſallus Regis Daniæ.

Bellum inter Regem Dan. Ericum Menved, & Marchion. Brand. Waldem.

plo junctos amicitia: quo nunc triſtior erat belli facies. Sed tum invenit pars quæque auxilia ſua. Regi militabant Ericus, Saxoniæ Dux, Wenzlaus, Dominus Rugianorum, Gerardus & Joannes, Holſatiæ, & Henricus de Zwerino Comites. Cives Gripeſwaldenſes urbem ſuam Regi, ut adnavigaret, exhibuere. Marchio ducebat in agmine Ottonem de Stetino, Werslaum de Wolgaſto, fratres Duces, cum urbibus Roſtockio atque Sundenſi. Lubicenſes etſi, vocarentur utrinque in partes, neutrales tamen conſtitere: quod eum Regem per decennium defenſorem accipiunt ſuæ urbis, & Marchioni ex adverſo propter imperium, cui ſuberant, repugnare non oporteret. Multa viciſſim erogata damna, multa levia fuere prælia, multæ, ut fieri ſolet, prædæ. Sed plurimos labores belli diremit mors utriusque, nam proximis diebus ambo in fata conceſſerunt. Morte utriusque diremtum.

§. 18. *Quæ Chriſtophorum II, Dan. Reg. per Vandaliam geſſiſſe conſtat, excitata ſæpius Vandalia* Krantziana *Lib. VIII. Cap. 5. hoc modo edocemur: Pag. 182.* Per eadem fere tempora, memorabilis illa obſidio, multorum principum, ad urbem Sundenſem intentata eſt. Chriſtophorus, Daniæ Rex, erat in fœdere principum. Memor, quod ea urbs priſco bello ſteterit, in fratrem ſuum Ericum, quum partibus Marchionis faviſſet; eam nunc rem ultione proſecutus Rex, venit a mari claſſe valida adnavigans, a terris autem domini de Magnopoli & Comites imminebant Holſatiæ. Sed omnes oppugnatorum copias agmine ſuo prævenit Ericus, Dux Saxoniæ, qui primus adequitans, locum caſtris venientium metabatur. Cives hunc ſolum cernentes, concepta fiducia egreſſi pugnant in eum, priusquam alia manus adventaret. Collata manu, Dux ipſe capitur, & in

Geſta Chriſtoph. II, Dan. Regis per Vandaliam.

Stralefunda a Chriſtophoro II Rege Dan. &c. &c. fruſtra obſeſſa.

Civi-

Civitatem pertrahitur. Supervenientibus a mari & a terra cæteris ad oppugnationem, cecidere animi &c. Ducis captivitas, quæ debuit accendere prælianteſ, fecit ſegniores. Aliquantis ergo oppugnationibus factis, exercitus nihil ſperantes reduxerunt. Mirum in tanto multorum principum agmine, tantam tum fuiſſe ad res gerendas tarditatem: aderat enim Rex Daniæ Chriſtophorus, magnis regni ſui viribus. Brigerius, Rex Sveciæ, cum non contemnenda claſſe, Albertus, Dux ſup. Sax. Ericus, inferioris, ſolus, ut diximus, infeliciter captus. Sveno, Dux Sleswicenſis, Kanutus Pors, Dux Hollandiæ (perperam pro Hallandiæ) &c. &c. &c. Magna procul dubio manus conſpirantium in perniciem unius civitatis: ſed tum nihil dignum memoratu a tam magno agmine eſt peractum. *Cap. 6. ead. pag.* Per quod tempus, quum controverſia inter Danorum Regem Chriſtophorum, & Henricum, Dominum de Magnopoli, ex quibusdam cauſis ſuborta duraſſet, Rex finem rebus dare conſtituens, permiſit in compenſationem damnorum, quæ memorato Domino fuiſſent irrogata, omne jus, quod in Roſtockenſi dominio illi eſſet. Submiſerat enim jam dudum ſe dominus Roſtockii Danorum Regi, quum a Marchione (*quod ſupra diximus*) ſibi timeret. Quo jure, mortuo Domino de Roſtockio ſine prole, pervenit dominium ad ſucceſſionem Dominorum Magnopolenſium. Quo conſtituto, Rex exornata claſſe navigavit in Travenam: ad locum, qui Denſcheborg dicitur, tentoria fixit, expectans Romanorum Regem Ludovicum, qui ſe ad colloquium occurſurum per nuncium ſignificavit: conceperat enim filiam, ſuam Regis Ludovici filio deſpondere. Sed cum aliquamdiu Rex Ludovicus expectatus non veniret, Rex Daniæ,

Rex Chriſtophorus dicitur omne jus ſuum in Urbem Roſtochienſ. Henrico Megapol. ceſſiſſe, quod tamen negat Huitfeldius.

Rex Danoburgi expectat Imperatorem, de conjugio filiæ ſuæ cum ejus filio tractaturus.

niæ, panſis in altum velis, veſtigia retrolegit, reverſus in regnum, ne dignatus quidem inviſere Lubecam, quamvis ex tam propinquo conſtitiſſet. Ante oculos illi erat jus quandoque Regum Daniæ in eam urbem, regno detractum, rejectumque jugum ſubjectionis: de quo aliquando revocando jam ſecum cogitabat, non paſſus ſubjicere oculis urbem, quam ſine recordatione injuriæ cernere non poſſet. *Et pag. 186.* Quo etiam tempore Werslaus, dominus Rugianorum, excedens e terris, non reliquit ſui corporis hæredes. Cujus terræ dominium vicini principes omnes ambierunt: Rex Daniæ (*ſc. Chriſtophor.*) Dux de Wolgaſto &c. Sed Regi, quod majoribus eſſet viribus, quodque antiquum in eo feudum collocaſſet, major ejus pars tum conceſſit. *Hæc* Krantzius. *De juramento, quod Chriſtophoro Danor. Regi præſtitit Henricus, Dux Sileſiæ, vide* Huitfeld. *in fol. p. 415. Idem de Rege ipſo, orta ſeditione in Germaniam ſe recipiente, p. 429.* Der Konning Chriſtopher ſlig Tumult allevegne udi Riget hørde optændt at være imod ſig, ſamlede hand Rigens beſte Klenodier oc Forraad og af en ond Samvittighed rømte ad Lante Mekelnborg, haffuendes med ſig tvende hans Sønner, Woldemar og Otthe, hvor hand ſig meeſte deelen til Roſtock forholdt, dog hand og beſøgte ſin Svoger Marggræfen &c. *Pag. 432.* Udi ſamme Aar kam Kong Chriſtopher igien for Vordingborg til Skibs, førde med ſig Hertug Henrich af Meckelnborg oc de Sclaviſke Herrer var ſtærcke 936 Ryttere, foruden fodfolck, ſom hand hafde ſamlet udi Meckelnborg, Lante Marcken og has de Pommerſke Førſter 2c. 2c. Paa det ſidſte maatte Hertug Henrich anden

Jus Regum Dan. in Lubecam.

Feudum Rugiæ ad Danos recidit.

Henricus Dux Sileſiæ Regi Dan. juramento obſtrictus.

Rex cum duobus filiis Roſtochium petit, ex regno profugus, ibidemque, poſt reſtitutionem fruſtra tentatam, diu commoratur.

anden Gang handle for Kongen, ſaa de ere forlovet ſtrict at drage til Roſtock, hvor hand med begge hans Sønner forholdt dennem udi lang Tid. *In ſequentibus taxat* Huitfeldius *Regem hunc, quod magnam Vandaliæ partem, a regno Daniæ abalienaverit.*

Perſonalia Johannis Grand, ex Lundenſi in Dan. Bremenſ. Archiep.

§. 19. *De Johanne ſ. Jan Grand, ex Ludenſi in Dania, Bremenſium Archiepiſcopo, ita habet* Albert. Krantzius *Metropol. Lib. VIII. Cap. 56.* Bremenſi Eccleſiæ, *inquit*, poſt Florentinum præficitur, proviſione ſummi Pontificis, Johannes, pridem Archiepiſcopus Lundenſis: ſed qui Regi illius temporis non conſentiret, nec moribus aut vita congrueret. Natus militari & honeſto inter ſuos genere. Nam mater etiam regium ſanguinem ducebat. Primum erat præpoſitus Roſchildenſis, inde Archiepiſcopus Lundenſis: noviſſime eccleſiam accepit Bremenſem, transferente eum Clemente quinto, pontifice Maximo &c. Imperitia linguæ Danicæ fecit, ut apud nonnullos iſte Jonas diceretur: nam ea lingua ſicut Hebraica, Joannem ſolet Jon breviando vocare: nam & Barjona dictus eſt Petrus, filius Joannis. Poterat Bremenſes excitare ſpes veteris juris recuperandi per illum in regnis Aquilonis, ſed nihil inde provenit. Vir erat doctiſſimus, & juris inter ſuos peritiſſimus. *Et poſt plura de lite cum Rege Daniæ, ob quam loco cedere coactus, cauſam Romæ egit contra Martinum, Daniæ Regis oratorem, item de Epiſcopatu Rigenſi, quem ſibi oblatum abſens, Pariſiiſque habitans aliquamdiu, tenuit.* Vacabat interim morte Florentii ſedes Bremenſis, quam, ſuadente ſummo Pontifice, ſuſcepit, dimiſſa tamen primum Lundenſi: deſcenditque ad Eccleſiam jam ſuam, Bremenſem &c. Johannes autem in ſuam provinciam veniens, primum

Archiep. Joh. Grand, e Regio Dan. ſanguine.

Ejusdem doctrina.

Pariſiis aliquamdiu habitavit.

mum in monaſterio Hude excipitur, ibique a prælatis & totius terræ miniſterialibus perducitur in Eccleſiam ſuam, cum honore debito: juramenta fidelitatis expoſcit, & accipit, clamante populo, Benedictus, qui venit in nomine Domini, in laudem bonorum, pœnam vero reproborum. *Et poſt nonnulla:* Archiepiſcopus Duci Luneburgenſi ac Epiſcopo Verdenſi conciliatus, a quibus diu diſſenſerat, noxiam arcem diœceſis Hornborg obſedit. Henricum memoratum malorum incentorem cepit, in carcerem conjecit &c. Ea tempeſtate cives Bremenſes erexere murum in vallo civitatis, e diverſo ab eccleſia. Quam rem ſuſpectam ducens Archiepiſcopus, niſus eſt impedire, ſed cum armis & viribus poſſet difficulter, jure cœpit agere &c. Ipſe profectus Viennam Galliæ, ubi tum ſummus pontifex curiam habebat, cauſam egit adverſus civitatem &c. Reverſus invenit nonnullos militares protervientes, quorum ductor quidam, quem ferebant, non ſano capite &c. Militares Archiepiſcopi ex ejus præcepto arma in illum ſumentes, diſſimulanter agebant, ne militare genus ſupplantaretur ab alienigena pontifice, quæ res multorum initia laborum dabat &c. &c. Erat hic Archiepiſcopus Vir eruditione præcipua, & eloquentia ſingulari, ita, ut Johannes, ſummus pontifex, coram ſe loquentem commendaret. Juſtitiæ quoque tenax erat, nam mercator quidam pontem tranſiens, plauſtrum cum mercibus ſuis caſu ſubvertit. Præfectus defert rem pontifici, quaſi naufragium: merces tetigiſſe terram, & ideo cecidiſſe in commiſſum, ut confiſcarentur. Recuſabat Archiepiſcopus, increpans præfectum, quod malis pontibus iter publicum ſterneretur &c. Jubebat reddi omnia ejus bona. Vir erat ſeveræ juſtitiæ, & qui nihil

Ad Archiepiſcopatum Bremenſem promovetur.

Obſidio Hornburgenſ. ab Archiep.

Archiep. Viennæ cauſam ſuam agit.

Elogia ejus.

hil reliquit impunitum &c. *Et pluribus interjectis:* Finivit in Pariſio, cum anni viginti tranſiſſent, ex eo tempore, quo Eccleſ. Brem. accepit. *Sepelitur Avenione vid. ſupr.*

Waldemari IV Dan. Reg. per German. geſta. Waldem. in aula Ludovici Bavari Imperat. cum laude olim degerat.

§. 20. *Waldemarum IV, Margareta, Semiramidis parentem, olim in aula Cæſarea degiſſe monet* Pontanus, *Hiſt. Dan. Lib. VII. pag. 458.* Dani animum atque oculos ad Valdemarum, Chriſtophori filium, qui tum in aula Cæſaris *(ſc. Ludovici Bavari)* magna gloria agebat, cœperunt reflectere. Eum per literas convenientes, amice ſerioque ſunt obteſtati, amicorum externa auxilia circumſpiceret, eaque ad recuperandum majorum ſuorum regnum imploraret &c. *Et pag. 463.* Nec averſum ab ea re Cæſarem expertus eſt, utpote cujus aulam aliquamdiu non ſine induſtriæ laude ſecutus fuerat. *Et de expeditione ejus in Germaniam poſtea pag. 476.* Nec multo poſt *(ſc. circa ann. MCCCXLIV)* emiſſa in littus Germaniæ claſſe, inſulam Polæ, quæ extra Wiſmariam ſita, ad Ducem Megapolenſem ſpectabat, totam ferro atque igne eſt depopulatus, idque in gratiam affinis ſui, Marchionis Ludovici Brandeburgici, cum Megapolitanus adulterinum Marchionem Waldemarum, cujus ſuperius meminimus, ſuo patrocinio defendendum ſuſcepiſſet. Itaque Megapolitani ditiones, qua potuit, infeſtas habuit ac diripuit. Motisque mox in proximos Pomeranos caſtris, Stargardiam obſedit, ac cepit. At Megapolenſis Albertus Regem expedito cum milite inſecutus, eum intra oppidum, quod ceperat, concluſit. Intellectoque Romulum, Ludovici Marchionis fratrem, cum copiis auxiliaribus occurrere, omiſſa confeſtim, quam inſtituerat, obſidione, Romulo in occurſum progreſſus eſt, ac habito

Expedit. Wald. in German.

Inſula Pola a Wald. vaſtata.

Stargardia a Wald. obſeſſa.

bito conflicta, eum devicit &c. Rex intellecta Marchionis clade, Stargardia diſceſſit, ac verſa in proxima Megapolitani oppida belli mole, nonnulla illorum ſibi ſubjecit, ac mox auctus Pomeranorum aliquot manipulis, Berlinum obſidione circumcinxit, quod id quoque a partibus fictitii Marchionis, quem Bavaris objeciſſe Carolum Cæſarem diximus, ſtaret. Dum ibi Rex agit, creati equites aliquot aurati, donatique ſolenni ceremoniarum ritu, præter gladium cingulumque, calcaribus etiam aureis. Verum Albertus, veſtigia Regis premens, ſe ad conſerendum cum eo manus parabat. Nec detrectabat, imo in adverſum jam etiam pergebat Rex, cum utrimque, ecce, principum Senatores ſe medios interponentes præſtare exiſtimabant componi controverſiam, quam ſævire in ſeſe mutuo Chriſtianos. Quapropter ſtatutum, ut Rex Sveonum Magnus, ſub proximam Pentecoſten de lite tota pronunciaret &c. Reconciliavit eadem hac expeditione Rex Woldemarus affinem ſuum Marchionem Ludovicum & Duces Stetinenſes. Albertum quoque Megapolenſem cum Erico Saxoniæ Duce in gratiam reduxit &c. Woldemarus, excitatis inter Principes imperii his motibus, tum quod arma in Germaniam ipſemet quoque moviſſet, Cæſaris indignationem incurrit. Poſtremum miſit tamen ad eum Imperator ſalvi conductus literas, Boduſini datas (MCCCL) quibus ipſi, ejusque viæ ſocio, Guntero Suartzenburgenſi Comiti aliisque, ſive illi proſcripti, ſive non proſcripti eſſent, liberam ad ſe Sprenbergam veniendi ac recedendi, tum & commorandi eodem loci, quamdiu liberet, poteſtatem permiſit. Aſſumſerat itineris comitem Rex Marchionem Romulum &c. Aderat & Dux Saxoniæ Ericus. Inde ad Cæſarem admiſſi, ex eo quærebant,

Rex oppida Megapolitan. ſibi ſubjicit.

Berolinum obſidet.

Ibidem Equites creat.

Waldemarus & Albertus Dux Meg. ad conflictum parati, arbitrio Sveciæ Regis reconciliantur.

Waldemarus principes diſſidentes ſibi invicem reconciliat.

Cæſar Valdemaro ob expedit. German. indignatus.

Rex ab Imperat. Sprenbergam invitatur.

cur in præjudicium principum ac veritatis fictitium Woldemarum Marchionatu introduxiſſet, cum ipſe Woldemarus Marchio, quem iſte tenebrio ſe eſſe mentiebatur, jam dudum ad plures abiiſſet. Reſpondit Cæſar, ſe nequaquam levitate aut malevolentia eum locum alteri conceſſiſſe, ſed Othonem, Archiepiſcopum Magdeburgenſem &c. &c. jurejurando affirmaſſe, eſſe eum, quem ſe diceret, atque ita credulitate inductum. Repoſuit ad ea omnium nomine Rex Woldemarus, ſe paratos certiore jurejurando eos perjurii accerſere, ideoque a Cæſarea majeſtate petere, ut edicta ſuper eo promulgata immutare atque irrita habere vellet. Cæſar, his acceptis, proclamare Romulum verum Marchionatus Brandeburgici hæredem ac dominum curavit &c. Tranſcripſit per eosdem dies Dux Saxoniæ Ericus, Regi Woldemaro, urbis Lubecenſis certum tributum Stuergelde vocitatum, quod ille quotannis accipere ab iis erat ſolitus, nomine Ludovici Marchionis, qui id ab Imperatore Ludovico, parente ſuo, acceptum ipſi pignori conceſſerat. Super hoc Budiſini ceſſionis tabulæ aliaque ſyngrapha confecta, quæ rata firmaque ſe habere Carolus Cæſar eodem tum tempore ac loco, datis codicillis, teſtatus fuit. *Et pag. 478.* Cum vero in Daniam Woldemarus reditum jam pararet, præcipuæ curæ habuit, ut non tantum æquam cum vicinis principibus pacem ipſe coleret, ſed & illi inter ſe ut idem agerent, alloboravit. Itaque diem ei rei Lubecæ conſtituit. Quo advenere præter cæteros Ludovicus Romulus, Marchio Brandeburgicus, Wilhelmus Luneburgenſis, Rudolphus Saxoniæ, Ericus Saxo Louenburgenſis, Caſimirus Stetinenſis, Warteslaus Wolgaſtenſis, Albertus Megapolenſis, Woldemarus Sleſvicenſis, Canutus Hallandenſes Duces:

Auctoritas Waldemari Regis in hoc congreſſu.

Tributum Lubecenſe Stuergelde Valdemaro tranſcriptum.

Conventus Principum Lubecæ a Vald. Rege inſtitutus.

ces: Henricus & Nicolaus Holſatiæ Comites, una cum Adolpho Scovenburgenſi. Quibus & alii acceſſere ordinis equeſtris viri, nobilesque magno numero. Ibi poſtquam omnia, præſertim quæ ad publicam ſingulorum concordiam ac tranquillitatem ſpectarent, eſſent amice transacta, reliquum tempus choreis, haſtiludiis aliisque militaribus exercitiis abſumptum eſt &c. Eſt & Lubecæ eadem occaſione tractatum de nuptiis Henrici Megapolenſis, Alberti Ducis filii, cum Ingeburga, Woldemari Regis filia, tum adhuc ætate admodum tenera &c. Sublatum ſimul, quicquid inter Regem & Megapolenſem litis ſupererat, ſtatutumque, ut Megapolenſis a Daniæ regno veluti præfecturam acciperet urbem & ditionem Roſtochienſium &c. Voldemarus Rex, anno eodem, ſtabilem ac firmam cum Rege Polonorum Cazimiro amicitiam ac fœderationem pepigit &c. Hinc in Daniam rebus omnibus feliciter transactis, reverſus eſt Rex. *Hæc Pontanus. Conventus hujus Lubecenſis meminit* Alb. Krantzius *Vandal. Lib. VIII. Cap. 37. p. 198.* In Lubica tum omnes vicini principes celebrem coetum habuere ad mutua interloquia, ſuper generali terrarum omnium ſtatu, tranquillitate & pace. Aderat Rex Daniæ, Waldemarus, ejus conventionis inſtitutor, Romulus, Marchio Brandeburgenſis &c. Salubriter ibi omnia conſtituta, graviſſimis poenis ſunt ſancita, in eos præſertim, qui foverent, receptarent latrocinantes. Ibi de more ludi militares, haſtis incurrunt invicem quotidie, choreæ dominarum & apparatus ubique ſplendidi.

Choreæ & haſtiludia.

Filia Regis Henr. Megapol. deſponſa.

Statutum, ut Henric. Megapol. a Dan. regno tanquam feudum acciperet Roſtoch.

Rex poſt pactum cum Polonor. Rege fœdus, domum redit.

§. 21. *Infauſtam, quam Philippa, Daniæ Regina, abſente marito, Erico Pomerano, in Vandaliam ſuſcepit expeditionem, deſcribit* Krantzius, *Vandaliæ Lib.*

Infauſta Reginæ Philippæ in Vand. expeditio, abſente Rege Erico Pomer.

Tertia Saxon. e Dania Electrix, b. Anna Sophia Frid. III. fil. Elect. Joh. Georg. III. Conjux, ibidem ſine dubio ſepulta.

§. 7. *Sepulta ſine dubio ibidem tertia Saxonum ex Dania Electrix, beata Anna Sophia, Friderici III. Dan. Regis filia, Johanni Georgio, hujus nominis Tertio, Saxoniæ Electori, nupta. Conjugem ipſius Electorem Johannem Georgium III, inter funera Electoralia hic ſine monumentis ac epitaphiis recondita refert laudatus* Grublerus *l. c. p. 61. miror autem, nomen uxoris in ea recenſione deſiderari, cum Mauriti cineribus aſſociatam admodum ſit veriſimile. De ea loquitur laudatus* Hubnerus *tab. Geneal. n. 157. inter Electores ac Electrices Saxon.*

Johannes Georgius III. Churf. ꝛc. Gem. Anna Sophia, Königs Friderici III, in Dännemark Tochter. Geb. 1 Sept. 1647. Vermählet 9 Octob. 1666. Witwe 12 Sept. 1691. *Conf. Tab. 86.* *B.* And. Hojerus Dännem. Geſchichte *p. 502. ubi ſermo eſt de liberis Frid. III. ita habet:* (2). Anna Sophia, gebohren 1647. den 1 Sept. Sie ward 1666 den 19 Octob. zu Copenhagen an den Sächſiſchen Chur-Prinzen, hernach Chur-Fürſten, Johann Georg den III, vermählet, und ſtarb 1717 den 1 Jul. in ihrem 70 Jahr. Ihre 2 einzige Söhne erhielten beyde den Chur-Hut, (*ſc. Johannes Georgius IV. & Fridericus Auguſtus*). Der jüngſte Fridericus Auguſtus auch die Polniſche Krone.

Obitus ejus ann. æt. 70. Ambo, quos reliquit, filii Electores facti. Alter illorum Rex Polon.

Perſonalia & Epitaph. Gerhardi, Ducis Sleſvicenſ. Embricæ ſepulti.

§. 8. *Embricæ ad Rhenum, in æde Cathedrali, cum epitaphio, Gerhardus Dux Sleswicenſis, hic anno 1433 extincti, inferius adducendo, ſepultus jacet de quo audiendus* Pontanus, *Hiſtor. Dan. libr. IX. p. 593.*

Nuptias, *inquit*, per idem tempus contraxerat Adolphi, Holſatiæ Comitis frater, Gerhardus, cum virgine honeſtiſſima Anna, e domo Badenſi, alii Agne-

tem

tem vocant. Hæc initio ſtatim nuptiarum facta e marito ſuo gravida, cum eodem paulo poſt in Holſatiam conceſſit, ubi ſeptimo exinde menſe filium ei & filiam gemellos peperit. Hi maturo partu & quomodo edi ſubinde ſeptimeſtres fœtus ſolent, nati ſermones nihilominus matri crearunt, quaſi ii non ex Gerhardo, ſed alio concepti jam ante fuiſſent. Præcipue vero Comes Adolphus, pudicitiam ejus ſuſpectam habens, de eo ſummopere dubitare cœpit. Conſultique Medici & obſtetrices, qui liberis ac re tota propius inſpecta, reſponderunt omnes, naturali modo id fieri. Adolphus tamen ſuſurronum potius delationibus, quam veritati aurem commodans, eo uſque ſuſpicioni ſuæ fræna laxavit, ut eam in patriam redire fecerit. Gerhardus abeuntem ſecutus, ubi Embricam ad Rhenum perveniſſet, ibi ſive animi ſive corporis ægritudine obiit &c. *Et in Addendis plagulæ hiſtoriæ ſuffixa:* Hujus rei ſive hiſtoriolæ potius memoriam adhuc ſeruat Ducis ejusdem tumulus, qui viſitur hodieque Embricæ, in æde ejus Cathedrali, una cum inſcriptione vernacula. Eam cujusmodi legit atque enotavit, cum ibi Eccleſiaſtem ageret Vir Clariſſimus ac Reverendus SS. Theol. Doct. Henricus Dieſlius, Profeſſor modo ac Collega meus, hic adſcribendam cenſui. Eſt vero ejusmodi:

Infelices Ducis hujus nuptiæ.

Obitus Embricæ ad Rhenum.

Tumulus in æde Cathedr.

Int jaer ons Herren 1433 op ſunte Jacobes avent, ſo ſtaerff Hertoge Geert van Sleeſwig, Greve to Holſtein, Stormeren und to Schouwenburgh. Bidt voor de Zile.

Epicedium.

§. 9. *Bremæ in æde St. Petri ſepulturam nactus eſt Odincarus ſenior, Nobilis Danus, inter primos Daniæ ſine certa ſede Epiſcopos, teſte* Adamo Bremenſi, *Hiſtor. Eccleſ. Libr. 2. edit. Lindenbr. Cap. XLV. p. 29.*

Odincarus Senior, Nob. Danus, inter primos ſine certa ſede Epiſcopos, Bremæ ſepult.

Illis

Illis namque diebus beatiſſimus Thurgot, Epiſcopus, pro labore prædicationis, Bremæ cum Archiepiſcopo diutius conſiſtens, aſperrimo lepræ percuſſus morbo, diem vocationis ſuæ cum magna expectavit patientia. Tandemque bono conſummatus fine, in ſancti Petri ſepultus eſt Baſilica. Ubi & Folguardus & Harich, & magnus Odinkarus, & Poppo, in pace requieſcunt. Aderant vero tunc cum Archiepiſcopo, Prædicatores inclyti, Odinkar junior &c. *De eodem idem* Bremenſis *loquitur in ſuperioribus Cap. XXXIV. p. 25.* In Dania ſupervixerunt Poppo Theologus, & ille nobilis Odinkar Epiſcopus, quem pro fide & ſanctitate vitæ familiariſſimum habuit Archiepiſcopus. (*ſc. Unwanus*) Hos duos Epiſcopos ſolummodo in Jutland fuiſſe comperimus, antequam Knut regnum intraret. Solus autem ex noſtris Odinkar transmarinas aliquando viſitavit Eccleſias &c. *Item in anteceſſum pag. 20. Cap. XVI.* Adaldagus igitur Archiepiſcopus ordinavit in Daniam plures Epiſcopos, quorum nomina quidem reperimus, ad quos vero ſedes ſpecialiter inthronizati ſint, non facile potuiſſemus invenire &c. quod pro rara Chriſtianitate nulli Epiſcoporum adhuc certa ſedes deſignata fuerit &c. Odinkarum Seniorem ferunt ab Adaldago in Sveoniam ordinatum, ſtrenue in gentibus legationem ſuam adimpleſſe. Erat enim, ſicut fama nos tetigit, vir ſanctiſſimus & doctus in his, quæ ad Deum ſunt, quantum vero ad ſeculum, nobilis & origine Danus. Unde & facile barbaris quælibet potuit de noſtra religione perſvadere. Cæterorum vero Epiſcoporum vix aliquem ſic clarum prodit antiquitas, præter Liafdagum Ripenſem &c. *Et multis interjectis.* Claruit etiam tunc in Dania felicis memoriæ Odinkarus Senior, de quo ſupra diximus, qui in Finne, Seland, Sco-

Magnus Odincarus ſalutatur.

Popo Bremæ ſepultus, qui alias in templo Liisbergenſi prope Arhuſ. olim Epiſcopali, ſepultus traditur.

Vide Marmora noſtra Dan. libr. 5. Tom. 2.

Odincarus Svecis concionatur.

Sanctimonia & doctrina illius.

Præſul clariſſimus.

Sconia ac in Svedia prædicans, multos ad Chriſtianam fidem convertit. Ejus diſcipulus & nepos fuit alter Odinkar Junior, & ipſe nobilis de regio ſemine Danorum, dives agri, adeo ut ex ejus patrimonio Epiſcopatum Ripenſem narrent fundatum. Quem dudum Bremæ ſcholis traditum, Pontifex Adaldagus manibus ſuis baptizavit, ſuoque nomine Adaldagus vocavit. Is ergo a Libentio Archiepiſcopo nunc ordinatus, in gentes apud Ripam ſedem accepit. *Et quæ plura de eo ſequuntur. Confer. Chronicon Eccleſiæ Ripenſ. a beat. Doct.* Terpagrio *editum, pag. 8. nec non* Albert. Krantzium, *Metropol. Libr. III. pag. 83. & 85. qui Adamum exſcripſit.*

Odincarus Junior, Senioris diſcipul. & nepos. Epiſc. Rip. Bremæ eruditur & baptizatur.

§. 10. *De* Dietmaro *Dano, Epiſcopo Hildisheimenſi loquitur* Bruſchius *Epit. de Epiſc. German. cap. II. pag. 1042. ad annum 1038.* Dietmarus Danus, Conradi Salici Capellanus, patrocinio Gunildis Reginæ, factus Epiſcopus Hildesheimenſis, Ottonis Imperatoris filiam Adelheydam in Abbatiſſam Gandersheimenſem conſecravit. *Et poſtea ad ann. 1042. l. c.* Dietmarus Danus, Epiſcopus Hildesheymenſis moritur, in crypta ſub choro ſepultus. Ejus gubernationis tempore templum Hildeſianum periit incendio. *Confer. Chronic. Chronicor.* Gvalther. T. 1. *NB. Dietmarus ille, ſive Thietmarus, antea audiebat Tymmo. Vid. Cel.* Barthol. *Mſſ. in Biblioth. Acad. aſſervat. Hujus meminit quoque* Adamus Bremenſis, *his verbis:*

Dietmarus Danus, Epiſc. Hildesh. Hildeſiæ ſepult.

Victor Manus Daniam obtinuit ſimul & Norvegiam, ad quem Archiepiſcopus noſter usque Sliaswig pro colloquio venit, habens in comitatu ſuo Bernhardum & Thiadmarum, Hildesemmenſem Epiſcopum, ille Thiadmarus e Dacia oriundus, cum Regina Gunnild advenit, cujus patrocinio ille meruit Hildi-

Hildiſemmenſem epiſcopatum, nam barbarice Timima vocabatur.

Perſonalia & epitaphia Petri Duvini, Nob. Dani, Vratislaviæ ſepulti.

§. II. *Vratislaviæ in Sileſia Anno 1149 expiravit* Petrus Duvinus, *Danus, ex nobili ac antiqua apud nos familia, cui gentilitium nomen* Due, *oriundus, qui Vratislaviæ Collegium ex ordine Præmonſtratenſium primus inſtituit, addito eidem ſuisque impendiis extructo monaſterio, quod D. Vincentio ſacrum fuit. Inſcriptio tumuli ejus ibidem pro ſeculi genio metrica ita habet.*

HIC SITVS EST PETRVS, MARIA CONJVGE FRETVS
MARMORE SPLENDENTE, PATRE GVLIELMO PERAGENTE.

Cui præterea inſcripta incerto auctore tria alia epicedia, longe elegantiora, in Addendis ad Hiſtor. Dan. obſervat Pontanus.

1.

Colleg. ord. Præmonſtr. Vratislaviæ fundavit, ubi ſepult.

Conditur hoc tumulo ſacrum hoc qui condidit olim
Delubrum Petrus nomine, gente Danus,
Ingenio linguaque potens. Verum illud ut amplæ
Sortis cauſa fuit, ſic fuit iſta necis.

2.

Hic jaceo infelix ſine lingua oculisque cadaver,
Non oculi exitio, ſed mihi lingua fuit.

3.

Conditur hoc tumulo; ſacram hanc qui condidit ædem,
Fortunæ Danus conditor ipſe ſuæ.

Multa

Crebra ejus in hiſt. Pol. mentio.

Multa Petri hujus in Hiſtoriis Polonicis mentio. Fata ejus proſequuntur ex noſtratibus Huitfeldius *in fol. pag. 228. &* Pontanus, *Hiſt. Dan. p. 229. quorum hæc eſt ſumma: Conceſſerat nimirum noſter una cum patre Gulielmo Duc, Conſiliario Regis Daniæ,* Erici *Plogpening, incertum qua de cauſa ad Regem Polonorum Bolislaum III, cui tum etiam Sileſii parebant.*

Pater ejus Erico Dan. Regi a Conſiliis.

Apud hunc, filiumque ſucceſſorem, Vladislaum, magna auctoritate agens, ſummisque honoribus perfunctus in Comitem evadit Scrinenſem.

Petrus Duvin. factus Comes Scrinenſ.

Accidit autem, ut Vladislaus Princeps & Duvinus in remotas ſylvas venatum forte egreſſi, ſtratis humi penulis, ſub dio pernoctarent. Vladislaus domeſticarum lautitiarum recordatus, joco Duvinum compellans, melius, *inquit,* nunc, Petre, tua uxor cum Abbate Scrinenſi cubat, quam nos. *Petrus contra jocum temere retorturus:* fortaſſe, *inquit,* & tua cum Dobeſſo (aliis Dobieſſa). *Erat autem Dobeſſus juvenis, ex equeſtri ordine non inelegans, quem cum Regina clam ſolere vulgo muſſitabatur. Diſſimulavit aliquamdiu conceptam inde ſolicitudinem Vladislaus, ad extremum vero victus blanditiis uxoris, quæ cauſam contractæ præter morem frontis expiſcari non deſtitit, detegit ei vulnus animi ſui.*

Jocus liberior ipſi fatalis.

Hinc vindictæ occaſione captata, in ipſis filiæ ſuæ cum Laxa Serborum ſive Vinidarum Duce nuptiis, a Dobieſſo circumventus, ad Principem absportatur. Diu, quid de eo faceret, Vladislaus animi dubius fuit, reverebatur hominis dignitatem, gratiamque popularem reminiſcebatur, quo is honore apud patrem ſuum fuiſſet.

Nuptiæ filiæ ejus cum Serbor. Duce.

Tandem, diſceſſum minante Regina, ni condignas petulantiæ pœnas daret, indicta cauſa lingua incontinentiſſima illi præciditur, luminibus ſimul effoſſis, ut ſcilicet diſceret, quam periculoſum eſſet, leonem

Petrus Duvinus captus & exoculatus.

leonem vellicare. Eumque in modum multatus deformatusque, integro adhuc quinquennio ſuperfuit, mortuus ſcilicet anno milleſimo centeſimo & quadrageſimo nono. Sed erant & alia, queis in anteceſſum Reginam irritaverat. Excogitaverat enim Regina, ut homines oppidani & ruſticani, ſtatis & ſolennibus Feriis honoraria quædam munera, ut pullos gallinaceos, anſeres, ova, mel, avenam aliaque talia in cellam principis inferrent. Quod cum ſemel atque iterum, ac tertium, in gratiam principis non inviti feciſſent, illa, ut perpetuum deinceps id eſſet, lata per maritum lege, ſanciri curavit. Petrus vero monendo & objurgando principem ab inſtituto avocabat. Vladislaus autem, ut omnibus de rebus cum uxore communicabat, ita de Petri conſilio & ſtudio quoque ipſi narravit. Excanduit ſubito in hominem iracunda mulier, quam poſtea magis incendit liberior ille, qui paulo poſt ſecutus eſt, jocus. Conferatur de eo Joachimus Curæus, *in Hiſtor. Sileſ.* Nicolaus Henelius, *in Breslographia ſua, ſive Vratislavia Sileſiorum metropoli hæc habet:* Tranſtulit in cœnobium urbanum S. Vincentii Cœnobiarcham - - . Petrus Duinus, Danus, Præmonſtratenſi ordini circa annum Chriſti 1139. Michovia *Chron. Polon. lib.3. cap.17. pag. 62.* Cum Vladislaus, Dux Poloniæ, Petro Dano, Comiti de Skzrin infeſtus eſſet, quod pacifice pro fratribus Ducis loqueretur, magis exarſit, quod nocte quadam inter venandum, adulterium Duciſſæ cum Dobyeſſz jocando aperiret. Itaque Dux, inſtigante uxore, per eundem Dobyesz capi fecit Petrum, cum nuptias filiæ ſuæ cum Laxa, Duce Zerbiæ, faceret. Tunc illi lingua exciſa eſt, & oculi effoſſi. Is Petrus pœnitentia ſibi Romæ injuncta multas Eccleſias in regno Poloniæ, ex pecunia olim Regis

Ejus Obitus.

Alia infortunii hujus cauſa.

Monaſt. Ord. Præmonſtrat. ab ipſo fundat.

Iterum alia infortunii cauſa.

NB. Multas Eccleſias in Polon. & quidem ex pecunia Reg. Dan. auxerat atque erexerat.

Regis Daniæ, auxit & erexit, quarum multæ adhuc extant. *Hæc* Michovia. *De cæde Petri Dani*, *&* *cauſa cædis Vid.* Cromerum, *hiſtor. Polon. libr. 6. p. 493.* Neugebauer. *Hiſtor. Polon. libr. 3. p. 99.* Herburtum *Hiſtor. Polon. libr. 5. pag. 75. 76.*

§. 12. *Ferunt Severinum quendam, ruſticis juxta Ryam olim civitatem, hodie pagum Cimbriæ, natum parentibus, in agro Ryenſi arantem, ſanctiori quodam æſtro velut percitum, relictis armis agreſtibus, Coloniam ſe contuliſſe, ibique eo eruditionis & ſanctitatis provectum, ut Archiepiſcopalem meruerit mitram, hunc vero ſacram Ryenſium ædem fundaſſe, fundatam non pœnitendis locupletaſſe reditibus, exinde ædem S. Severini appellatam. De hoc Colonienſ. Archiep. conferatur* Nicol. Helvaderus, *in Calendariographia Sacra. Item* Reſenius, *in Atlante Dan. Mſſ.* Severinus Cimber juxta nonnullos Archiep. Colonienſis factus.

§. 13. *Waldemarum, Epiſcopum Sleſwicenſem, Regii apud Danos generis, & poſt captivitatem tandem electum Archiepiſcopum Bremenſem, quidam Leodii apud Belgas, alii rectius in Monaſterio Lycke, Diœceſ. Bremenſis, mortuum ſepultumque docent.* Pontanus *Epitaphium ejus ſe reperiſſe putat Hiſt. Dan. Libr. VI. p. 318.* Et porro, *inquit* Waldemarus Epiſcopus, de cujus adverſis proſperisque tam multa ſupra memoravimus, quemque a Regibus genus duxiſſe, & a Pontif. Rom. Innocentio III proſcriptum meminimus, anno MCCXXXV, habitu ac profeſſione monachus, fratrumque minimus Leodii, ut quidam volunt, apud Belgas, aut quod verius puto, in Cœnobio, quod erat Diœceſeos Bremenſis, Luckii nomine, diem ſupremum clauſit. Epicedium ei ejusmodi poſitum reperio. Perſonalia Waldemari Dani, primum Epiſc. Sleſw. inde Electi Brem. Archiep. in Monaſt Lycke, Diœceſ. Bremens. ſepulti.

Epitap. ſpurium.

Præſulis officio Volmarus, patre necato
Regnum proponens, triſtia fata ſubit.
Dehinc exul patria, Bremam revocatur ut aris
Præſit, at infelix inſula talis erat.

Pontanus notatus.

Waldemarus a Regio Danor. ſanguine oriundus.

Imperium Danicum affectabat.

Vbi monemus, Pontanum *non ſemel hallucinari, cum carmina, queis* Cypræus *Epiſcopos Sleſwicenſes celebravit, pro illorum Epitaphiis incautus vendat. Caterum Regio magis ſanguine quam propria virtute cluebat Waldemarus noſter, quippe Nicolai Dan. Regis ex filio Magno nepos, vel ut alii volunt, abnepos, S. Nicolai Arbuſienſis germanus. Faſces imperii Danici affectans, anno 1193 ob prava molimina in carcerem detruditur. Vnde tandem interceſſione Reginæ Dagmar, cui in Daniam abituræ mater Bohemorum Regina, ut liberationem Waldemari ante omnia e ſponſo, Waldemaro Rege, efflagitaret, in mandatis dederat, ſi Cantilenæ Heroicæ fides, in Collect.* Wellego-Septimiana *num. XXIII. p. 219 ſequ. ubi:*

v. 3. Den Førſte Bøn du beder din Herre, den Herre ſaa mild og fiin: Du beder hand lader Biſkop Waldemar ud, Allerkiæreſte morbroder ſin.

Sponſa Regia Dagmar intercedit apud Regem pro Waldemaro, in cuſtodia detento.

v. 10. Den Førſte Bøn jeg beder eder om Allerkiæreſte Herre min: I lade Biſkop Waldemar ud af Taarnet komme for Slegt og Frender ſin.

v. 12. Den Førſte Bøn I tie ſaa ſtille, I tie Frøiken Dagmar ſaa qver: Kommer hand ud Biſkop Waldemar hand giør Eder Encke i Aar. Den prøicken kom af ædle Behmer Land.

v. 13. Hun tog Guldkrunen af ſit, Hovedog ſette for Kongen paa Bord: Hvad ſkulde jeg i Danmarck, maa mig ikke wides et Ord.

v. 14. J hente mig ind Rid der Herr Strange og ſaa unke Juncker Knud: J ſkalle henfare til Oringsborg og løſe de Fanger ud.

v. 15. Der hand kam af Taarnet ud da kunde hand ikke gange: Jeg haver her ſæt paa tolfte Aar, de Tide war mig ſaa lange. Valdemarus carcere Orthungano ſolutus.

v. 16. Hans Søſter tog Guld-Kam af ſit Skrin, hunkæmte hans gule Haav: for hver den Lock der hun hannem ridde, da felde hum modige Taar.

v. 17. Hør du kiæreſte Søſter min, og du græd ikke for mig: Fuld vel ſkal jeg hefne min Harm, om jeg et Aar er qveg. Vindictæ cupidus.

v. 18. J tie qver Biſkop Waldemar, Lader ikke Eders Vrede regiære: Kommer J agter paa Søborgs Taarn, Jeg ſeer eder aldrig meere.

v. 19. Jkke kunde Biſpen ladde ſin Harm, før hand maatte Landet rømme: Det fortrød Dronning Dagmar meeſt, hand kunde ikke bedre ſkiønne. E Dania profugus.

Hinc Archiepiſcopatui Bremenſi vi doloque ſeſe ingerere fruſtra tentavit. Tandem auctoritate PP. Innocentii III, excommunicatus reſipuit, & in Monaſterium Lycke ſe recepit, ubi ſub cucullo monaſtico deliteſcens, grandævus occubuit, & humatus eſt, incertum quo anno, nam quod Chronicon Erici Pomerani, *ut vocant*, Claudiusque Lyſcander *obitum ejus ad ann. 1236. referant, id cum probabilitatis ſpecie vix conſiſtit.* Archiepiſcopatui Bremenſi temere imminens a Pontif. excommunicatur.

Factus Monachus in Monaſt. Lycke.

ſiſtit. *Sed audiamus* Alb. Crantzium, *Metropoleos Libr. VII. ita de noſtro diſſerentem Cap. 31. p. m. 185.* Bremenſis, *inquit*, Eccleſia poſt Hartuicum, quum ſpem conciperet, ad antiquum legationis honorem redeundi, multi ex Canonicis elegerunt Waldemarum, Sleſwicenſis eccleſiæ epiſcopum, ſed eo jugo ſummi pontificis authoritate abſolutum. Erat vir Regii ſanguinis, filius ejus Canuti, qui cum Zuenone & Waldemaro Regibus, quorum alter ante ſe, alius poſt illum regnavere, eſt tripartitus: ſed in convivio Rodtſchildiæ per Zuenonem cæſus, cum Waldemarus quoque, qui periculum evaſerat, peteretur. Is quum eſſet epiſcopus Sleſwicenſis, per materni generis amicos Norvegios, ſtudebat coronam regni jungere mitræ pontificali. Id cum perſenſiſſet Canutus Rex, Waldemari filius, captum ſervavit, & diu maceravit in carcere, interventu tamen reginæ poſt multos annos laxatur, & ſummi Pontificis interveniente decreto, abjuravit eccleſiam Sleſwicenſem, & omnem locum, in quo ſuſpectus videri poſſet Regi: profectusque eſt Bononiam, & ibi literis vacabat, quum haberet ex patrimonio, unde viveret abundantiſſime. Eum virum cum ſcirent Canonici Bremenſes abſolutum Eccleſia ſua vivere, ſimul quod ſperarent per illum, magni ſanguinis virum recuperaturos pro eccleſia ſua Legationis honorem per regna Aquilonis, elegerunt epiſcopum. Alii tamen poſtularunt Gerardum, Oſnabrugenſem epiſcopum: ita inter duas poſtulationes res hærebat. Quumque Waldemarus decretum electionis ſive poſtulationis ſuæ ad Eccleſiam Bremenſem, per ſolennes oratores accepiſſet, profectus eſt cum illis Romam, & apud ſummum pontificem de confirmatione inſtabat. Gratulabatur ei pontifex, quod poſt eccleſiam, cui cedere cogebatur,

Eccleſ. Sleſvicenſ. abjurat.

Bononiæ literis vacabat aliquamdiu.

Cur in Archiep. Bremenſ. fuerit electus.

Confirmationem Romæ flagitat.

ur-

inveniſſet digniorem: nec feſtinabat confirmare, ſuſpicatus, eſſe in itinere, qui aliud nunciarent. Venit Cancellarius regni, amiſſis in itinere literis, in curſu latronum, ſed verba oppoſuit Waldemaro, ab illo præſtitum juramentum, quod in nullo loco, quo Regi ſuſpectus videretur, conſiſteret. In Brema autem ſuſpectiſſimus eſſet, quod eſſet ille locus inſidiandi regno opportuniſſimus. Itaque cum cerneret ſe Waldemarus nihil in urbe profecturum, abiit inſalutato Pontifice, quum tamen eſſet juſſus, indiſcuſſa cauſa non abire. Contulit ſe ad Regem Philippum, quem ſciebat Ottoni æmulo & Danorum Regi, qui illi affinis erat, infeſtiſſimum. Cujus ope & literis & nunciis miſſus eſt Bremam, & ab eligentibus non medioeri ſuſceptus honore. In urbe, quod illicentiatus abiiſſet, excommunicationis literæ in eum decernuntur, quæ multo tempore latuerunt, nemine audente illas inſinuare. Erat ſumma Bremæ feſtivitas, forte Dedicationis & magna multitudine ad altare pro oblatione contendente, immiſcuit ſe turba, qui literas tenebat: & illas incognitus, cito manum retrahens, aræ impoſuit, in turbam amiſſus: ita patuit, cum mirantibus cunctis poſt ſacrum officium, quid literæ, unde veniſſent incertæ, continerent, Waldemarum non ſolum non eſſe confirmatum, quod prætendebatur, ſed a ſummo Pontifice etiam excommunicatum. Ita res in multam differentiam excrevit, quum Papa Gerardum Oſnaburgenſem ad hanc eccleſiam confirmando tranſtuliſſet. *Et Cap. 32.* Dux Saxoniæ Waldemarum defendit. Is erat Bernardus de Anehole, & quoniam Philippus Waldemarum adverſus Ottonem æmulum ſuum & Regem Danorum illi affinem, quærebat epiſcopari: Bernardus jam Dux Saxoniæ illum

Cancellarius Daniæ Romam miſſus, Waldemarum ſpe ſua dejecit.

Waldemarus inſalutato Papa diſcedit.

A Philippo Elect. Imp. commendatus Bremæ recipitur.

A Pont. R. excommunicatur.

Bernardus Saxon. Dux Waldemarum defendit.

 armis

armis adjuvit. &c. *Cap. 36.* Gerardus, Osnaburgenſis epiſcopus, ad ſedem Bremenſem eſt translatus, licet plurimum illi laborem creaverit Waldemarus, Sleſwicenſis primum epiſcopus, quem initio Rex Daniæ detrudere, poſtea etiam in Epiſcopatu illo Bremenſi defendere conabatur, cum ad omnia præſtaret patientiam. &c. &c. Stedingi populus paluſtris, ut magis magisque Bremenſibus adverſarentur, relinquentes Waldemarum, cui hactenus ſtuduerant, Gerardo Archiepiſcopo, & miniſterialibus ejus adhærent. &c. &c. Bremenſes malis coacti, & ipſi, ejecto Waldemaro, una cum Archiepiſcopo ſuo & Stedingis arma jungunt, Archiepiſcopum ſuum introducunt, anno decimo, poſtquam a ſummo pontifice eſt confirmatus &c. *Cap. 37.* Gerardus Waldemaro occupatori non tam ſucceſſit, quam acceſſit, illum magnis laboribus ſede ſua occupata dejiciens &c. Tertio demum anno, poſt mortem Hartvici, translatus eſt in ſedem Bremenſem, cui duras in Archiepiſcopatu partes fecit intruſus quondam Sleſwicenſis Waldemarus, per omnem enim vitam illi laborandum fuit adverſus potentem & apud Principes gratioſum adverſarium &c. *De ſuſcepta hujus rei gratia Waldemari Regis in German. expeditione, in ſuperioribus egimus.*

Waldemarus Dan. Rex, qui nuper contra, jam pro Wald. Epiſcop. militat.

Gerardus Oſnabr. Waldemaro ſubſtituitur.

Quantum potentia & apud Principes gratia valebat Waldem.

§. 14. *Confluentia, in Archiepiſcopatu Trevirenſi, patria ſua, extinctus eſt Henricus Kalt-Eyſen, Archiepiſcopus olim in Norvegia Nidroſienſis, tale ibidem nactus Epitaphium:*

Epitaph. Henrici a Kalt-Eyſen, Archiep. Nidroſienſis, Confluentiæ ſepulti.

Anno MCCCCLXV, ſecunda Octobris, obiit reverendiſſimus in Chriſto pater & Dominus D. Henricus Kaltyſen, Ordinis Prædicator. Sacræ Theolog. Profeſſor, egregius quondam Lector ſacri palatii, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, & ſanctæ Crucis prædicator,

Theolog. Profeſſor. Lector, Inquiſitor &c.

dicator, Archiepiſcopus Eccleſiarum Nydroſienſis & Cæſarienſis, filius hujus Conventus. Archiep. Nidroſ. & Cæſarienſ.

Idem epitaph. in alia parte ejusdem ſepulchri iterum paucioribus verbis reperitur hoc modo: Anno M C C C C L X V, ſecunda Octobris obiit R. D. Henricus a Kaltyſen, Ord. Præd. SS. Palatii Magiſter, Archiep. Nidroſ. & Cæſarienſ. filius hujus Conventus. Filius Coventus Prædicat. Confluentini.

Confer de Kalteyſenio noſtro (Huitfeldio audit Kaldiſen) Jacobi Echardi *Scriptores Ord. Prædicat. Lutetiæ* M D C C X I X. *Tom. 1. p. 828.* Eyſengrenio *audit Vir diſertiſſimus, non minus vita quam eloquentia ſpectatus, & Theologorum ſuæ ætatis princeps. Cætera de Vita & ſcriptis ejus compluribus Annal. Eccl. Dan. reſervamus.* Elogium. Scripta.

§. 15. *Brunsvici Petrus Parvus (eo Regem ad fœdus cum Evangelicis Principibus in eundem comitatus, ut videtur) collocutus eſt cum Matthia Lupo, Hafnia-Dano, qui Dorotheæ Reginæ a ſacris, deinde Archiepiſcopi Magdeburgenſis Suffraganeus ceremoniarum abuſu offenſus, infulam cum baculo ad Lutherum miſerat, rogans, in Reformatione pergeret. Nunc ſenex erat, diuturnum exilium deplorans.* Parvus *hiſt. Johann. Reg. Dan. p. 128.* Matthias Lupus, Hafnia Danus, Archiepiſcopi Magdeb. ſuffraganeus. Lutherum ad pergendum in reformando hortatur.

§. 16. *Servat Lubeca cineres inquieti Capitis Johannis (ſ. Jani.) Andreæ Beldenack, Epiſcopi Fioniæ, cujus Epitaphium antiqua membrana ita ſiſtit.* Anno Chriſti ex virgine geniti milleſimo trigeſimo ſeptimo viam carnis univerſæ petiit Reverendus Pater in Chriſto, Dominus Johannes Andreæ, Epiſcopus Othonienſis in Imperiali civitate Lubecenſi ſepultus die Converſ. S. Pauli. Fecit hic mirabilia in vita ſua, ejusque geſta incomparabilia maximæ patientiæ virtute in adverſa Perſonal. & Epitaphium Joann. Andr. Beldenack, Epiſcopi Othonienſis in Dan. Lubecæ ſepulti. Mirabilia & incomparabilia geſſiſſe jactatur.

adverſa fortuna ſibi superveniente corroborare aſſueverat. Et in hanc conſtantiæ declarationem poſteris ſequens reliquit adagium: Salve Patientia glorioſa victrix! Quod in eminentiori loco aureis literis ſuper portam Epiſcopalis Curiæ ſcribi fecit, omnibus prætereuntibus legendum.

Inſcript Othiniæ. Cotif. Marmor. Dan. Tom. I. l. 2.

Circa quæ ſequentia in Mſſto quodam monentur: U anſeet Huitfeld Chron. Epiſc. p. 43. beretter at Biſkop Beldenack døde 1532, kand det dog klarligen ſees af Huitfeld, Chron. Reg. p. 1122. at hand levede effter Reformationen 1536 effterſom Chriſt. 3. effter at hand hafde taget Stifftets Ind komſt --- (*nonnulla hic obliterata*) Hvor over denne Inſcriptio Lubecenſis er rettere. *Locus ille Huitfeldii ad quem hic provocatur l. cit. ita habet.* Aar 1529 oplod hand Stifftet til Knud Gyldenſtiern for ſex tuſind Gylden at erlegge til Lybke oc aarligen 5 hundert Gylden hans Livs Tid. Denne Hovedſtore blev der gelagt før Reſignatzen ſkede. Forneffnde ſens betalde ſiden Knud Gylden-Stiern og der Chriſtianus III. annammede Stifftet, lod hand ſiden erlegge ſamme genant, ſaa længe Biſpen levede Siden Drog fornæfnte Biſp til Lybke, borde der hans Livs Tid, hvor hand hafde en Syſter-Daatter boendes. Oc waar udi dette Stykke meere Lyckſalig end de andre Biſper, ſom bleve afſætte, men u-lyckſaligere udi det, hand tre gange havde været fangen. *Quoad annum emortualem conſentiunt iſta ex Adverſariis Cel.* Th. Barth. *Mſſ. Bibl. Acad. Hafn. ubi ad annum 1537:* Johannis Andreæ, Epiſcopi Ottonienſis Epitaphium ab illo ipſo conceptum & ſcriptum in pariete Theologici Le-

Huitfeldius ſibi ipſi contrarius.

Epiſcopatum Oth. reſignat.

Lubecam ad Sororem conceſſit.

Ter captus.

Aliud Epitaph. Othin.

Lectorii Eccleſiæ Ottonienſis, quo rogat Lectorem, ut necis diem adderet, quod præſtitit Georgius Vibergius Superint. Otton. concludens eum hoc anno (ſc. 1537) die B. Fabiani Lubecæ obiiſſe. *In iisdem Adverſariis Bartholinianis, multa alia de eo occurrunt obſervatu digna, v. gr. ad ann. 1629.* Bellenach Coadjutori ſuo Canuto Gyllenſtiern ſedem Othonienſem reſignat, ipſe prædio Chersdorpiano Thoſiæ inſulæ contentus. Ubi captus ab Holſatis & Porsfeldicis (*NB. neceſſariis puta Otthonis Porsfeldii, Chriſtinæ Reginæ Præfecti, mandato Beldenachii occiſi*) diros patitur cruciatus, donec ab Henrico Skeppingo, cive Lubecenſi, neptem ejus in matrimonio habente, redimeretur, apud quem conſenuit. Officialem habuerat Matthiam Petri. Ipſe ſæpius conciones infulatus habuerat (*NB. ſuperius ad ann. 1513 de eodem obſervat* Bartholinus, *quod Franciſcum Principem, & deinde Johannem, Regem Otthiniæ tumulatos pro concione laudaverit*) Lutheri doctrinam, ut ſplendore ſacrorum inferiorem contemſit. Magicas artes a prima infantia exercuit, quarum aliqua ſpecimina edidit, in quorum ſine dubio vindictam tot paſſus eſt calamitates. Symbolum ejus apud Cranzium Ser. Epiſcopor. Otton. *Et poſtea ad Ann. 1533.* Verſus de captivitate Joannis Andreæ Epiſcopi Othonienſis in Thoſingia per Holſatos capti, ab illo ipſo deſcripti & compoſiti. *Reliqua, quæ de hujus Viri ſive infimis natalibus, ſive fœcundo ingenio, & comparata apud Italos alibique non mediocri Politices inprimis ac Jurisprudentiæ eruditione, cum pari eloquentia conjuncta, ſive fatis memorabilibus in utroque Epiſcopatu, Othonienſi in Dania, ac Aroſcenſi Svecano, cui eum præfecerat Chriſtianus II, aliisque ejus perſonalibus ſat curioſis, longa ſerie*

Moritur Lubecæ.

Captus in Thorſingia.

Porsfeldius juſſu Beldenáchii occiſus.

A Skeppingo Lubecenſi, neptis ſuæ marito, redemtus.

Lutheraniſmi contemptor.

Magia infamis.

Symbol. ejus.

Carmina de captivit. ejus ab ipſo compoſita.

Obſcuri natales.

Eruditio & Eloqu.

Epiſcopus aliquamdiu in Svecia.

dici poſſent, in Annalibus Eccl. Dan. brevi proditu-ris, locum opportuniorem inveniant.

Perſonal. & Epitaph. Georgii a Schotborg, Archiepiſc. Lundenſ. in Dan. Coloniæ Agrip. ſepulti.

§. 17. *Epiſcopo huic Othonienſi jungimus Archi-Præſulem quondam in Dan. Lundenſem, Georgium Schotborg, ex Cimbriæ Septentrionalis Nomarchia* Skodborg-Herred, *juxta amnem Schodburgicum, ut videtur, oriundi, cujus epitaphium viſitur Coloniæ Agrippinæ, in Sacello ædis S. Gereonis, lapidi albicanti inſculptum:*

Anno Domini 1551, die 5 Decembr. obiit Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dnus Georgius a Schotborg, Archiepiſcopus Lundenſis in Dacia, Canonicus hujus D. Gereonis, hic ſepultus.

Ob juſtitiæ dedefenſion. exul dicitur.

De Schotbogio *noſtro ita* Mersſæus *Catalog. Elector. Eccleſiaſticor. Cap. 3. p. 1473.* Georgius a Schotborg, Lundenſis Archiepiſcopus, ob juſtitiæ defenſionem exul, Coloniæ hoſpitio exceptus eſt a Johanne Rinckio, qui dixit de eo, quod fuerit ſibi & ſuis exemplo. Factus tandem Canonicus D. Gereonis, ſub Hermanno ordines ſacros contulit. Obiit 1551 d. 15 Decembr. *Vid. Chronic. Chronicor.* Gualtheri *Tom I.* Magnus Matthiæ *noſtras, in Ser. Ep. Lundenſ. inter alia hæc habet:* Georgius Schotborg, Archiepiſcopus Lundenſ. a Clemente PP. VII. Romæ conſecratur ad interceſſionem Friderici Regis. Sed Rex mutata voluntate, in Achonem Sparre, amicorum interventu, factus propenſior, Achonem Clementi commendavit. Acho itaque quiete Archiepiſcopatum obtinuit, ſine conſecratione tamen Pontificis. Schotborg in Daniam redire non auſus, Coloniam ivit, vbi tandem in album Canonicorum D. Gereonis adſcitus, ibi anno 1551 obiit, & cum

Elog. ejus.

Canonicus D. Gereonis factus Coloniæ.

Inauguratus Romæ.

Acho Sparre illi ſubſtituitur in Archiepiſcopatu.

Schotborg in Dan. redire non auſus.

cum inſcriptione ſepultus. *Author eſt* Huitfeldius *Tom. 7. p. 123. Chriſtophorum, Epiſcopum Bremenſem, Lubecenſes, Henricum Ducem Megapolitanum, Hamburgenſes & Cardinalem S. Euſtachii interceſſorias pro Schotburgio, ſed fruſtra ad Regem dediſſe literas, cum Rex jam in Achonem Sparre propenſior eſſet.* Svaning. *in Hiſt. Chriſt. II. p. 211.* Schotborg Romæ conſecratus, cum Chriſtiani II literis in patriam rediit, quas Regi Othoniæ monſtravit. Sed interim amici Agonis ipſi minis hoſtilitatem denunciant, unde perterrefactus Othoniæ, in Cœnobium D. Canuti ſe abdit, unde clam diſcedens Romam repetit. *Subjungente in Adverſariis Cel.* Bartholino: Svaningius hæc contigiſſe vult anno 1522, regnante Chriſtierno & Julio Papa, ſed impoſſibilia hæc ſunt, neque verius quod addit, Julium Papam eum conſtituiſſe Vicarium Colonienſis. *Idem* Svaningius *pag. 207.* Schotborgius in Brabantia Chriſtierno Regi reconciliatus, cum vitæ ſuſtentationem non haberet, ad Carolum V abiit, a quo Hoſpitale 4 Sanctorum coronatorum accepit, factus deinde Archiepiſcopi Colonienſis Vicarius. *Hermanni de Weda Colonienſis Archiepiſcopi Vicarium fuiſſe, docet verſus apud* Gelenium *Colon. Agripp. libr. 1. p. 51.* Huitfeld. *in fol. p. 1321.* Denne Schodborg bleev ſiden Biſpens Suffraganeus til Cellne oc Cannick ad templum Apoſtolorum, *id quod videtur repugnare Epitaphio, ubi D. Gereonis Canonicus dicitur, niſi binis forte Canonicatibus functus fuerit.* Laurentius Surius *in ædibus Schotborgii Coloniæ aliquamdiu habitavit, teſte Vita Surii, præfixa Vitis SStorum Cauſa exilii ejus hæc erat, quod Regi Chriſtierno II inſulam Bornholmiam tradere nollet, hinc Anno 1521, extorris factus, diu ſumma cum laude Coloniæ*

Varii pro Schotborgio apud Regem intercedunt, ſed fruſtra.

Chriſt. II. exul. Schotborgium commendat Danis.

Svaningius notatus.

Schotborgius Archiepiſcopi Colonienſis Vicarius factus.

Canonicus ad ædem Apoſtol.

Surius Schotborgii hoſpes Coloniæ.

Cauſa exilii.

Coloniæ vixit. *Vid* Surium *Append. ad* Naucler. *p.* 567 & Chytreum *Saxon. p.* 268.

Epitaphium Canuti Schram, Nob. Dan. Witebergæ.

§. 18. *Witebergæ in templo parochiali ſepulturam nactus eſt Nobilis Danus, Canutus Schrammius, anno 1566 defunctus, cujus epitaphium ita ſiſtit* Balthaz. Mencius *in Syntagmate Epitaphior. Witebergenſium Magdeb. 1604. libr. 2. p. 55.*

Filius Petri Schram, Equ. Aur.

Epitaphium Nobiliſſimi Adoleſcentis Canuti Schrammii, Petri Schrammii, Equitis Aurati, Filii.

Natus in Scania.

Elogia Patris Dan. Archithalaſſi inclytiſſimi, de quo vid. marm. Dan. Tom. 2. libr. 5.

Mater ejus e gente nob. Crabbe.

Qui ſatus eſt celebri Canutus ſtirpe parentum
Qua Daniæ tractus Scandia nomen habet.
Hic lue continuæ febris conſumptus, ut ævi
Vix egreſſus erat bis duo luſtra, jacet.
Huic pater in procerum conventu & corpore regni
Præcipuo poſitus, jura dat æqua loco.
Vtilis & belli, rebus terraque marique
Auratique Equitis nomina clara gerens.
Illuſtris regni columen, ſplendorque decuſque eſt,
A cujus pendent optima conſiliis.
Inque mari ſummam rerum concredidit illi
Rex Daniæ, Genitor, Rex Friderice, Tuus.
Præfectusque Tuæ claſſi Tibi ſæpe probavit
Virtutem ingenium, fortia corda, fidem.
At Matrem pietas commendat & ardor honeſti,
Et morum gravitas, & ſine labe pudor.
Hæc quoque præcipue Crabborum ſtirpe creata,
Condecorat morum nobilitate genus.
Semina virtutum ducens ab utroque parente,
Augebat ſtudiis filius illa bonis.
Et Phyliræ ludum viſit, quemque alluit Albis.
Nobilis ingenio moribus, arte, fide.

Jam-

Jamque nova intulerat domui ornamenta paternæ
Et patriæ rebus ſpes nova factus erat.
Cum mors atra tulit juvenem, quem tempore nullo
Paſſa foret virtus ingeniumque mori.
Nunc procul a patria jacet, aſpectuque parentum
Cui cœlum patria eſt & pater ipſe Deus.

Obiit die ultimo Junii Anno Chriſti MDLXVI, ætatis ſuæ XXI. Obitus & ætas.

CANVTVS SCHRAM. Danus.

§. 19. *Ibidem in Cœmeterio, vulgo Campo Sancto extra portam Elyſtram teſte eodem* Mencio. Epitaphium Petri Ranzovii Frid. II. Dan. Regis Conſiliar. intim. Witebergæ ſepulti.

Epit. PETRI RANZOVII, Equ. Holſati.

Petrus Ranzovius, Goſcii filius, Anthonii Nep. Dominorum in Nyenhouæ, &c. Dominus & Hæres in Trojeburg, Arensburg & Schirenſee. Vir ſupra nobiliſſimi generis amplitudinem, maturæ prudentiæ, eximiæ eloquentiæ, dignitatis & omnium præſtantium virtutum laude præcellentiſſimus, inclyti Regis Daniæ, Friderici II, quondam Conſiliarius præcipuus, & arcis Flensburgicæ per annos viginti præfectus digniſſimus, in diverſis ad Germanici Imperii Electores & Proceres ſuſceptis Legationibus, atque in graviſſimis & ad publica patriæ commoda directis negotiis omnium bonorum approbationem promeritus. Variis Legationibus clarus. Arcium Trojeburg & Arensburg, ædis ſacræ elegantiſſimæ forma exædificatæ & adjunctarum duodecim habitationum, ad pios uſus, & perpetuis reditibus annuis, ad ſublevandam ærumnoſorum ſenum inopiam, in pago Woldenhorn Fundator, Templi itemque Trojeburg Reſtaurator munificentiſſi- Nec minus piis legatis. Templorum fundator & reſtaurator.

tiſſimus. Haderslebii A.C. M D. X X X V. die Anthonii in lucem editus. Conjugum duarum, prioris Catharinæ von Damme, Ottonis in Scheſtet, poſterioris Margarethæ Ranzophiæ, Pauli in Siggen FF. maritus, cum vixiſſet annos L X V I I, menſes V I I I, dies x, in arce Arensburg placido & beato fine vitam in terris clauſit. Ann. noviſſ. temp. M D C. I I. die Sept. X X V I I.

Conjuges binæ Dammia & Ranzovia.

Obitus.

Nobile nobilium decus & laus ſumma virorum
Exſuperans morum nobilitate genus.
Petrus & ingenio præſtans Rantzovius acri
Clarus & eloquio conſilioque fuit.
Magnarum ſpecimen virtutum, gloria ſecli,
Patris honos, matris fama, corona Domus.
Qui ſibi conjugii Catharinam fœdere Dammam
Junxerat, hanc citius ſed revocante Deo.
Margariden duxit Rantzoa ſtirpe creatam,
Proſper utroque toro, munere, Chriſte, Tuo.
Publica privatis qui commoda prætulit actis,
Præſtans præſtantes inter habere locum.
Patris amor, patriæ Friderici Regis & auctor
Conſilii, patriæ creſceret unde ſalus.
Bis duo luſtra videns Flensburgæ ſtrenuus Arcis
Præfectus, geſſit munia magna Dei.
Sæpius Imperii Proceres Legatus adivit,
Et ſpectata fides integritasque viri eſt.
Debet Arensburgæ Troiæburgæque celebris
Splendor huic nitidi quicquid honoris habet,
Ceu quoque forma ſacræ, quæ pulchrior emicat ædis,
Tecta bis atque uſus addita ſena pios.
Perpetuosque ferens reditus ſors promta quotannis
Ærumnoſorum fata levare ſenum.

Sunt

Sunt alii teſtes, eſt Woldenhornia teſtis:
  Talem Heroa mori grata Camœna vetat.
Quid melius majusve poteſt contingere mundo
  Cognitione Dei, cognitione ſui.
Et meritis in templa, inopesque focosque paternos?
  Veram viva viam ſternit ad Aſtra fides.
Vere felices igitur vereque beatæ
  Divitiæ, quarum laus ea, ſplendor, honos.

Johannes Frederus. D.

PETRVS RANZOVIVS
per
διαλογισμὸν ἀναγραμματιζόμενος.
Per Zonas tu? Virtus.

Inclyta belliſonum Cimbrorum gloria: nomen
  Qui geris ex atavis, nobile Rantzoviis;
Dic, age cum vitam mutaris morte, remotas
  Per Zonas celebris tu tamen usque voles?
Expediam: in terris mea vivit inobruta virtus
  Et Zonas ultra & ſolis utramque domum.
At tu, qui tranſis virtutem extendito factis,
  Æternat virtus cum pietate viros.

Johannes Poſſelius.

§. 20. *Heidelbergæ in templo Petrino tale epitaphium contigit Joanni Rantzovio, magni iſtius Henrici filiolo.*

Epitaph. Joannis Rantzovii, Henr. F. Heidelbergæ in Æde D. Petri.

Siſte gradum quisquis tranſis hac ſorte viator,
  Vt diſcas mortis triſtia fata meæ.

Ego Johannes Rantzovius, infelix puer, Henrici Rantzovii, Regis Daniæ, tam in Ducatu Holſatiæ & Sleſvicenſi, quam Diethmarſienſi Gubernatoris filius,

Heidelbergam literarum gratia miſſus.
Comes Frid. & Philipp. Princip. Holſ.

filius, in hanc urbem literarum gratia cum Ducibus Holſatiæ D. Friderico & Philippo miſſus, peſte correptus, & paulo poſt in vera invocatione Dei Anno 1582 Octob. 17. mortuus, ac ſine ceremoniis veſpere, eodem die, hic ſepulturæ datus, & ſic humana ope deſtitutus, a Deo autem ex hac mortali vita, ad perpetuam immortalitatem evocatus, in patriam cœleſtem locatus, & a parente triſtiſſimo hoc monumento donatus, reſurrectionem mortuorum & reparationem omnium rerum exſpecto:

Monumentum a patre excitatum.

Durum eſt extra patriam mori.
Hic ego Ranzoa prognatus ſtirpe Johannes
Mortuus humana conditione cubo.
Cimbria me genuit, ſed non poſt fata recepit,
Sicque peregrina ſum tumulatus humo.
Hanc me pertraxit ſtudiorum fervor ad urbem,
Principibusque comes, nobilibusque fui.
His licuit cunctis ad patria rura reverti,
Vnum me reducem noluit eſſe Deus.
Sed bene! mens etenim cœleſti ſede recepta.
Viſitat æternæ docta Lycea ſcholæ.
Corpus humus tegit exanimum, dum ſuſcitet illud
Extremi Chriſtus tempore judicii.

Epitaphium Nicolai Rantzovii, infelici venatione exſtincti, Caſſellis Haſſorum.

§. 21. *Caſſellis Haſſorum legitur epitaphium Nicolai Rantzovii ſatis elegans:*

Rantzovii præſens Nicolai contegit oſſa
Solenni ritu ac more ſepulta, locus.
Principis Heſſorum Guilielmi vixit in aula,
Cui placuit ſtudio, moribus atque fide.
Venandi ſtudium nimis infeliciter ipſi
Ceſſit & heu! mortis cauſa relicta fuit.
Nam perimens aprum, frendente peremptus ab apro eſt,
Suntque dati letho ſic vir aperque ſimul.

Ab apro lethaliter vulneratus.

Miran-

Mirandum fuit hoc, quo conflixere, duellum,
Neuter erat victor, victus uterque fuit.
Obiit Anno M. D. LXXXIII.

§. 22. *Praga in Bohemia requieſcit immortalis ille Daniæ Atlas, & ſuper æthera florentiſſima fama notus Aſtronomus, Heros Generoſiſſimus, Tycho Brahæus, cujus ibidem conſpiciuntur, vexilla, galea, ſcutum, framea, Parazonium & calcaria, in templo ſuſpenſa & parieti non procul a loco ſepulturæ affixa cum hac inſcriptione:* Perſonalia & Epitaph. Eminentiſſimi Aſtronomi, Herois Generoſiſſ. Tychonis Brahæi, Dani, Pragæ Bohemorum ſepulti.

Poſt vitam funus, rurſum poſt funera vita:
Naſcendo morimur, moriendo vivimus.

Hinc obverſatur marmoreum, in prima extra chorum ad dextram columna, monumentum, Brahæo noſtro, ejusque conjugi, Chriſtinæ, erectum. Inſcriptio ejus, quam Pragæ olim exſcripſit M. Jacobus Bircherodius *SS. Theol. in Gymn. Othin. Lector, ita habet:* Monument. marmoreum.

Eſſe potius quam videri.

Illuſtris & Generoſus Dominus Tycho Brahe, Danus, Dominus in Knudſtrup, Arcis Vraniburgi, in inſula Helleſponti Danici Hvenna Fundator, inſtrumentorum Aſtronomicorum, qualia nec ante ſol vidit, ingenioſiſſimus idemque liberaliſſimus inventor & inſtructor, antiquiſſima nobilitate clarus, ſua auctior, animo quæcunque cœlo continentur, immortali gloria complexus, Aſtronomorum omnis ſeculi longe princeps, totius orbis commodo, ſumptibus immenſis, exactiſſimas intra minuta, minutorumque partes, triginta amplius annorum obſervationes mundo primus intulit, affixa ſidera intra minutum ejusque ſemiſſem reſtituit: Hiparchi ſolius ab Inſcriptio. Vraniburgi Fundator. Aſtronomorum Princeps. Inventa Mathematica.

orbe condito vel Diis improbos in octava duntaxat gradus parte conatus longiſſime antegreſſus: Utriusque luminaris curſum exquiſite reſtauravit, pro reliquis erraticis ſolidiſſima Tabularum Rudolphaearum fundamenta jecit. Mathematicarum rerum peritis inveteratam Ariſtotelis & aſſeclarum, doctrinam de ſublunari Cometarum novorumque ſiderum ſitu demonſtrationibus invictis exemit, novarum Hypotheſium Auctor, in Spagyricis & univerſa Philoſophia admirandus. Evocatus ab invictiſſimo Rom. Imperat. Rudolpho II, mira doctrinæ & candoris exempla dedit. Ne fruſtra vixiſſe videretur, immortalitatem etiam apud Antipodes Scriptorum perennitate ſibi comparavit, planeque qualis eſſe, quam haberi maluit, nunc vita functus æternum vivit. Ejus exuvias, uxorisque, triennio poſt defunctæ, Hæredes liberique ſacro hoc loco compoſuerunt. Obiit quarto Calend. Novembr. Anni Chriſtiani Dionyſiaci M D C. I. ætat. ſuæ L V.

Summus Philoſophus. Ab Imp. Rudolph. II. evocatus. Eruditio ejus & candor. Vxor Chriſtina ibidem ſepulta.

Non Faſces nec opes
Sola artis ſceptra perennant.

Monumenti hujus inferior pars effigiem Tychonis integram, hac inſcriptione cinctam, refert.

Anno Domini M D C. I. die X X I V Octobris obiit illuſtris & generoſus Dominus Tycho Brahe, Dominus in Knudſtrup &c. Præſes Vraniburgi, & ſacr. Cæſar. Majeſt. Conſiliarus, cujus oſſa hic requieſcunt.

Item:

Jamdudum ſurſum, nunc primum ſpecto deorſum
Deſpiciens mundum ſuſpiciensque Deum

Vitam magni hujus viri fuſe Gaſſendus, *compendioſe* Reſenius, Mollerus *&* *Beatus* Hojerus *ſcripſere,*

quo-

quorum ultimus in Compend. hiſtor Dan. p. 298. Die vornehmſten Umſtände ſeines wunderlichen Lebens ſind dieſe. Er war 1546 in Schonen, aus einem ſehr alten Geſchlecht gebohren, in ſeiner zarten Jugend ward er ſeinen Eltern, ohne ihr Wiſſen, von ſeinem Vater-Bruder weggenommen, und zum Studiren angehalten, da er nun in Leipzig, Wittenberg und Roſtock Jura ſollte ſtudiren, fiel er gegen ſeiner Verwandten und ſeines Hofmeiſters Willen auf die Aſtrologie, darinn er es denn auch allen Aſtrologis, weit zuvor gethan hat. Zu Roſtock hieb ihm ein Däniſcher Edelmann von Pasberg, das äußerſte ſeiner Naſe im Duel weg. Hierauf durchreiſete er Deutſchland und Italien, und ward 1574 von Friderico II. zum Profeſſore Aſtrologiä zu Copenhagen verordnet, da er ein Bauer-Mädgen aus ſeinem eigenen Dorfe, Chriſtine genannt, heyrathete, und dadurch ſeine Familie heftig offendirte. Hierauf gieng er wieder nach Deutſchland und Italien, und lebte einige Zeit am Caſſelſchen Hofe, wo der Land-Graf Wilhelmus VI. ein großer Aſtronomus war, ja Brahe war gar entſchloſſen, zu Baſel ſich beſtändig nieder zu laſſen, wo nicht Fridericus II. ihn 1526 mit Einräumung der Inſul Huen, und andern wichtigen Gnaden-Bezeigungen, zurück gehalten hätte. Da er denn in Uraniburg auf Huen, mit etlichen Studioſis, die er ſelbſt hielt, die Aſtrologie und Chymie fleißig excolirte. Bis ihm der Reichs-Hofmeiſter Chriſtophorus Walckendorf, unter Chriſtani IV. Minderjährigkeit, ſeine Revenuen nahm, worauf er von Huen 1597 nach Copenhagen gieng, und wie Walckendorf ihm auch da verbot, auf dem Stadt-Thurm aſtrologiſche Obſervationes zu machen, gieng er daſſelbe Jahr nach Wandersbeck (*al.* Wandesburg,) bey Hamburg (welches Gut damals dem gelehrten, und

Natus in Scania, ex perantiqua nobili gente oriundus.

Lipſiam, Witebergam & Roſtochium miſſus, ut ſtudio Juridico incumberet.

In Aſtronomiam propenſior.

Duellum Roſtochii cum nob. Dano Pasbergio.

Profeſſ. Aſtrolog. Havn.

Puellam ruſticam uxorem ducit.

Aliquamdiu in aula Caſſelenſi vixit.

Baſileæ larem ponere ſtatuit.

Inſula Huena ipſi a Frid. II. Dan. R. collata.

In Arce Vraniburgica Aſtrologiam & Chemiam excoluit.

In minorennitate Chriſt. IV. reditibus ſuis privatur.

Walchendorphius ipſi adverſatur.

Wandesbecam ad Ranzovium conceſſit.

 in

in der Aſtronomie auch verſirten Henrico Ranzovio gehörte, welche beyde ſehr gute Freunde und ein Wunder ihrer Zeit und Zierde des Nordiſchen Adels waren.) 1598 aber zum Kayſer Rudolpho II. der ihm jährlich 3000 Ducaten ſchenkte, und ein ſchön Haus zu Prage, auch ein Adelich Gut gab, endlich ſtarb er 1601 zu Prage, an einer Krankheit, die er ſich ſelbſt durch eine unzeitige Zurückhaltung des Urins, auf einem vornehmen Gaſtmahl zugezogen hatte, ungeachtet er, der gemeinen Sage nach, ſich ſoll prophezeyet haben, er werde an dem Tage in groſſer Waſſers-Noth ſein Leben zuſetzen. Er iſt ein groſſer Aſtronomus, Medicus, Chymicus und der Lateiniſchen Sprache ſehr mächtig geweſen. Wie renommirt ſeine Aſtrologie geweſen, zeigen die vielen von ihm hin und her zu findenden Erzehlungen, ſo wol als die in Dännemark beſchrienen Tycho Brahes Tage, welche er der gemeinen Sage nach, als unglücklich und fatal ſoll aufgezeichnet haben, die auch noch von vielen aberglaubiſchen Leuten genau beobachtet werden. *Conferatur Ampliſſ.* Holbergii *Hiſtoria regni Dan. ubi docet, odium iſtud, quo in Tychonem exarſerat Walckendorphius, quodque tanto patriam viro privavit, inde contractum, quod moloſſi, ab Jacobo, Scotiæ Rege, Brahæo donati, Walckendorphium, cum Tychonis in Huena, quo Regem anno 1592 comitatus erat, intraret Muſeum, acrius inſultaſſent, orta inde rixa ob vulnera per ſequacem Brahæi canem excitata.*

Inde ad Rudolph. II. Imp. Stipendium ejus annuum.

Prædictio de ſuo ipſius obitu.

Dies atri vulgo Tyge Brahes Dage ſ. Dies Tych. Brahæi. Cauſa exilii. Tychonis.

Jacobus Scotiæ Rex, Brahæo binos moloſſos miſerat, a quorum altero vulneratus fuit Walckendorphius.

Ex Tychonis ad patriam Elegia Wandesburgi 1597. ſcripta, iſta habe:

Elegia ad patriam.

Dania, quid merui? quo te mea patria læſi
Usque adeo, ut rebus ſis minus æqua meis,
Scilicet illud erat, tibi quo nocuiſſe reprendar,
Quo majus per me nomen in orbe geras.

Dic

Dic age, quis pro te tot tantàque fecerat ante,
Ut veheret famam cuncta per aſtra tuam?
&c. &c.

In patria latui, toto fere cognitus orbe,
Ut multos alios delituiſſe liquet. &c.
Quantas ſuſtinui curas, impendia quanta
Ut fieret celſum, quod meditabar, opus?
Quam multis etiam Sophiæ myſteria pandi,
Quos alui longum ſumptibus ipſe meis.
Pluraque prætereo, vereor quæ dicere cuncta,
Ne proprias laudes enumerare ferar.
Pro quibus, o ſuperi! mihi gratia reddita talis,
Sex ego cum natis matreque ut exul agam,
Sum tamen haud exul, libertas obtigit ampla,
Exilium in patria verius ante tuli &c.

Merita ſua jactat.

Studioſos varios domi aluit, & in Aſtronom. inſtituit, quos inter celebris ille Longomontanus.

Cum uxore & ſex liberis exul.

Item illa, quibus minorennem Regem Chriſtianum VI. prorſus excuſatum ivit:

Dania ſed, fateor, ſatis excuſabilis in ſe eſt,
Condolet & propriis ingemit ipſa malis,
Tu quoque magnanimi Friderici heroica proles
Inſcius hac culpa, Rex generoſe, vacas.
Invitisque aliis, animus quibus integer, iſta
Fiunt: Di faciant non mage prava ſequi.
Sunt aliqui pauci, quibus haud tamen ipſe nocebam,
Qui mihi qua poſſunt arte doloque nocent.
Hi valeant meritisque ſuis quæ digna reportent,
Vindicis ut ſtatuent juſſa verenda Dei.

Dania per ſe inſons.

Regem minorennem excuſat.

Alluditur ad Walchendorphium &c.

Extant Mſſta. Litteræ Brahæi vernaculæ, Roſtochio die 10 Julii 1597 ad Regem datæ, abitum ſuum longa querelarum ſerie Hafn. 8 Octobr. Ao. 1597 excuſaturæ, ut & Chriſtiani Regis reſponſoriæ, non ſine ſtomacho ſcriptæ, ubi inter alia in Brahæo improba-

Litteræ Brahæi ad Reg. Chriſt. IV.

Regis reſponſoriæ.

tur, quod apud exteros Principes artis ſuæ ſubſidia quæſiverit, quaſi Rex & Regnum Daniæ usque adeo ad incitas eſſet redactum, ut nihil domi exſpectaretur opis, ſtipesque foris roganda foret, taxatis ſimul nonnullis, queis Brahæus in epiſtolis ſuis de Divo Friderico II. uſus eſſet, locutionibus, additisque minis, ni iſtiusmodi calami licentia in poſterum abſtineret. Quodſi vero Regii Mathematici muneri reddi optaret, partibusque ſuis rite fungi promitteret, Sacræ Reg. Majeſtat. gratiam illi non defuturam.

In Daniam denuo invitatur.

Loca a Tychone in Bohem. inhabitata.

Reſenius, *in Synopſi Vitæ Tychonis Brahæi, inter alia*: Cæſar Rudolphus II. maxima humanitate illum excipiens, illi fecit in annuam penſionem a die vocationis tria aureorum millia, oblatis ipſi ſtatim pro introitu duobus mille aureorum, & addixit illi ejusque hæredibus prima occaſione inſigne feudum ac domum intra urbem Pragam, deduxitque eum Barvicius, Imperii ſupremus Secretarius, in Jacobi Curtii S. R. I. Procancellarii ædes perамplas, & magnifice extructas, in Retſchini, prope Arcem ſitas, quas 20000 Daleris æſtimabant, quæ ejus exercitationibus Aſtronomicis & Chymicis accommodatæ fuere. &c. Præterea eodem anno (*ſc. 1599*) ex Arcibus domibusque extra urbem Pragenſem tres ſplendidiſſimæ fuerunt, quarum Cæſar Tychoni optionem dedit: Una Brandiſium, altera Lyſſa, tertia Benatica, ſingulæ non uno die dieive dimidio ab urbe diſtantes. Has ſub Maji finem, concomitante Capitaneo Præfectoque Brandiſii inviſit, Benaticamque commodiorem ſibi viſam prætulit, quam Bohemorum Venetias ob amœnitatem eſt interpretatus, in cujus poſſeſſionem juſſu Cæſaris, per dictum Capitaneum ſub diem Aug. 20 eſt immiſſus, ibique ab eo ſumptibus Cæſaris novum obſer-

Ædes Curtianæ Tychonem excipiunt Pragæ.

Trium arcium optio data.

Arcem Benaticam elegit. Bohemorum Venetias vocavit.

obſervatorium pro obſervationibus aſtronomicis, novumque Laboratorium pro exercitiis ſpagyricis eſt erectum. *Et poſt nonnulla:* Pertæſus incommodorum Benaticæ commorari amplius in ea arce non ſuſtinuit. Sedemque itaque ſuam, inſtrumenta, totamque familiam transtulit aſſenſu Cæſaris Ao. 1600 in hortos Cæſaris, ædesque Regiæ adjacentes, Pragæ ſitas &c: Anno vero inſequenti 1601. die Febr. 25 migravit inde in ædes Jacobi Curtii a Senftenau, quas Cæſar in ejus uſum ex Curtii vidua redemit. *In ſequentibus deſcribitur Pompa funebris longe magnificentiſſima. Ad poſtremum nonnihil addendum de liberorum Tychonis in Bohemia fortuna. Tycho Brahe junior Ao. 1604 in matrimonium duxit fœminam Miſnicam, genere nobilem, Nobilis cujusdam Boëmi, cognomine Ratiſchi, relictam viduam, ex qua nati ſunt duo liberi. Filia nomine Matris Tychonis & Matris uxoris Chriſtina Barbara vocata, & filius Ottho Tycho, nomine Tychonis Patris & Avi appellatus. Georgius in Bohemia Ann. 1616 degebat, ibidemque nobilem duxit virginem, amplasque habuit divitias. Elizabetha Pragæ Franciſco Ganſnes Tegnagelio nupta eſt, peperitque tres liberos, Ideam, Catharinam Vindeliam & Rudolphum Tychonem, Annoque 1608 tempore vernali fuit gravida. Is Tegnagelius aſtronomiam ſub Tychone excoluit, & fuit nobilis literisque humanioribus perpolitus, qui Pragæ commoratus Cæſareæ Bibliothecæ Præfectus, & ſuo merito, & in Tychonis memoriam inter Conſiliarios Cæſaris adſcitus, & Legationibus aliquod in Angliam & Friſiam illius nomine perfunctus eſt &c. Ceciliæ Brahææ Nuptiæ apparabantur Anno 1608, poſt feſtum Paſchatos nupturæ Baroni cuidam teſte Magdalena Brahæa, in Epiſt. ad Longomontan: Vide* Reſen. *l. cit.*

Obſervatoria & Laboratoria ipſi erecta.

In hortos Cæſaris migrat.

Inde denuo in ædes Curtianas.

Fortuna liberorum & poſterorum Tychonis in Bohemia.

Tycho Brahe Junior & Georgius Brahe filii.

Elizabetha & Cæcilia Brahææ, gnatæ.

Coronidis loco adjicimus Diſtichon Chronologicum, annum, menſem, diemque obitus oſtendens:

Chronodi-ſtich. in obit. ejus.

oCtobrIs VIſa Vt LVX VICeſIMa qVarta,
aVLa ſVbIt CoeLI te generoſe TyCho.

Perſonalia quædam Cornificii ab Vhlefeld, in exilio extincti, & prope Neoburgum ad Rhenum ſub dio ſepulti. Prava ejus de tollendo Rege conſilia. Regnum Daniæ Electori Brandeburgenſi offert.

§. 23. *Credidit Germaniæ cineres famoſus proditor Cornificius ab Vhlefeld, qui ſecundus a Rege eſſe non contentus, niſi ipſe Regium ſcanderet faſtigium, de tollendo Rege nefanda machinatus eſt conſilia, qua portentoſa adeo regni captandi ſpe dejectus, proditore per meretricem Dinam prodito, exilium ingreſſus eſt, ubi tandem, quod ipſe aſſequi deſperabat, Daniæ diadema, magnanimo Brandeburgenſium Electori, Friderico Wilhelmo, opera ſua aſſequendum obtulit; quod cum Elector, deteſtandam proditoris benevolentiam deteſtatus, Friderico Regi mox detexiſſet conſilii, ſceleratusque ad condignum ubique quæreretur ſupplicium, una cum tribus filiis Baſileam perſonatus conceſſit, juniorum horum Batavorum (ita fingebatur) ſe Præceptorem profeſſus, cum autem maximus natu filius, æſtu altercationis inter ipſum & alium nobilem ortæ, ſe quoque nobilem famoſisque majorum imaginibus non inferiorem jactaſſet incautus, pater, deſperata ſecuritate, morbo licet correptus, navem ſolus conſcendit, Argentoratum cogitans, in quo itinere Rhenano, civitatem Neoburgenſem, milliaris ſpatio prætervectum, Ao. 1664 in Februario mors invaſit ſexagenarium, poſtquam jam in limine mortis conſtitutus ſe revelaſſet nautis, qui morientem frigida fruſtra reficientes, defuncti cadaver Monaſterio Neoburgo imminenti intulerunt, unde mox filii ablatum, detractis gemmis, ſub campeſtri arbore, ne effoſſum contumeliæ pateret, remotis arbitris, ſepelierunt. Vid. Illuſtr* Andr. Hojer.

Dän-

Dännem. Geſchichte *p. 481. Ex variis proditionem Uhlefeldianam concernentibus ſcriptiunculis, partim Hafniæ, partim alibi publicatis, hiſtoriam Uhlefeldii nobis ſiſtit* Eraſmus Franciſci *in opere, quod inſcribitur:* Der zweyte Trauer-Saal ſteigender und fallender Herren oder Auf- und Untergangs der Großen. Andrer Theil Nürnberg 1673. Die XLIII Geſchicht von Graf Cornifitz Uhlefeld, Däniſchem Reichs-Hofmeiſtern. *Ex paragraphis ultimis XXX & XXXI. pag. 1154. ſequentia hic veniunt adſcribenda:*

Was aber den Uhlefeld belangt, weil derſelbe, für dem langen Arm des Königs, nirgends ſicher war, hoffete er in der Schweiz, am füglichſten ſich zu bergen: hat auch zu Baſel, mit dreyen Söhnen und einer Tochter, unter verdecktem Namen, lange Zeit heimlich ſich aufgehalten, und für einen Hofmeiſter etlicher Niederländiſcher Edelleute ausgegeben: Bis endlich, zwiſchen ſeinem Sohn, und einem Züricher ſchen Hauptmann, ein Streit-Handel entſtanden, und dadurch lautbar worden, wer ſie wären. Von der Zeit an, wollte der Alte weder dieſem Ort noch einigem Menſchen länger trauen: ſondern machte ſich fort; wiewol mit krankem Leibe; angemerkt er an der Bruſt-Seuche ſchwer laborirte: dingete ein Schifflein, für ſich, und fuhr damit, ohne Begleitung jemands der Seinigen, allein den Rhein hinunter. Nachdem er aber nur etliche Meilen hinab geſtoßen; hat er nahe bey dem Städtlein Neuburg am Rhein, ſein mattes und betrübtes Herz mit einem Trunk Waſſers aus dem Fluß ein wenig erquickt, bald darauf die einige Arzeney ſeiner Schmerzen und das Ende ſeiner Mühſeligkeit, den Tod gefunden, im Hornungs-Monath des 1664 Jahrs. Den verblichenen Leichnam

Exul in Helvetiam ſe recipit.

Baſileæ cum liberis aliquamdiu perſonatus vixit.

Inopina caſu proditur.

Baſilea ſolus aufugit.

In itinere Rhenana moritur.

Defuncti cadaver a remigibus ad Monaſterium vicinum absportatur.

nahmen die Ruder-Knechte, welche, aus dem in ſeinen Kleidern und Ranzen gefundenen Golde und Kleinodien, gemuthmaßet, es müßte kein gemeiner Mann geweſen ſeyn, und trugen ihn in das nächſte Kloſter. Woſelbſt hernach ſeine Söhne von Baſel angelangt, und ſich, damit ihnen der Schatz wieder würde, für des Uhlefelds rechtmäßige Erben angegeben; auch den beygeſetzten Körper von dannen weggeführet, und damit derſelbe von niemanden ausgeforſchet würde, auf dem Felde, unter einem Baum eingegraben.

Inde filii ablatum ſub arbore campeſtri ſepeliunt.

Perſonalia quædam Doct. Nicol. Stenonii, Dani, Anatomici celeberrimi, ſed Apoſtatæ, Osnabrugi in Weſtphal. ſepulti.

§. 24. *Osnabrugi in Weſtphalia ſepultus fertur Nicolaus Stenonius, Hafnia-Danus, Medicinæ Doctor celeberrimus, Anatomicorum ſui ævi coryphæus, ſed, quod dolendum, Apoſtata in Pontificiorum caſtra transgreſſus, ejusque ſuperſtitionis propugnator acerrimus, adeoque cum hodierno Anatomes Lumine fulgentiſſimo, Dno Winslovio, de quo ſupra, populari ſuo, tum ob ſummam Anatomes peritiam, tum ob inſignem Papiſmi ardorem, facile comparandus. Hic initio Chriſt. V. glor. mem. Regis, Academiæ patriæ, aliquamdiu Anatomicus fuit, quod Lutheranam profitebatur religionem, poſtquam vero circa ann. 1675 avitæ religioni repudium miſiſſet, neglectis ſtudiis, queis antea tanto niſu & dexteritate incubuerat, Anatomicis, Phyſicis & Mathematicis, religioni Romano-Catholicæ propagandæ, libellisque variis defendendæ, unice propemodum vacavit, corpus creberrimis maceravit jejuniis, in lecto rariſſime cubabat, auſteramque adeo vitam egit, ut Pontificiis ipſis paulo religioſior raroque aſcetici zeli exemplo gravis fuerit judicatus, quid quod? tanta vitæ auſteritate intenſiſſimoque religionis ſtudio, utpote cum ſtudii Phyſici neglectu conjuncta, Magno*

Regis Chr. V. & Acad. Hafn. Anatomicus.

Papicola factus, idemque acerrimus Papiſmi propugnator.

Flo-

Florentiæ Duci, in cujus aula Phyſici Ducalis munere aliquamdiu fungebatur, diſplicere paulatim cæpit. Deinde (*verba ſunt Cel.* Molleri, *in Hypomn. ad* A. Barthol.) Cum Epiſcopus Titiopolitanus & Vicarius per Saxoniam inferiorem Apoſtolicus Generalis, ab Innocentio XI eſſet creatus, Hannoveræ & Hamburgi vitam reliquam magna cum Sanctimoniæ & Probitatis laude exegit, tandemque ſexagenarius d. 25 Nov. Ao. 1686 deceſſit. *Alii Osnabrugi, Epiſcopi titulo, degiſſe, a diverſis Germaniæ Principibus ſuſtentatum, ibidemque mortuum, volunt ac ſepultum.* Phyſicus Ducalis Florentiæ. Epiſcop. Titiopolitan. & Vicar. Apoſtol. Hanov. & Hamburgi degit. Osnabrugi mort. & ſep. dicitur.

Mſſtum Biblioth. Grammianæ nobis perhumaniter communicatum de Stenonio ita habet:

1667. Nicolaus Stenonius, Havniæ natus, & in Acad. Hafnienſis inſcriptus album, poſtea Medicinæ in Belgio factus Doctor, lapſu perquam turpi ad Papiſmum defecit: Id ſic contigiſſe reperi. Poſtquam ſtudioſorum numero Havniæ adſcriptus, neglecta Theologia, totum ſe Medicinæ & Anatomes tradidiſſet ſtudio, in Belgium profectus, incidit in Carteſianos, docentes, de omnibus eſſe dubitandum, ut verum exacte diſcas & tuto. Quam ſecutus methodum, in Anatome quidem feliciter eſt verſatus, non pauca inveniens ſuis ignota Præceptoribus, ſicut oſtendunt ipſius ſcripta de muſculis & aliis corporum partibus. Sed in Theologia infeliciter, pene ad Spinozæ athei abreptus impietatem, & cum inde emerſiſſe ſibi videbatur, hæſit tandem in Papiſmo, quem ad ſcopulum omnium eorum, quæ antea didicerat, fregit navem: falſa religione usque adeo approbata, ut avitam & ſanam, cujus necdum intellexerat fundamenta, publice quoque inſectari & pro falſa Natus Havniæ. Medic. Doctor in Belgio creatus. Medicinam Theologico ſtudio præfert. Carteſii princip. ſecutus. Inventa Anatomica. In Atheismum pene prolapſus. In Papiſmo hæſit. Relig. Luther. inſectatur.

falſa calumniari non ſit veritus, ſicut ejus monſtrant ſcripta diverſi generis. Conati ſunt amici & benevolentes illo eum revocare ex lapſu, ſed fruſtra, irretitum quoque honoribus Epiſcopatus, quos obtulere ei Pontificii, tanquam Apoſtaſiæ præmium. Plurimi ſunt, qui ſimplici errore huc prolapſum putant, nulloque humano ductum compendio, ſed id Dei relinquendum judicio. *Hactenus ex Mſſ. Pauca ipſius ſcripta recenſet* Albertus Bartholinus, *cum longe plura extent, quorum pleniorem recenſum, una cum Vita ejus, inventorum, certaminumque cum Ant. Deuſingio, Gerh. Blaſio, Ant. Everbardo, aliisque Medicorum, cum Lutherana autem Eccleſia Doctoribus Theologicorum, hiſtoria univerſa adjunctis judiciis Eruditorum de illo honorificis, in Cimbria Literata (ſi aliquando lucem videat, luce digniſſimum opus) fuſe ſe exhibiturum ſpopondit* Mollerus *l. c. Inter Antagoniſtas Stenonii fuit eruditiſſimus noſter Brunsmannus, tum Lycei Herloviani Moderator, poſtea Paſtor Hafnienſis, cujus cum Stenonio in puncto religionis literarium commercium continetur libello Hafniæ Ao. 1680 edito, qui inſcribitur:* Epiſtolæ duæ adverſariæ Nicolai Stenonii, ex Medicæ artis Doctore, Epiſcopi Titiopolitani, & Johannis Brunsmanni, Eccleſiaſtæ Havnienſis, ideo nunc editæ, ut pateat, quam frivola ratione Stenonius lapſus ſui turpitudinem honeſtare nitatur. Acceſſit Franciſci Spiræ Deſperantis Breviarium. *Cauſam & occaſionem has ſcribendi epiſtolas juxta ac earundem ſummam nos edocebit præfixa præfatiuncula hujus tenoris:* Johannes Brunsmannus, anno decurrentis ſæculi tertio & ſeptuageſimo, cum adhuc Rectoratum ſcholæ cujusdam in Selandia Daniæ adminiſtraret, hiſtoriam Franciſci Spiræ ex narrationis Sleidani, Thuani, Gri-

Ab amicis fruſtra admonitus. Honores Epiſcop. Apoſtaſiæ præmium.

Scripta ejus complura.

Certamina Medico-Theologica.

Litterar. in puncto relig. cum Joh. Brunsmanno, populari, commercium.

Occaſio hujus commercii litt.

Gribaldi aliorum collectam vernaculoque ſuæ patriæ redditam ſermone, Havniæ typis deſcribi curavit. Cumque jam deſcriptæ exempla quædam nonnullis fautoribus curaret offerenda, caſu accidit, ut Doctori Stenonio, Havniæ apud ſororem eo tempore agenti, resque anatomicas Medicinæ candidatis tradenti; quoddam etiam ſit oblatum. Quod cum legeret, videns ibi tragicum Spiræ narrari exitum, Proteſtantium Doctrinam abjurantis, credidit ideo ſibi miſſum, ut ſe ſuæ conſimilis admoneret ruinæ. Quare ab ea labe ſemet candefacere & purgare quærens, auctoremque eo nomine exagitat, prolixis ad eum ſcriptis litteris, dogmata quæ Franciſcus Spira contra Pontificios traditur docuiſſe, ipſorummet Catholicorum h. e. Pontificiorum eſſe contendit, Spiramque ea ad abjuranda cogi haud potuiſſe quaquam, adeoque auctorem ea denarrare, quæ ſunt, falſa, inſectatus eſt quoque, quod Papiſmum ſeu Pontificiam doctrinam appellaverit abominandam, quippe conatus oſtendere contrarium, eſſe potius ſanctam eximiamque, & multo meliorem Lutherana. Cujus utriusque dogmatum collationem in capitibus fidei de juſtificatione & bonis inſtituens operibus, minus recte ab illo factum exiſtimavit demonſtratum. Non multo poſt aliam reſcripſit Brunsmannus, in qua late argumenta Stenonii, tam hiſtoriam oppugnantia, quam Papiſmum propugnantia refellit, refutavitque juxta ac totam collationem doctrinarum plurimi erroris, vanitudinis & inconſtantiæ convicit. &c. &c. *Hinc poſt Hiſtoriam deſperantis Spiræ in compendium redactam, ſequitur epiſtola Stenoniana, unde exordium & epilogum ſiſtere non pigebit, partim cum liber non ubique obvius, partim cum zelus inde eluceat Stenonianus:*

Stenonius poſt Apoſtaſiam Havniæ apud ſororem agit. Hiſtoria Franc Spiræ Brunsmanniana, ipſi oblata.

Stenonius Brunsmannum Criminis falſi arguit.

Religionem pontificiam Lutherana meliorem eſſe contendit.

Collationem dogmatum utriusque Relig. inſtituit. A Brunsmanno proinde refutatus.

Viro

Viro Clariſſ. M. Johanni Brunsmanno, illuſtris ſcholæ Herlovianæ Rectori.

Litteræ Stenon.

Vir Clariſſime, cum mihi librum transmiſeris, illos præ ceteris ſpectantem, qui a Lutheri dogmatis redeunt ad Eccleſiam Catholicam, agnoſco tuum & in me & in veſtram doctrinam amorem. Sed & eodem ex libro certo concludo, te necdum ſcire, quid de juſtificatione & operibus doceamus. Vnde factum, ut dum fueris nimis facilis in habendo iis fidem, qui ſuum a nobis digreſſum mundo honeſtum mille artificiis reddere voluerunt, doctrinam vere ſanctam, falſam & abominabilem pronunciaveris. Noſti, quam ſit periculoſum, ſententiam ferre, una tantum parte audita. Sed nec ignorare debes, circa peccata in octavum præceptum, quod tuæ illæ fiant detractiones &c. Vt itaque occaſionem habeas agnoſcendi, quanto in errore & periculo verſeris, adeoque tuæ ſaluti, dum tempus eſt, conſulendi, oſtendam vere catholicas eſſe propoſitiones, quarum nomine Spiram pro Lutherano habes, & ad quarum revocationem illum a Catholicis coactum fuiſſe tibi perſuaderi pateris, collocando ab uno latere tua verba, ab altero verba Concilii Tridentini &c. &c. *Epilogus talis eſt*: Conſule itaque ſaluti tuæ, & quam pro me habuiſti caritatem, ut tuo me ſcripto moneres periculi, in quo ex talium auctorum judicio me verſari putabas, eandem tibi ipſi caritatem ne denegaveris, eorum artificium ex præſentibns doctus; de anima agitur, de æterna agitur vel felicitate vel infelicitate, faxit Deus, ut omnium animæ per veritatis viam ad veram pacem reducantur.

Doctrinam Pontificiam vere ſanctam ſalutat.

Saluti periclitantis Brunsmanni ſe conſulturum jactat.

Epilogus admonitorius.

Hafn. 27 Nov. 1673.

Tibi Dei gratiam, quo ſenſu per vera ſuæ Eccleſiæ membra Deus eam nobis explicat intelligendam, ex toto corde vovens.

Nicolaus Stenonius.

Ex

Ex reſponſoria Brunsmanni non ſolida minus quam diffuſa, pauca, ad Stenonii, quæ pertinent perſonalia, excerpenda erunt: Brunsmanni epiſt. reſponſoria.

Redditæ mihi tuæ, Vir Clariſſime, ſunt litteræ, quibus oſtendis, lectam tibi eſſe, quam edidi, Franciſci Spiræ hiſtoriam, admodumque tuo diſplicere ſenſui, quod in ipſa conditio Papiſtarum durius, quam tibi placet, accipiatur, eorumque Doctrina prædicetur abominanda. Quippe quod adeo, ceu præ te fers, averſaris, ut omnia potius videri velis admittere; incertum amore veritatis, quam externæ forſan ſpeciei larva faſcinatus, penes ipſos ſolos eſſe credis, an alia occultiore cauſa. &c. *Et poſt plura:* Quippe cum ſimul rediret in memoriam, te aliquot annorum decurſu vixiſſe in Italia, ibique publicitus avitam abdicaſſe religionem, poſtque reditum in patriam ejusdem modi hominibus maxime & familiariſſime uti: ſubiit mirum haud eſſe, te tantum ex tantorum profeciſſe diſciplina, ut in convitiis erga Proteſtantes te haud rudem præbeas diſcipulum, fideliſſime magiſtrorum exequendo placita, cumprimis accedente ira, fortaſſe, quod eadem in hiſtoria perquam triſtis apoſtatarum depingitur ſtatus, teque eodem verberari putes, ſecundum illud ſatyrici: Rubet auditor, cui frigida mens eſt, criminibus, tacita ſudant præcordia culpa. Quæ cum ita eſſent, ſimulque tota declararet epiſtola, te patriæ religionis apertum profiteri hoſtem, hæſitavi quoque, an reſponderem &c. *Et ſub finem.* Quod ad obteſtationem attinet, mones meæ conſulam ſaluti, quam hic agi dicis. Equidem bonum eſt conſilium, ſed hac in parte ſupervacuum, quia nullius mihi hæreſeos aut fanaticæ conſcius ſum opinionis. Temet vero ſi mutata

Stenonius in Italia Relig. Luther. ejuraſſe dicitur.

Stenonius avitæ relig. hoſtis apertus.

mutata vice ego rurſus moneam, tuæ ipſius conſulas ſaluti, adeoque noto te tangam proverbio: Medice cura te ipſum, meliore fortaſſis factum fuerit & jure & ratione: cum in tantum ſis demerſus barathrum, in tantum exitii voraginem, Papiſticæ ſanctitatis ineſcatus ſpecie, ſpiritualiſque ſcortationis faſcinatus poculo, idque eo usque, ut & alios eandem in ruinam pelliciendo præcipitare coneris, propria haud contentus peſte. Quod malum infortuniumque adhuc gravius erit, ſi ſciens falſo patrocinaris, contra conſcientiam Babylonicum adorans ſcortum. Id quod nonnulli exiſtimant, narrantes, te humanas maxime ob cauſas religionem mutaſſe: quippe a Papicolis, virginem, quam ambieras, ea lege tibi fuiſſe promiſſam, ut Papiſta fieres: itaque ut ſponſæ fores compos, illuc te accommodando avitam abdicaſſe religionem: Sed ſucceſſu cæco, poſtquam enim Papiſtici factus es ordinis, in ridiculum abiiſſe promiſſa, te illuſo. Quare videre te quidem nunc temet eſſe deceptum, nihilominus profundam per ambitionem, humanæque gloriæ & honoris ſtudium, quo ſemper eminere cupis, καὶ ὑπείροχος ἔμμεναι ἄλλων, cujusque cauſa iſtud plurimi patiuntur, quod Dei & eccleſiæ haud perpeterentur cauſa, & quia erubeſcis, tantum profiteri errorem, tanquam majeſtate tua indignum, nolle agnoſcere tibi impoſitum &c. &c. In quod ultimum ſi merſus eſſes exitium, omnia tecum conclamata forent & complorata, nimisque exſecranda dies illa, qua ad Italiam iiſti &c. Verum ego religioni habeo ejus te inſimulare ſceleris flagitiique ad eumque ſummæ impietatis gradum credere te prolapſum. Quippe te videns, ſæpe ſtatum controverſiæ formare male, deque noſtra & Pontificia hæſitare ſententia, interdum quoque tibimet ipſi contradicere, idque

Oportuna admodum ad admonitionem Stenonianam reſponſio.

Stenonius ob ambitæ cujusdam virginis nuptias religionem mutaſſe fertur.

Spe & promiſſis fruſtratus.

Per ambitionem in errore pertinax audit.

Mera ignorantia peccare Brunsmanno creditur.

idque genus alia dare facta, quæ aperte tuam doceant inſcitiam imperitiamque, potius adducor, ut te mera ignorantia peccare credam. &c. &c. Quare concludens opto tibi ſalutem, non quomodo mihi Romanæ ex eccleſiæ voves optasque ſententia, quippe quæ ſeculorum perducente experientia carceres & enſes redolet pyrasque, ſed quomodo omnes omnium temporum intellexere Sancti. Dabam Herlovia anno ſalutis 1674.

Mera ignorantia peccare Brunsmanno creditur.

J. Brunsmannus.

§. 25. Lubecæ *tale legitur Epitaphium beati Doct. Jani Scherbecii, Cimbri.*

Epitaphium Doctor. Jani Scherbecii, Lubecæ, qui Cimbriæ boreali vindicatur.

Memoriæ Sacr.

JOHANNI SCHERBETIO Cimbro,

Philoſopho & Medico Excellentiſſ. Viro moribus, ingenio, comitate, dum in vivis eſſet, præſtantiſſ. Abſtruſioris naturæ rerum, dum totis decem annis Europæ, Aſiæ & Africæ loca celebriora perluſtrat, inveſtigatori indefeſſo: Summatibus viris bonisque cunctis unice caro, cum octuagenario paulo major, annorum ſatur, humanæ vitæ fabula peracta, animo minime turbato, in vera Dei agnitione deſcena non invitus decederet, hoc publicum fidei Monimen, ſincerique amoris Teſtamen chartaceum, quia majora non poteram, Joan. Henr. Meibomius, Doctor, & Reip. Lubecenſis Medicus ordinarius, Amico bene merenti, luctu & deſiderio plenus, p. Natus anno CIↃ. IↃ. LIII. Obiit anno CIↃ. IↃC. XXXIII. V. Kl. Quintil.

Philoſophus & Medic. Excellentiſſ.

Monum. ipſi a Meibomio erect.

Juvat addere cippum, quem paucis ante obitum diebus ſibi ipſi fecit Beat. Doctor Scherbecius.

Epitaphium a Beat. Scherbecio ſibi ipſi ſcriptum.

Quis jacet hic? jacet hic Janus Scherbecius, olim
Et Medici & Chymici pars aliquanta chori:

Cui viſa Europa eſt, Aſia & minor, Africa viſa eſt,
Nilus Erythræo cum mare: viſus Arabs.

Peregrinationes ejus orientales. vid. ſup. Tom. I. Cap. I.

Cui Memphis, Goſen, Tanis: quid? regna Pharonum
Atque Palæſtinæ viſa fuere ſacræ.

Phrath, Babylon, Solyma & Sodome cum Jordanis undis:
Utraque mirata eſt quem Galilæa, Tyrus.

Cumque ſuis cedris Libanus, cum ſtirpibus, herbis:
Cumque Damaſcenis Antiochenus ager.

Viſaque Amurathis, cui Regia Threſſa, Didonis
Byrſa, Tunethani Regis & aula feri.

Per duo luſtra ſolo & pelago perpeſſus Uliſſe eſt
Plura; Sophos, Medicus, nauita, miles, eques.

Flensburgenſibus a nonnullis accenſetur.

NB. *Fallitur ſine dubio doctiſſimus, nobisque amiciſſimus*, Bernardus Mœllmann, *quando in diſſert. Epiſtolica de illuſtribus in Rep. Litt. Viris, Flensburgo oriundis, Lubecæ 1721.* pag. 17. Fallor, *inquit*, an ad claros Flensburgenſes etiam referam Joannem Scherbecium, Cimbrum, ſiquidem ex nonnullis audivi, & illum almam iſtam civitatem patriam agnoſcere. *Utrumque nomen aliud ſuadere videtur, cum τὸ Janus, ut ſe ipſum vocat, quo vernaculum* Jens *exprimi vulgo ſolet, præter Danos ſtricte ſic dictos hodie in uſu ſit nullis, pro quo heic olim obtinuit τὸ Johannes,* Hans *&* Jens, *diſtincta alioquin nomina, majoribus promiſcue denotans, ad quorum exemplum Meibomius Janum hunc noſtrum ſalutaverit Johannem. Cognomen vero Scherbecius quod attinet, (pro qua*

Jani nomen Danis ſolis in uſu.

Cognomen Scherbecii a

quo perperàm in Epitaphio Meibomiano legitur Scherbetius) *geminam Viri patriam haud obſcure prodit, pagum puta Cimbriæ ſeptentrionalis Skiærbeck. Oſtendit quidem parœcia Tanderupenſis in Fionia, prædium nobile, a Nobiliſſ. Heroina Thalia Generoſiſſ. Hilarii Brochenhuſii vidua, anno 1589. exſtructum, nomine Skiærbeckgaard, ſed cum Scherbecius in Epitaphio audiat Cimber, Scherbeciæ Cimbricæ convenientius vindicatur, unde ſi non natales, certe cognomen traxiſſe confidimus. Quodſi vero Scherbecius ipſe, ex ſententia Cl. Mölmanni, Flensburgenſis habeatur, dicendum erit, patrem aliosve ejus majores, qui Scherbecia Cimbrica revera fuerint oriundi, in Holſatiam Flensburgumque delatos, nobilem hanc ibi reliquiſſe ſobolem, manente ſic tamen Scherbecio, licet non immediate, Scherbecia Cimbro. Utrum jam horum ſe rectius habeat, noſtrum præciſe non eſt definire.* Cætera, quantum ab eruditis (*verba ſunt laudati Möllmanni*) ſemper fuerit æſtimatus, oſtendunt carmina, ab Hippolito a Collibus, Paulo Meliſſo, Hermanno Fagio, Martino Chmiæletio, Chriſtiano von Lengerke, & Sebaſt. Meiero, in honorem Scherbecii concinnata & junctim edita Lubecæ 1633.

Cimbriæ borealis pago Skiærbeck acceſſitur.

Quantum ab eruditis æſtimatus Scherbecius.

§. 26. Inter Literatores Danicos, extra patriam ampliſſima munera & celebrioris famæ decora conſecutos, palmam nemini non dubiam facit, ingens illud non ſolum Academiæ Juliæ Helmeſtadienſis, ſed totius adeo Germaniæ literatæ lumen, Georgius Calixtus, ex pago Danico Medelböa, prope Tunderam, in Ducatu Slesvicenſi, oriundus, cujus vitam, ſcripta & merita, præter tot exterorum Titios, Schraderos, Cellarios &c. ex noſtratibus luculenta ac uberiore

Perſonalia Celeberrimi quondam Theologi Helmeſtadienſ. Doct. Georgii Calixti, Dani.

narratione in deſideratiſſimo literatæ Cimbriæ Opere, nondum edito, complexus eſt Celeberrimus olim Lycei Flensburgenſis Moderator beat: Joannes Mollerus; *ſuccincte vero & arctiori gyro in alio opuſculo, quod penes Filium itidem aſſervatur MStum, nempe:* Hiſtoria Gymnaſii Flensburgenſis &c. in qua etiam diſcipuli, qui illud frequentarunt, celebriores enarrantur &c. *Ex poſteriore ſequentia de Calixto noſtro habe:*

Sub Rect. Bernh. Latomo, Schol. Flensburg. frequentavit.

E diſcipulis, *inquit*, Bernh. Latomi, Rectoris decimi, unius tantum a nobis fiet mentio, ſed talis, qui & doctrina & fama longe lateque diffuſa, omnes cæteros, qui hanc ſcholam unquam frequentarunt, ſuperavit; & ſicut ſcriptores vitæ illius teſtantur,

Præceptoris ſui laudator.

Præceptoris hujus ſui, Latomi, diligentiam & dexteritatem in juventute inſtituenda ſæpiſſime celebrare eſt ſolitus.

Quantus Literator fuerit Calixtus.

Eſt is Georgius Calixtus, Theologus, qui nemini ævo ſuo in Germania viventium, ſolida & varia eruditione cedebat, ſimulque laudem Philoſophi accurati, Hiſtorici præſtantis, & Oratoris

Eminet præſertim in Antiqu. Eccl. & Theologia Patriſtica.

facundi, merebatur, præſertim vero in Antiquitatibus Eccleſiaſticis & Scriptis Patrum, e quibus errores Pontificiorum multis in libris luculentiſſime refutavit, præ omnibus aliis Doctoribus temporis ſui erat verſatiſſimus. Fuſe de illo agere inſtituti noſtri ratio non permittit, nec opus eſt, cum jam, non ſolum a Collegis ſuis Helmſtadienſibus: Gerhardo

Vitæ Calixtinæ ſcriptores.

Titio, in Laudatione funebri, Chriſtophoro Schradero, in Programmate exequiali, & oratione parentali, & Balthaſare Cellario, in ſermone Germanico funebri, ſed etiam a multis aliis Biographis eruditorum, haud parce pro meritis ſit celebratus. Tantum

tum breve vitæ illius exhibebimus compendium: Merita in Theologiam aliasque partes eruditionis, ſcripta plurima, maximam partem in Typographeo ejus domeſtico impreſſa, nec non controverſias, quibus propter deſiderium nimium pacis eccleſiaſticæ, & opiniones quasdam ſingulares, cum Theologis aliis Lutheranis fuit implicitus, alio loco enarratur. (*Nb. Factum id, prout jam antea diximus, in Cimbria literata MS. & quidem Parte III. ubi Vitam Calixtinam integrum Seſqui-Alphabetum, prout librarii loquuntur, occupare accepimus.*) Natus eſt die 14. Decembris A. 1586. Medeleboæ (Meelby) pago, dioeceſeos Tunderanæ, duobus milliaribus hinc diſſito, & patrem habuit Joh. Calixtum, Apenradenſem, illius per 50. annos Paſtorem; matrem vero Catharinam, Nicolai Stickerti, Conſulis Flensburgenſis (per quem, in Indicibus Conſulum noſtrorum non obvium, Chriſtianus Richertſen forte eſt intelligendus) filiam. Anno XII. ætatis a patre in ſcholam noſtram deducebatur, & anno XVI. ejusdem, æræ vero Chriſtianæ 1603. in Academiam Helmſtadienſem ablegabatur. In illa Theologos & Philoſophos celeberrimos per ſexennium Præceptores habuit, & A. 1605. titulum Magiſtri, Anno 1613. (poſtquam ex itineribus ſuis literariis per Germaniam, Belgium, Angliam atque Galliam redierat, & Hamelſchenburgienſi colloquio Theologico cum Auguſtino Turriano, Jeſuita veterano, ſibi magnam gloriam acquiſiverat) Profeſſionem Theologicam, A. 1616. dignitatem Doctoris, tandemque A. 1625. locum in Collegio Theologico principem, eſt conſecutus. Cui Anno 1636. ab Auguſto, Duce Brunſvico-Guelpherbytano, ſubliniores etiam dignitates, non ſolum Conſiliarii Eccleſiaſtici, ſed Ab-

Typographeum ejus domeſticum. Controverſiæ. Natus Medelbyæ, prope Tunderam, in Duc. Sleſv. ſ. Jutia auſtrali. Parentes. Scholæ Flensb. admotus. In Acad. Helmeſt. ablegatus. Itinera litterar. Colloq. Hamelſchenburg. cum Turriano Jeſuita. Theolog. Profeſſ. & Doctor. Helmeſt. Conſiliar. Eccleſiaſtic. &c.

batis quoque Regio-Lutterani, & Directoris ordinum provincialium Brunſvicenſium, ſunt adjunctæ.

In alias Academias invitatus.

Helmſtadio quidem diverſis vicibus in alia loca, A. 1617. nempe in Academiam Francofortanam ad Viadrum, A. 1624. in Altorfinam, A. 1636. in Aulam

A. Chriſt. IV. Dan. R. in patriam vocatus. A Ducibus Brunſv. retentus.

Saxo-Gothanam, tandemque a Chriſtiano IV, Daniæ Rege, in patriam ſuam revocabatur, ſed a Ducibus Brunſuicenſibus nullam impetrare potuit miſſionem, nec ipſe Juliam Academiam, matrem ſtudiorum ſuorum, deſerere voluit. Tandem ſeptuage-

Obitus.

narius, die 19 Martii A. 1656. expiravit, Rudolpho Auguſto, Duce Brunſuicenſi, & legatis ab aliis Prin-

Pompa funebr.

cipibus miſſis, comitantibus eſt ſepultus, &, e IV. liberis, ex uxore Catharina Gærtneria, Conradi,

Relicti filii.

Conſulis Helmſtadienſis, filia, ſuſceptis, duos ſuperſtites, reliquit,

Frid. Ulr. Calixt. Profeſſ. Theol. Helmeſt. &c. Johannes Eric. Calixt. Bibliothecar. Acad. ibidem.

Fridericum Ulricum nempe, Collegam ſuum in Profeſſione Theologica, & Succeſſorem in Abbatia Regio-Lutterana, Johannemque Ericum, Ephorum Bibliothecæ Helmſtadienſis Academicæ.

CAP.

CAPUT II.

CONTINENS

GESTA ET VESTIGIA DANORUM PER SCLAVONIAM.

Brevis Introductio.

Sectio I. Antiquiora ſiſtens.

§. 1. Gothorum noſtratium in Sclavonia ſedes & veſtigia.
§. 2. *Hadingi* Dan. Regis, cum *Lechere*, Curlandiæ Duce, bellum.
§. 3. *Frothonis I.* Dan. Regis, in Curlandia & Ruſſia geſta.
§. 4. Curlandia a *Rorico*, Dan. Rege, ad obſequium redacta.
§. 5. Ruſſia *Frothonis III.* Daniæ Regis potentiſſimi imperio ſubjecta.
§. 6. *Starchateri*, rei maritimæ ſub *Frothone IV.* Dan. Rege Præfecti, in Ruſſia, Boruſſia & Curlandia geſta.
§. 7. *Haldani III.* Dan. Reg. in Ruſſ. geſta.
§. 8. *Jarmerici* Dan. Reg. adverſus Boruſſos, Ruſſos & Curlandos res geſtæ.
§. 9. Legatio *Thorkilli Adelfar* ſub *Gormone Grandævo*, Dan. Rege, ad *Ugarthilocum*, Ruſſiæ idolum, ut & ipſius Gormonis in Ruſſiam iter.
§. 10. *Ivari Vidfadme*, ſeu *Latipaſſi*, Potentiſſ. Dan. Suec. &c. Regis, in Ruſſiam expeditio, ejusdemque ibidem ut & in Curlandia & Eſthonia imperium.
§. 11. *Regneri Lodbrok*, Dan. Regis, per Livoniam, Curlandiam, Boruſſiam atque Ruſſiam geſta, ejusdemque in Biarmia, Ruſſiæ provincia, erectum *Tropbæum*.
§. 12. Danorum, Duce *Haquino*, *Haraldi Cæruli dentis*, Dan. Regis filio, in Boruſſiam expeditio.

§. 13. Norvegorum *Augmundi Flokii* & *Orvar-Oddi* in Ruſſia imperium.
§. 14. *Arngrimi*, Norvegi, ejusque Pronepotis *Heidrici*, Jutiæ Reguli, in Ruſſia geſta.
§. 15. *Aſmundi* Norvegi in Ruſſia geſta.
§. 16. Legationes *Haraldi Pulchricomi*, Norvegiæ Regis, in Ruſſiam, earumque eventus.
§. 17. *Egilis Scallagrimidæ*, Norvegi, per Curlandiam geſta.

Sectio II. Siſtens Danorum ac Norvegorum, ab introducto heic terrarum Chriſtianiſmo, per Sclavoniam Geſta & Veſtigia.

§. 1. *Olavi Trygvini*, Norvegiæ poſtea Regis, in Eſthonia ac Ruſſia fata ac geſta.
§. 2. *Eymundi* Norvegi in Ruſſia geſta.
§. 3. *Olavi*, cognomento *Craſſi*, poſtmodum Sanctis adſcripti, Norvegiæ Regis, in Ruſſiam fuga & gentilium Boruſſorum converſioni navata opera.
§. 4. *Haraldus*, cognomento *Strenuus*, poſtea Rex Norvegiæ, Ruſſos inter verſatus & *Jarisleiſi*, Ruſſiæ Regis, gener factus.
§. 5. *Canuti IVti*, Dan. Regis, in Eſthones, Curlandos & Boruſſos expeditio.
§. 6. Prima Emporii *Dantiſcani* fundamenta, a *Valdemaro I.* Dan. Rege, jacta, & nominis hujus origo Danica.
§. 7. *Canuti VI.* Dan. Regis, per Eſthoniam ac Livoniam geſta.
§. 8. Potentiſſ. Dan. Regis *Valdemari II.* cognomento *Victorioſi*, in Livoniam, Eſthoniam, Curlandiam &c. expeditiones.
§. 9. Geſta Danorum Sclavonica ſub imperio *Erici V.* cognomine *Plogpenning*.
§. 10. Oſilia inſula a regno Daniæ ſub Rege *Abele* abalienata.
§. 11. Geſta Danorum Sclavonica ſub *Erico VI.*

§. 12.

§. 12. Geſta Danorum Sclavonica ſub *Erico VII.* cognomine *Menved.* *Ubi de Livoniæ jure feudali hodierno ab hoc Rege rogato.*

§. 13. Geſta *Valdemari III.* (aliis IV.) Dan. Regis, in Sclavonia.

§. 14. *Erici Octavi*, vulgo *Pomerani*, Daniæ, Norvegiæ & Sueciæ Regis, in Boruſſiam diſceſſus clandeſtinus, velut regna relicturi.

§. 15. Epiſcopatus Oſilienſis a *Chriſtophoro Bavaro*, Dan. Norveg. & Sveciæ Rege, in tulelam receptus.

§. 16. *Chriſtiani I.* Dan. Norveg. & Sveciæ Regis, adverſus Boruſſos Ruſſosque geſta.

§. 17. *Dorothea Friderici I.* Dan. &c. Regis Filia, *Alberto*, Boruſſorum Duci, nupta.

§. 18. Negotia *Chriſtiano III.* Dan. &c. Regi, cum Livonibus & Moſchis intercedentia.

§. 19. *Friderici II.* Dan. Regis, & quæ hiſce propiori nexu adhærent, Fratris *Magni*, renuntiati Liuoniæ Regis, per Sclavoniam geſta.

§. 20. *Johannis* Daniæ Principis, *Friderici II.* filii, in Ruſſiam profectio, & præmaturus ibidem obitus, ipſi Moſchorum Imperatori, & relictæ inprimis Sponſæ, Principi Ruſſicæ, *Axiniæ Boriſſowæ*, deploratus.

§. 21. Nummi, quos Copicos vocant, cum *Chriſtiani IV.* Dan. Regis nomine tituloque lingua Ruſſica expreſſo, in Ruſſia cuſi. *Adduntur nonnulla de navigatione a Chriſt. IV. ad fines Ruſſicos usque 1602. instituta.*

§. 22. Comitis *Chriſtiani Waldemari Guldenlowii*, naturalis glor. mem. Regis *Chriſtiani VI.* filii, in Ruſſia fata longe indigniſſima.

§. 23. Legatorum Danicorum, *Andreæ Hanſen* & *Pauli Heins*, in Ruſſia fata.

§. 24. Profectio per Finnmarchiæ Norvegicæ Præfectum Regium, in Civitate Ruſſica Malmes, coram Bojaro, loci Præſide, facta anno 1700.

§. 25. Tres Dani caſtra Ruſſica ſub initium hujus ſeculi ſtrenue ſecuti: *Lange*, *Rije* & *Helt*.

§. 26. Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Herois, jam Beati Dni *Pauli* de *Lœvenœrn*, nuper Ord. Eleph. Equitis Aurat. ſummi Exercitus Dan. Imperatoris & S. R. M. a Conſiliis

 ſiliis

filiis intimis, ſupremiſque Cancellar. Militar. Secretis &c. Ruſſis, aliisque exterorum ſpectata quondam fortitudo bellica, rerumque gerendarum dexteritas.

§. 27. Quatuor alii Dani, ſigna Ruſſica fortiter ſecuti: *Kruſe*, *Sivertsen*, *Wilſter* & *Bredal*.

§. 28. Par Theologorum noſtratium in Boruſſia verſatum, videlicet: *Laurentius Nicolai*, Brunsbergæ Boruſſorum olim apoſtata factus, poſtea Theolog. Profeſſor in Svecia. Et ſequiori ævo *Doctor Heinricus Lyſius*, Flensburgo-Cimber, in Academia Boruſſorum Regiomontana, ſummus Theologus, S. R. M. Boruſſ. a Conſiliis Conſiſtor. & concionibus aulicis &c.

CAPVT. II.

CONTINENS

GESTA ET VESTIGIA DANORUM PER SCLAVONIAM.

Sclavonia hic latiſſimo ſenſu ſumpta.

P*ræmonitum hic a limine volumus Lectorem, Sclavoniæ nomen latiſſimo nobis venire ſenſu, & in ſeſe comprehendere tractum terræ vaſtiſſimum, qui ad orientem & meridiem maris Balthici littora cingit, videlicet Eſthoniam, Livoniam, Curlandiam, Ruſſiam, Boruſſiam, & quæ hiſce nexu propriore devinciuntur. Quanquam enim harum regionum alio reſpectu alia habenda ſit ratio, incolæ tamen Sclavonicæ ſunt originis, linguasque terris proprias & genuinas ab idiomate trahunt Sclavonico. Quod attinet ad Danos, iſtis in terris ſpectatos, neminem latet, Daniæ Monarchas etiam Sclavorum titulum per multa ſecula uſurpaſſe, & quidem loca nominis Wandalici,*

Daniæ Reges titulo Sclavorum Regum olim uſi.

dalici, quod frequentius occurrit, & hodie conſtanter adhibetur. Priſtinis autem temporibus ſæpiſſime audiebant Reges noſtri Danorum Sclavorumque Reges. Quodſi hunc titulum de Sclavonia Vandalica, ſeu Winulica, in oris Megapolitanis & Pomeranicis ſita, intellectum velimus, de fundamento hujus tituli actum ſatis eſt ſuperius, Capite proxime præcedente.

§. 10. Nunc littora maris Balthici legentes, aſcendimus ad habitatam non minus Sclavonicis populis Boruſſiam, Ruſſiam, Livoniam, Eſthoniam &c. inquiſituri, quæ ſe ibidem offerant Danorum Norvegorumque Geſta ac Veſtigia. Quod attinet ad Livoniam & Eſthoniam in ſpecie, dantur ibidem fere innumera huc ſpectantia, ſiquidem Ducatus iſti per plura ſecula Danico ſceptro paruere. Livonia & Eſthonia Danis diu paruere.

Sectio I. Antiquiora ſiſtens.

§. 1. De Gothis, ex ſeptentrione noſtro in Sclavoniam progreſſis, inter alios audiendus Chriſtophorus Hartknoch, alt und neues Preuſſen, I. Theil, II. Cap. §. 3. *ubi ita inſit:* Gothorum noſtratium in Sclavonia ſedes & veſtigia.

Wenn wir nun alſo ſetzen, daß die Æſtii keine andere, als gothiſche Völker geweſen, ſo wird nur dieſe Frage überbleiben, von wannen die Gothi abzuleiten ſeyn? Jornandes, Biſchof zu Ravenna, der im VI. Sæculo nach Chriſti Geburt gelebt, führet die Gothen aus der Inſul Scandinavia, die auch Scanza, Scantia, Gothiſcantia genannt wird, wie Hugo Grotius in Proleg. ad Hiſt. Longobard. Goth. &c. ſchreibt. Durch die Scantiam verſtehet aber Jornandes, wie auch andere alte Scribenten, die heutige Schweden und Norwegen. Die Däniſchen Scribenten Unde Gothi progreſſi. Dani jure meritiſſimo Gotho-

rum ſibi vindicant gloriam.

benten eignen ihnen auch die Ehre zu, und zwar nicht ohne Grund. Denn es iſt nicht lange, daß Schonen unter der Dänen Gebiet geweſen, welches von dem alten Scantia den Namen hat. Item, es iſt auch noch unter der Dänen Gebiete nicht allein das Königreich Norwegen, welches auch zu dem alten Scantia gehört, ſondern auch die Inſul Gotland, das iſt der Gothen ihr Land, und zu letzte Jutia oder Jutlandia, das iſt der Gothen oder Guten ihr Land. Von dieſem Zug der Gothen in Pommern und Preußen redet Jornandes auf folgende Weiſe, de rebus Geticis Cap. 4. Ex hac igitur Scanzia inſula, quaſi officina gentium, aut certe velut vagina nationum, cum Rege ſuo nomine Berig, Gothi quondam memorantur egreſſi, qui ut primum e navibus exeuntes terras attigere, illico loco nomen dederunt. Nam hodie illic, ut fertur, Gothiſcantia vocatur. Unde mox promoventes ad ſedes Ulmerugorum, qui tunc Oceani ripas inſidebant, caſtra metati ſunt, eosque commiſſo prælio, propriis ſedibus pepulerunt, eorumque Vicinos Vandalos jam tunc ſubjugantes, ſuis applicuere victoriis. Ibi vero magna populi numeroſitate creſcente, etiam pene quinto Rege regnante poſt Berig, Filimer, Filogud, Arigis conſilio ſedit, ut exinde cum familiis Gothorum promoveret exercitus, qui aptiſſimas ſedes locaque dum quæreret congrua, pervenit ad Scythiæ terras, quæ lingua eorum Ovim vocabantur. *Et poſtquam* Hartknochius *in ſequentibus adduxit locum Eraſmi Stellæ libr. 2. Antiqu. Boruſſ. huc ſpectantem, rurſus inſit pag. 45.* Nach dem Eraſmo Stella, haben dieſes auch andere preußiſche Chroniken (Henneberger im alten Preußen) wiewohl ſie dieſes ſchon in eine andere Form gegoſſen, und auch der däniſchen Ge-

Jutia ſignificat Gothorum terram.

Septentrio vagina nationum.

Geſchichtſchreiber ihrer Meynung näher beyzukommen ſcheinen. Denn ſie geben vor, Waidewutus, der Preußen König, ſey aus Cimbria (und verſtehen dadurch Cimbricam Cherſoneſum, das iſt das heutige Jutland, Schleßwig und Holſtein) gekommen, und habe Preußen eingenommen. Hieraus iſt nun abzunehmen, daß hierinn unſere preußiſche Hiſtorici alle mit übereinkommen, daß die gothiſchen Völker aus Schweden, oder ſonſt andern dabey anliegenden Ländern in Preußen ankommen: ſie ſind aber in vielen andern Dingen, weder mit ihnen ſelbſt, noch mit dem Jornande einig. Eraſmus Stella unterſcheidet der Gothen Zug in Preußen von des Waidewuts Ankunft in Preußen: Andere aber reden von dieſen beyden als von einer Migration.

Waidewutus, Pruſſorum Rex, ex Jutia progreſſus, Boruſſiam ſubjugavit.

Hiſce ſubjungimus ejusdem Hartknochii *opinionem, de origine & momenclatura florentiſſimi emporii Gedani, ſive Dantiſci; a Gothis accerſenda, ut ut alii Danis, ſive Sivardi, ſive Waldemari Regum, ductu heic olim verſatis, deberi autumant. Verba* Hartknochii, *quæ huc pertinent, ita habent, Part. II. Cap. 3. pag. 428. §. XIV.* Die Stadt Danzig wird von den Lateinern Dantiſcum, oder auch Gedanum, von den Pohlen aber Gdansk, genennet. Woher aber dieſe Benennungen herkommen, ſind nicht einerley Meynungen. Die pohlniſchen Scribenten insgemein, als Bernhardus Vapovius, Martinus Cromerus, Stanislaus Sarnitius, denen auch andere hierinn gefolget, ſchreiben, daß Wiſſimirus oder Iſmarus, ein polniſcher Fürſt, welcher aus des Lechi Stamme entſproſſen, mit dem Siwardo, Könige in Dennemark, Krieg geführet, denſelben überwunden, und ihm endlich dieſes Stück Landes an dem baltiſchen

Dantiſcum. Polonis audit Gdansk.

Polonicorum ſcriptorum de Sigwardo, Daniæ Rege, narratio.

ſchen Meer zu beſitzen, übergeben, daß Sivardus einen jährlichen Tribut zahlen ſollte. Damit aber das Gedächtniß dieſes herrlichen Sieges auch bey den Nachkommen bleiben möchte, habe Wißimirus die Städte Wißmar und Danzig gebauet, und alſo dieſer letzten den Namen von den überwundenen Dänen gegeben. Cromerus l. 2. de Orig. & reb. geſt. Polon. inprimis Sarnitius l. 4. Hiſt. Pol. Aber der ſich nur ein wenig in den alten Geſchichten umſiehet, wird die Richtigkeit dieſer Erzehlung leicht merken. Dann daß ich itzt anderer Sachen nicht gedenke, ſo iſt Wiſſimirus kein pohlniſcher oder wendiſcher, ſondern ein wandaliſcher und alſo ein deutſcher Fürſt geweſen, und hat gelebt um das 329ſte Jahr nach Chriſti Geburt, da die Pohlen an die Oerter über die Weißel noch nicht gekommen waren, darzu haben auch die alten Scribenten von Erbauung der Stadt Wißmar gar andere Sachen, nämlich, daß ſie Anno 1240. ein Graf von Schwerin und Mecklenburg angeleget. Crantz. Vandal. libr. 2. c. 2. Saxo Gr. libr. 8. (*Abruptis paulisper Hartknochii verbis, diſpiciamus, unde hæc hauſerint Polonicarum rerum ſcriptores, nempe ex Saxone Grammatico, qui illorum Wiſſimirum Iſmarum vocat, Sclavorum Regem, quo cum Sivardum Daniæ Regem, primo juxta Fioniam, mox in Jutia infeliciter congreſſum memorat quidem, Scaniaque & Jutia inſuper exutum tradit, media tamen regni parte retenta, quo minus iſtam terræ portionem, tributario jure incolendam, emendicare opus eſſet, de quo in Saxone pariter ac cæteris Hiſtoricis noſtris altum ſilentium, unde liquet, fabella iſta, in Danicum nomen impudenter injuria, de ſuo veteratorie adjecta relationem Saxonis incruſtaſſe compilatores ipſos ſubleſtæ fidei. Sed revertamur ad narratio-*

Danticum a devictis Danis nomen fortitum fingitur.

Vanitas hujus relationis.

Figmentum Polonicor. ſcriptor. caſtigatum.

rationem Hartknochianam). Weiter ſind auch einige, ſo dafür halten, daß Gedanum und Dantiſcum von den Danis oder Dänen daher komme, weil der König in Dännemark Waldemarus, in dem XII. Seculo den Fürſten in Hinterpommern Subislaum, welcher zuerſt den Chriſtlichen Glauben angenommen, bekrieget, und an dieſem Ort ein Schloß gebauet, welches er von ſeinen Danis genennet Gedanum &c. *Quod vero ibidem ſequitur, de hac opinione judicium, reſervamus ſectioni poſteriori, ubi de Waldemari hujus in Sclavonia geſtis agendum erit. Pergit tandem, ut ad ſcopum perveniamus,* Hartknochius *pag. ſeq. 429.* Iſt alſo derer Meinung die allerbeſte, welche dafür halten, daß dieſer Name Gedanum, wie auch Gdansk und Danzig, von den alten Gothen herkomme, wie auch Conradus Celtes, ein Deutſcher und erſter gekrönter Poet, davon alſo geſchrieben:

Dantiſcum a Danis ſub Waldemaro I. ſic dictum traditur.

Nomen Gedanum a Gothis deducitur.

Sed quondam Gedanum Gothorum nomine dictum,
Hicque ſinus Codanus nomina clarus habet.

Denn es iſt außer allem Streit geſetzet, daß vormals an dieſen Oertern die Gothen gewohnet, wie ſchon droben von uns überflüßig bewieſen iſt. Von dieſen Gothis hat nun dieſer Ort erſtlich den Namen Godanske, und hernach contracte Gdanske, oder Gdansk bekommen. Daß aber in dem deutſchen Namen Danzig, oder auch in dem Lateiniſchen Dantiſcum das G oder Go außengelaſſen wird, iſt dieſes die Urſache: Bey den Gothen iſt Dan, Godan, Wodan eins, und bedeuten ſo viel als Gott, daher ſind die im baltiſchen Meere wohnende Völker Dani, der baltiſche Meerbuſen Sinus Codanus, und dieſe Stadt Godanum, Gdansk, Danzig genennet worden.

Gedanum primum Godanske dictum.

Godan, Wodan, Dan, Gothis Deum ſignificat. Hinc Dani, & ſinus Codanus dicti.

Wie

Wie man nun in der Ableitung dieſes Namens nicht überein kömmt, alſo ſind auch unſere Scribenten hierinn ſtreitig, wenn und um welche Zeit dieſe Stadt erbauet ſey. *Et poſt nonnulla interjecta:* Unſere Meynung hievon iſt dieſe, daß Danzig ſchon eine alte, und lange vor dieſen itzt erwehnten Zeiten von den Gothen erbaute Stadt ſey. Denn erſtlich giebt ſolches der Name ſelbſt an den Tag, wie ſchon droben erwehnet. Hernach gedenket auch ſchon der Stadt Danzig ein unbekannter Autor, welcher Sec. X. das Leben und Wandel des H. Adalberti beſchrieben, wenn er erzehlet, wie der Biſchof Adalbertus aus der Stadt Gedanie ſich weiter in Preußen begeben, und daſelbſt die Marter-Cron erhalten. Drittens, hat auch Vincentius Kadlubko, ein pohlniſcher Scribent, zu Zeiten des Waldemari und des Subiſlai (*quorum hic civitatem ille arcem ibi condidiſſe vulgo fertur*) gelebt, und auf Befehl des Caſimiri Juſti, Fürſten in Pohlen, Ao. 1191. ſeine Hiſtoriam Polonicam geſchrieben, dieſen Ort genennet Marchiam Gdanenſem, und gedenket nicht mit einem einzigen Worte, daß Danzig zu ſeiner Zeit ſollte erbauet ſeyn, daraus leicht der Schluß zu machen, daß dieſer Name ſchon lange vorher müſſe bekannt geweſen ſeyn. ꝛc.

Civitas Dantiſcana a Gothis condita perhibetur.

Scriptoribus vetuſtis Gedanie & Marchia Gdanenſis audit.

Hadingi Dan. Reg. cum Lochero Curlandiæ Duce bellum.

§. 2. *Colliſum cum Curlandiæ Duce Lokero Hadingum, Dan. Regem, Autor eſt* Johannes Meurſius *Hiſt. Dan. Libr. 1. p.* 4. Cum hoc (*inquit, ſc. ſocio Liſero*) in Locherum tendens, Curlandiæ tunc Ducem, bello infeliciter geſto ſauciusque domum redit.

Frothonis I. Dan. Reg. in Sclavonia Geſta.

§. 3. *De Frothonis I. Dan Regis in Sclavonia geſtis ita* Saxo Grammat. *Libr. 2.*

Qui-

Quibus inſtructus, claſſe Curetum partibus admovetur. Quorum Rex Dorno, periculoſi belli metu, hujusmodi ad milites orationem habuiſſe fertur, Externum, proceres, hoſtem & totius ferme occidentis armis opibusque ſuccinctum, ſalutarem pugnæ cunctationem ſectantes, inediæ viribus obtinendum curemus. Internum hoc malum eſt. Difficillimum erit, domeſticum debellare periculum. Facile famelicis obviatur. Melius adverſarium eſurie quam armis tentabimus, nullum hoſti inedia acrius jaculum adacturi &c. &c. &c. His dictis, quæcumque tutatu difficilia animadvertit, defenſionis diffidentia populatus, adeo hoſtilem ſævitiam in vaſtanda patria præcucurrit, ut nihil quod a ſupervenientibus occupari poſſet, intactum relinqueret. Majorem deinde copiarum partem indubitatæ firmitatis municipio complexus, ab hoſte ſe circumſideri permittit. Cujus Frotho oppugnandi diffidentia concitatus, complures inſolitæ profunditatis foſſas intra caſtra fieri, latenterque per corbes humum egeri & in fluvium mœnibus propinquum tacite disjici juſſit. Quem dolum crebro ceſpite foſſis ſuperaddito occultandum curavit, incautum hoſtem præcipitio conſumpturus; futurumque ratus, ut ignaros deſidentis glebæ lapſus obrueret. Poſthæc ſimulato metu caſtra paulisper deſerere cœpit. Quibus imminentes oppidanos, paſſimque eluſis veſtigiis in foveas provolutos, ingeſtis deſuper jaculis trucidavit. Inde profectus in Trannonem, Rutenæ gentis tyrannum incidit: cujus maritimas copias ſpeculaturus, crebros clavos ex fuſtibus creat, iisdemque carabum onerat. Quo hoſtilem noctu claſſem ſubiens, imas navigiorum partes terebro ſauciat. Quæ ne repentinum undarum paterentur incurſum, patentia foraminum

Frotho in Curlandos movet.

Stratagemata Frothonis.

Curlandi a Danis trucidati.

Frotho in Trannonem Ruſſiæ Principem movet.

Stratagema Danorum.

loca provifis antea clavis obſtruit, terebrique damnum ſtipitibus penſat. At ubi foraminum copiam mergendæ claſſi ſufficere credidit, demptis obſtaculis, promptum aquis aditum patefecit, hoſtilemque claſſem ſua circumfundere properavit. Ancipiti periculo circumventi Ruteni, armis prius an undis reſiſterent, hæſitabant. Naufragio pereunt, dum navigium ab hoſte vindicare contendunt. Internum diſcrimen externo atrocius erat, dum foris ferrum ſtringunt, intus fluctibus cedunt. Bina ſimul in miſeros pericula graſſabantur. Incertum erat, celerius nando ſalus an dimicando peteretur. Medium pugnæ certamen nova fati diremit occaſio. Geminæ mortes uno ferebantur inceſſu: duæ lethi viæ ſocium egere periculum. Ambiguum erat, ferrum magis an fretum officeret. Gladios propulſantem, tacitus fluctuum allapſus excepit, e contrario fluctibus obviantem, obvius enſis implicuit. Aquarum eluvies cruoris aſpergine fœdabatur. Victis itaque Rutenis, patria Frothoni repetitur. Qui cum legatos in Ruſſiam exigendi tributi ſtudio miſſos, incolarum perfidia, atroci mortis genere conſumptos animadverteret; duplici injuria permotus, urbem Rotalam, arcta admodum obſidione perſequitur. Quane fluvii interſtitio prohibente tardius potiretur, univerſam aquæ molem nova rivorum diverſitate partitus, ex ignotæ profunditatis alveo meabilia vada perfecit: nec ante deſtitit, quam rapidior vortex dividuo minoratus excurſu languidiore undas lapſu ageret, ac per exiles flexus vadoſa paulatim conſtrictione rareſceret. Ita amne domito, oppidum naturæ præſidio vacuum, inoffenſa militum irruptione proſternit. His geſtis ad urbem Peltiſcam exercitum contulit. Quam viribus invictam ratus, bellum fallacia

Victoria Frothonis.

Legati Frothonis tributum exacturi, in Ruſſia enecantur.

Frotho Urbem Ruſſorum Rotalam obſidet, & capit.

Urbem Peltiſcam aggreditur.

lacia mutavit. Siquidem, paucis admodum conſciis, ignotæ opacitatis latebras petivit, extinctumque ſe, quo minus hoſti terroris afferret, vulgo nunciari præcepit. Additæ in fidem exequiæ tumulusque conſtructus. Sed & milites conſcio fraudis mœrore ſimulatum Ducis obitum proſequuntur. Qua fama Rex urbis Veſpaſius perinde ac victoria potitus, tam languidam ac remiſſam defenſionem egit, ut hoſtibus irrumpendi poteſtate facta inter luſus & ocia necaretur. *Idem habent celebres Hiſtoriæ Danicæ Duumviri,* Pontanus *&* Meurſius, *& ille quidem libr. 1. pag. 16, hic vero libr. 1. p. 6.*

Stratagema Danorum ingenioſum.

Veſpaſius princeps, irrumpentibus in urbem Danis, trucidatur.

§. 4. *De Curlandis, a Rorico, Daniæ Rege, cognomine Slyngebaand, poſtquam rebellaverant, ad obſequium reductis, ſequentia prodit* Pontanus *libr. 1. p. 18.* Extincto Rege Hothero, Curetes & Sveones, perinde ac morte ejus tributario forent onere liberati, Daniam, quam annuis vectigalium obſequiis amplecti fuerant ſoliti, armis aggredi in animum induxiſſe referuntur. *Confer* Meurſium *lib. 1. pag. 10.* Roricus, cognomento Slingebondus, adoleſcens regnum accipit: cum ætatem aſpernatæ, tributariæ ditiones, Curolandia, Svecia, Vendia, de excutiendo jugo inter ſe conſilium capiunt &c. *Vid.* Saxon. *libr. 3. p. m. 46.*

Curlandia a Rorico, Daniæ Rege, ad obſequium redacta.

Curlandi ab antiquo Daniæ Regibus vectigales.

§. 5. *De Ruſſia, Frothonis III, Daniæ Regis, imperio ſubjecta, audiamus* Saxonem Grammaticum, *Libr. V. pag. m. 68. ſequ.*

Ruſſia Frothonis III. Dan. Regis imperio ſubjecta.

Quo (*ſc. Frothone*) curioſius a monitoribus habilem connubio ſuo fœminam perquirente, præcipue Regis Hunnorum filia collaudatur &c. (*NB. Antiquam Hunnorum ſedem fuiſſe Ruſſiam, Danis exinde*

Ruſſia Danis Chunigard. ab Hunnis ibi conſidentibus dicta.

Chunigard vocitatam, teſtatur Helmoldus, *in Chron. Sclavor. ſub initium libri 1. Confer* Stephanium *in not. ad Saxon. p. 191. item* Tormodum Torfæum, *Hiſtoria Norv. Tom. I. Cap. XXI. de ſitu Hunniæ: Alii, inquit, in Ruſſia Hunnos collocant &c.)* Rex pretio opus agnoſcens, aureo torque prolato, legationis præmium pollicetur. &c. Weſtmarum quoque & Colonem, cum eorum filiis, in idem legationis opus accerſiri placuit, quod eorum ſolertiam Frotho repulſæ rubore carituram putaret. Ii ſimul cum Gotwara profecti, prius triduano ab Hunnorum Rege, convivio excepti ſunt &c. &c. Illa (virgo Regia) ſe Frothonem, tanquam famæ ac claritudinis inopem, faſtidire dicebat. Nulli etenim quondam illuſtrium fæminarum connubiis idonei cenſebantur, niſi qui ſibi ingens famæ pretium geſtarum inſigniter rerum fulgore ſtruxiſſent. &c. &c. Igitur legati voti deſperatione torpentes, ulteriorem rei conatum Gotwaræ prudentiæ tradunt. Illa non verbis modo, ſed etiam ſuccis in Venerem mixtis, virginem enervare conata, aſſerere cœpit, Frothonem læva tanquam dextra utentem, nandi dimicandique promptiſſimam habere peritiam. Oblata quoque potione rigorem puellæ cupidine permutavit &c. &c. Igitur Weſtmarus regiam cum armatis ingreſſus, jam aut precibus obſequi inquit, aut pugna precantes aggredi neceſſe erit &c. Si natam negas, admitte pugnam, alterum neceſſe eſt, præſtes. Mori aut exaudiri volumus &c. Gratius noſtram Frotho cladem, quam repulſam accipiet. Nec plura elocutus, jugulum Regis ferro ſe petiturum minatur. Contra Rex, non decere, ait, amplitudinem Regiam, quem honore præcelleret, æquare conflictu &c. At Weſtmarus nihil de certaminis exhortatione remittens, ad ultimum

Legati Frothonis in Hunniam ſeu Ruſſiam miſſi ſponſam Regi quæſituri.

Frotho a Regia Virgine tanquam minus adhuc militia clarus contemtui habitus.

Sponſa petita, philtro adhibito, in vota promtior.

Weſtmari Legati Dani audax factum.

mum ipſam virginis mentem explorare jubetur &c. Pater vero, quo certius filiæ mentem inſpiceret, legatos ſubſequi cœpit. Illa prius in amorem proci latenti portionis operatione, perducta, plura ſe de Frothonis indole referebat ſpe præſumpſiſſe, quam fama: quippe cum is ab illuſtri genus parente duxerit, naturaque omnis ſuæ ſoleat origini reſpondere. Quamobrem juvenem ſibi non tam præſentis, quam futuri ſplendoris intuitu placuiſſe. Quibus auditis mirabundus pater, ſed ne permiſſam quidem puellæ licentiam reſcindere paſſus, Frothonis eam conjugio pollicetur. Quam poſtmodum proviſis abunde commeatibus, tollens magnifico rerum apparatu, conſequentibus ſe Legatis, Daniam adire deproperat, ſciens, neminem patre melius filiam nuptiis oblaturum. Frotho, ſicut jucundiſſime ſponſam excepit, ita futuri quoque ſoceri majeſtatem ampliſſimis honoribus celebravit, quem peractis tædis, magna auri argentique ſumma donatum dimiſit. Igitur Hanundam (Hunnorum hæc Regis filia erat) uſus florentiſſima triennii pace duxit. *Et multis interjectis pag. m. 86.* Inter hæc Rex Hunnorum, audito gnatæ repudio, adjuncto ſibi Rege Orientalium, Olimaro (*NB. intelligitur heic alius Ruſſiæ Rex, cum Ruſſia, teſte ſuperius laudato* Helmoldo, *l. c. Danis quoque a ſitu orientali audiverit Oſtrogard. Conſ.* Steph. *in Not. ad Saxon. p. 191.*) adverſum Danos biennio belli apparatum contraxit. Igitur Frotho nonſolum indigenas, ſed etiam Norvagienſes, ac Sclavos in copias vocat. A quo Ericus (*fuit hic Præfectus exercitus Danici, gente Norvegus*) hoſtiles ſpeculatum acies miſſus, Olimarum, qui claſſis magiſtratum acceperat, Hunnorum Rege terreſtres ducante copias, haud procul Ruſſia reperit &c. Deinde

Virgo Legatis Frothonis nomine deſponſa; patre comitante, in Daniam venit.

Nuptiæ Regiæ cum Hanunda Hunnica ſeu Ruſſica, poſtea repudiata.

Ruſſia Danis a ſitu orientali Oſtrogard dicta.

Bini Ruſſiæ Reges in Frothonem movent.

Frotho Norvegos & Sclavos vocat in partes.

Ericus, Hunnorum agmen exploraturus, obequitat. Quod Ericum præteriens, invicemque ab ipſo præteritum, primam ortivo ſole aciem, poſtremam occiduo conſpiciendam præbuit. Itaque penes quem tot millium regimen foret, ab obviis ſciſcitatus eſt. Quem Hun forte conſpiciens (Rex hic Hunnorum erat, ſpeculandi miniſterium accepiſſe cognovit) perquiritque, quod percontari vocabulum foret. Ericus ſe ubique adventantem, nec uſquam compertum vocitari perhibuit. Rex item admoto interprete, quid Frotho operis exerceret, interrogat. Cui Ericus: Nunquam Frotho domi inimicum præſtolatur exercitum, nec hoſtem, in ædibus operitur. Pernox enim & pervigil eſſe debet alienum appetens culmen. Nemo ſtertendo victoriam cepit, nec luporum quisquam cubando cadaver invenit. Quem Rex exquiſitis dictorum ſententiis calere cognoſcens: hic, ait, fortaſſe Ericus eſt, a quo filiam meam falſi criminis inſimulatam accepi. Qui continuo prendi juſſus non decere, inquit, unum a pluribus abripi. Quo dicto non modo Regis animum complacavit, ſed etiam ad ignoſcendi ſibi voluntatem perduxit. Cujus impunitatis cauſam potius a calliditate, quam benevolentia profectam conſtabat, cum ob hoc maxime demitteretur, ut Frothonem nunciatæ multitudinis rumore terreret. A quo cum reverſus explorata referre juberetur, ſex claſſium ſenos Reges, earumque quamlibet quina navium millia complectentem vidiſſe ſe retulit, quarum unamquamque trecentorum remigum capacem eſſe conſtaret. Quemlibet vero totius ſummæ millenarium quaternis aliis contineri dicebat. Volebat autem millenarium mille ac ducentorum capacem intelligi, cum ala omnis trecentorum numero compleatur. Cunctante

Superbum Præfecti Danici reſponſum.

Multitudo Ruſſorum Frothoni imminens.

ctante vero Frothone, quid contra tot acturus eſſet, attentiusque ſubſidia circumſpiciente: probum, inquit Ericus, audacia juvat: acri cane occupandus eſt urſus: moloſſis quippe non imbellibus aviculis opus eſt. Quo dicto Frothoni contrahendæ claſſis conſilium præbuit. Qua inſtructa adverſum hoſtem navigatio tenditur. Igitur inſulas, quæ Daniam Orientemque interjacent, præliis ſubigunt. Unde procedentes naves aliquot Ruthenæ claſſis, offendunt. Quarum cum Frotho paucitatem inceſſere deforme duxiſſet, a macro, inquit Ericus, & tenui petendus eſt cibus. Raro pingueſcet, qui cadit. &c. Quo documento Regi irruptionis edendæ ruborem excuſſit, eumque mox ad paucitatem multitudine laceſſendam perduxit, utilitatem pudori præferendam ſignificans. Poſthæc ad Olimarum proceſſum eſt, qui multitudinis ſegnitie excipere hoſtem, quam aggredi præoptabat: quippe Ruthenorum navigia incompoſita, minusque ob granditatem ad remigium habilia videbantur. Sed ne ei quidem numeroſitatis potentia profuit. Inuſitata namque Ruthenorum multitudo, copiis quam virtute præſtantior, robuſtæ Danorum paucitati victoriam tradidit. Frotho, cum patriam repetere vellet, inauditum navigationis impedimentum expertus eſt. Quippe crebra interfectorum corpora, nec minus ſcutorum haſtorumque fragmenta jactante æſtu univerſum maris conſtraverant ſinum &c. bellum cum mortuis obortum crederes. &c. &c. Jamque cuncti Ruthenorum Reges, Olimaro Dagoque exceptis, Marte conciderant. Bella quoque Ruthenos ex Danorum imitatione celebrare præcepit &c. &c. Aliam quoque ſuper militum ſtipendiis conſvetudinem, a ſubactis ſibi Regibus obſervandam, edixit &c. &c. Poſthæc in-

Frotho inſtructa claſſe hoſti in occurſum contendit.

Frotho decori alias ſervantiſſimus, auctore Erico, utilitatem præfert.

Multitudo Ruſſorum paucitati Danicæ ceſſit.

Frotho domum navigaturus, interfectorum cadaveribus impeditur.

Omnes Ruſſorum Reguli, præter Olimarum, Dagumque proſtrati.

terrogatus a Rege Ericus, an Olimari copias Hunorum æquaret exercitus, carmine ſic eloqui orſus eſt.

Hercule deprendi nulli numerabile vulgus,
Vulgus, cujus erat terra nec unda capax.
&c. &c.

Frotho Danicum bellandi morem Ruſſis præcepit.

Igitur Frothone, quid contra tot opponeret, perquirente, redeundum docet, patiendumque, hoſtes propria primum immanitate conſumi. Obeditum monitui eſt. At Huni per avia ſolitudinesque progreſſi, nusquam repertis commeatibus, paſſim inedia periclitari cœperunt &c. Primum itaque Regem paulatim defecere cohortes, deinde centuriatim defluxit agmen. Deſeruit eum quoque Uggerus vates, vir ætatis incognitæ, & ſupra humanum terminum prolixæ, qui Frothonem transfugæ titulo petens, quicquid ab Hunis parabatur, edocuit. &c. &c. &c. Cæterum, cum Frotho ſuſtentandi exercitus ſumptum in dies difficiliorem adverteret, Rollerum in Norvagiam, Olimarum (*NB. Ruſſorum Regem, Frothoni jam ſubjectum*) in Svetiam, Oenevum Regem, & Glomerum piratarum præcipuum, ad Orcades, petendorum commeatuum gratia, dirigit, proprias cuique copias tribuens. Triginta Reges ſequebantur Frothonem, qui ipſum amicitia vel obſequio colerent. Audiens autem Hun, dimiſſas a Frothone copias, novum recentemque militem contrahit. &c. Autumno petitores commeatuum redeunt, trophæis quam alimentis locupletiores. Rollerus enim provincias Sunmoriam & Normoriam, occiſo earum Rege Arthorio, vectigales effecerat. At Olimarus Thorum Longum, Jamtorum atque Helſingorum Regem, duosque alios haud inferioris potentiæ duces: Heſtiam quoque & cum Oelandia Curetiam,

Poëta Ruſſicus Uggerus ad Frothonem transgreditur.

Triginta Reges Frothoni amicitia vel obſequio ſequaces.

Victoriæ a Frothonis Ducibus reportatæ.

Eſthonia, Curetia Froth. imperio ſubjecta.

retiam, ſed & inſulas Svetiæ prætentas, celeberrimus Barbariæ domitor triumphavit &c. &c. Cæterum viginti regna imperio Frothonis adjecerant, quorum Reges triginta prædictis adjuncti, Danorum partibus militabant. Hac virium fiducia cum Hunis pugna conſeritur. Cujus prima dies tanta interfectorum ſtrage recruduit, ut præcipui tres Ruſſiæ fluvii cadaveribus, velut ponte conſtrati, pervii ac meabiles fierent. Præterea quantum quis itineris per triduum equo conficere poſſet, tantum locorum humanis cadaveribus completum videres. Adeo ſpatioſa cædis veſtigia erant. Itaque prælio ſeptem dies extracto, occidit Rex Hun. Cujus frater eodem nomine inclinatam Hunorum aciem conſpicatus, cum ſua ſe cohorte dedere cunctatus non eſt. Eo bello ſeptuaginta ac centum Reges, qui aut ex Hunis erant, aut inter Hunos militaverant, ſubmiſere ſe Regi. &c. Igitur Frotho, vocatis in concionem Regibus, ſub uno eodemque jure degendi normam imponit: Præfecit autem Olimarum Holingardiæ, Oenevum Conogardiæ (*NB.* Stephanius *in Notis ad Saxon. p. 185. In Ruſſia ſunt Chunigard, Holmegard, quod in Grad poſtea verterunt*) &c. Dago Heſtiæ regimen erogavit. Quorum unumquemque certis tributi legibus oneravit, obſequium beneficio applicans. Itaque Frothonis regnum Ruſſiam ab ortu complectens, ad occaſum Rheno flumine limitatum erat. *Hæc* Saxo, *conferatur* Pontanus *libr. 1. p. 22, item* Meurſius, *qui filiam Hunnorum Regis, Frothoni elocatam, non cum Saxone Hanundam, ſed Hermundam ſalutat libr. 1. p. 26. Item Chronicon, quod adſcribitur* Erico Pomerano, *p. m. 126. edit. Elzeviriana, ubi inter alia*: Contra hunc Frothi venit, Rex Hunorum, cum aliis 69 Regibus &c. hos omnes occidit Frothi,

Viginti regna ſeu ditiones imperio Danico adjectæ.

Triginta Reguli prædictis adjuncti, pro Dano militant.

Fluvii Ruſſici interfectorum cadaveribus repleti.

Septimo prælii die cæſus Rex Hun.

170 Reguli eo bello Frothoni ſe ſubmittunt.

Olimarus Holingardiæ, Oenevus Chunigardiæ, in Ruſſia a Frothone præfecti.

Dagus Eſthoniæ præficitur.

Imperii Frothonis amplitudo.

69 Reguli in exercitu Ruſſico.

Prælium juxta Blekingiam conſertum.

pugnans cum eis in mari juxta Bleking. *De fortiſſimo, qui ſub Frothone tam glorioſa ſtipendia hic fecit, belli Duce, Erico Norvego, ex inſula Rogia Renniſæ oriundo, loquitur Celeb.* Torfæus, *Hiſt. Norveg. Tom. I. libr. 8. Cap. VII, p. 353.* Hunnico deinde bello, quod ob repudiatam a Frothone Hunnorum Regis filiam, illatum eſt, Eirici virtus conſiliorumque admiranda vis plurimum enituit, exercitum quippe ingentem, primo Ruſſorum, mox Hunnorum, exploravit, modumque, quo ſuperaretur, edocuit, ad delendum plurimum præſtitit. &c.

Elogium Erici Præfecti Danici.

Starchateri Ducis Danici in Ruſſia, Pruſſia & Curlandia, geſta.

§. 6. *Starchateri, celebris olim in Dania pugilis, reique maritimæ ſub Frothone IV, Daniæ Rege, Præfecti in Ruſſia ac Curlandia geſta exponit* Saxo *Libr. VI. p. m. 104. ſeq.* Deinde capto Wicari navigio, Bemonum quendam, cunctis Daniæ piratis virtute præſtantem, maritimum prædonem geſturus accedit &c. &c. Cum ergo profligatis late provinciis, ardore quoque tyrannico Ruſſiam invaſiſſent, incolæ parum mœnibus armisve confiſi, prohibendis hoſtium inceſſibus inuſitati acuminis clavos objicere cœperunt, ut quorum reprimere nequirent impetum, morarentur excurſum, taciteque plantas hamus elideret, quibus palam acies reſiſtere trepidaſſet. Sed ne id quidem impedimenti genus arcendis hoſtibus efficax fuit. Neque enim Danis ad eludendam Ruthenorum operam calliditas defuit. Continuo namque lignea pedibus tegmina ſubmittentes, ſubjectos plantis aculeos innocuis preſſere veſtigiis &c. Tum ſaltus invios ac nemorum denſiſſima quæque penetrantes, Ruthenorum principem Floccum, montanis, quibus irrepſerat, latebris ejecere. Quo in loco tanto prædæ potiti ſunt, ut ne unus

Bemonus pirata Danus Starchaterum in Ruſſiam ſequitur.

Floccus Ruſſorum Princeps a noſtris fugatus.

unus quidem extaret, qui non auro argentoque onuſtus claſſem repeteret. *Et nonnullis interjectis:* Poſthæc Starchaterus, ad inhibendam Orientalium defectionem, una cum Wino, Sclavorum Principe, delegatur. Qui ſimul adverſum Curetum, Semborum, Sangalorum omniumque poſtremo Orientalium exercitus, præliati, claras late victorias edidere. Eximiæ opinionis gladiator, nomine Wiſinnus, apud Ruſſiam, rupem, quæ Anafial dicitur, ſede & manſione complexus, vicinas longinquasque provincias omni injuriæ genere vexavit. Hic omnem telorum aciem ad hebetudinis habitum, ſolo conſpectu, redigere ſolebat. Quamobrem tantam viribus ejus audaciam peperit excluſus vulnerum metus, ut etiam illuſtrium virorum conjuges maritis ſpectantibus raptas, ad ſtuprum pertraheret. Cuius ſceleris Starchaterus rumore excitus, tollendi auctoris gratia Ruſſiam petit. Qui quoniam nihil expugnatu difficile habuit, petitum ex provocatione Wiſinnum, etiam artis ſuæ beneficio ſpoliatum oppreſſit. Ferrum quippe ne præſtigiatori conſpicuum foret, tenui admodum pelle contexit &c. *Confer* Pontanum, *Libr. I. p. 26. qui inter facinora Starchateri, Frothonis IV, ac regni Danici nomine perpetrata memorat, occubuiſſe dextra ejus apud Moſchos Principem Folconem, pugilemque Viſinnum.* *Nec non* Joh. Meurſium, *Libr. 2. pag. 23. qui præfectura maris donatum a Frothone Starchaterum poſtquam enarravit, ad facinora ejus transgreditur, ubi inter alia:* Ruſſiam, itidem rebellantem, ſub Frothonis poteſtatem reduxit. *Et poſt plura:* Etiam in oriente nova molientes populos Curolandos, Semigallos aliosque ad officium reduxit. *Hac Meurſius. At regerat aliquis, oriundum ex Svecia Starchaterum*

Curlandi, Pruſſi, &c. a Starchatero triumphati.

Wiſinus, pugil Ruſſicus, a Starchatero oppreſſus.

Qua arte magum vicit.

Starchaterus Archithalaſſus Dan.

Ruſſia & Curlandia rebellantes, ſub Frothonis poteſtatem redactæ.

rum adeoque ipſius facinoribus immerito gloriari Daniam. Reſpondeo, nobis facinora iſta Starchateri in tantum merito vindicatum iri, quatenus ea, tanquam Archithalaſſus Regis Daniæ, & quidem Danica manu copiisque ſtipatus, perpetraverit, Starchaterus, frequentius in Dania (hanc ſcilicet non quidem naſcendi ſorte, ſed obſequio longaque conſuetudine ſuam effecerat patriam) quam Succia ipſoque natali ſolo verſatus.

Starchaterus in Svecia equidem natus, ſed frequentior in Dania.

Haldani III. Dan. Reg. in Ruſſia geſta.

§. 7. *Haldani III. Dan. Regis, in Ruſſia geſta commemorat* Meurſius, *Hiſt. Dan Libr. 2. pag. 28.* Hinc in Ruſſiam profectus, quam Alverus, Sueciæ Rex, tum impugnabant, contra eum arma capiens, cum facinora illic multa præclariſſima edidiſſet, tandem e duello ſaucius deceſſiſſe apud Danos memoratur &c. Vid. Saxon. Libr. 7. p. 135.

Jarmerici, Dan. Reg. adverſus Boruſſos, Ruſſos & Curlandos res geſtæ.

§. 8. *De Jarmerici, Dan. Regis, adverſus Sembones, Curlandos & Ruſſos rebus geſtis, ita* Saxo. Grammat. *Libr. VIII. p. 155.* Inde profectus, Sembonum, Curetum compluriumque Orientis gentium (*Ruſſos puta, aliosque orientem verſus populos*) cladem exercuit. *Concinit huic* Meurſius, *Libro 2. p. 33.* Ac recepta ita Sclavia, (*Vandalia puta, ſtricte ſic dicta, de qua ſuperiori capite actum*) & præſidiis ordinatis, cum in regnum rediiſſet, in Curlandos atque Sembos arma vertit, & devictos ad obſequium denuo cogit. *Item poſtea pag. 34.* Orientis quoque populos, Sembos atque Curolandos, aliosque, qui cum ante Daniæ vectigal penderent, occupatis bello regibus, ſe obſequio ſubtraxerant, vindicavit. Pontanus, *Libr. I. p. 34.* Impoſita exinde Sclaviæ quoque populis, Sembis ac Curetibus, qui imperium ejus detrectarant, reverentia.

Gentes rebellantes ad obſequium redactæ.

§. 9.

Legatio Thorkilli Adelfar ad Ugarthilocum, Ruſſiæ idolum.

§. 9. *De Legatione Thorkilli, cognomento Adelfaer, ad Ugarthilocum, ſeu Locum Uthgarthiæ extremæ (ni fallor) Ruſſiæ idolum, ſub Gormone Grandævo, Daniæ Rege inſtituta, varia ex mythologiis veteribus hauſta affert* Saxo Grammaticus, *Lib. VIII. pag. 164. quibus exſcribendis ſuperſedemus; monentes ſolummodo, eandem de Thorone Deaſtro, ad Ugarthilocum profecto, in Edda Islandorum mytholog. 39, mutato nomine, nonnulliſque circumſtantiis, narrari fabulam, ubi Ugarthilocus, Rex ſalutatur. Cæterum nimis longe petitum videtur, quod nonnulli Utgarthiam apud Conſtantinopolin, utpote veteribus Myklegard dictam, quærendam autument, de quibus* Stephanius, *cum haud obſcure pateat ex verbis* Saxonis *de Regnero, Dan. Rege, lib. IX. p. 175.* Trajecta in Ruſſiam claſſe, comprehenſum Daxon apud Utgarthiam cuſtodiæ relegavit, *intelligi Ruſſiam majoribus noſtris Garderike, item Oſtrogard ſalutatam, & quidem extremam, quod particula uth denotari videtur, aut ſaltem aliquam Ruſſiæ urbem. Niſi appellative ſumamus vocabulum Uthgard, præeunte* Stephanio *in Not. ad* Saxon. *pag. 185.* Utgardur, *inquit*, priſca lingua Danica ſuburbium notat. Hlok autem Dæmonem ſignificat &c. Hinc Utgarda Hlock erit Dæmon, ſeu idolum, quod in ſuburbio, vel forte civitate aliqua populoſa, ſic dicta, colebatur. *Sed de hoc ſatis. De ipſius Gormonis in Biarmiam, Ruſſiæ provinciam, fabuloſa profectione, vid.* Saxon. *l. c. p. 162.*

Eadem fabula narratur de Thorone.

Per Utgardiam non intelligitur Conſtantinopolis, ſed Ruſſia extrema.

Gormonis Dan. R. in Ruſſiam iter.

Ivari Latipaſſi Potentiſſ. Dan. Regis, in Ruſſiam expeditio.

§. 10. *De expeditione Potentiſſimi olim juxta ac bellicoſiſſimi Daniæ Regis, Ivari Vidfadme, ſeu Latipaſſi, ab amplitudine imperii ſic dicti, in Ruſſiam, adverſus Ruſſorum Regem Radbardum, quod Ivaro incon-*

inconſulto, filiam ejus Audurem cognomento Diupaudga, ſ. prædivitem, poſt occiſum maritum Hrærecum Slaungvanbaugium (ita Scriptoribus Islandis vocatur Roricus Slyngebond, de quo in ſuperioribus, ordinem vulgarem ſecuti, quædam ex Saxone *attulimus) cum parvulo gnato Haraldo, poſtea Daniæ rege, Hildetan cognominato, e Dania profugam, in matrimonium duxiſſet, ita Celeberr.* Thormod. Torfæus, *in Ser. Reg. Dan. Libr. 3. Cap. 8. pag. 312.* Filia Vidua cum parvulo gnato Haraldo, ut ſævitiam parentis & immenſam perfidiam evitaret, e Dania in Ruſſiam profugit, Regique iſtius regni, Radbardo nomine, nupſit. Poſtea Ivar, tum cupidine iſtius regni illectus, tum etiam ultionis ſtimulis agitatus, eo quod Radbardus filiam ſe invito & inconſulto matrimonio ſibi jungere auſus eſſet, in Ruſſiam expeditionem ſuſcepit. Verum accidit in itinere, ut prodigioſo ſomnio aliquando excitatus, familiarem ſuum & nutricium, nomine Hordum, ſciſcitaretur, ecquid portenderet? Qui cum ultricibus furiis eum agitari reſpondiſſet, is de parentum ſuorum & cognatorum ſtatu, qualis eſſet, interrogavit. Regeſſit Hordus, ipſos in ſummo honore eſſe, & inter Deos Odinum & Aſas in aula Valica genio indulgere, verum omnes illi eſſe infenſiſſimos. Ad ultimum quæſivit, qualis ſe locus in Valhalla maneret? Regeſſit alter, præparatam ipſi ſedem apud ſerpentem Midgardenſem, (multa de eo fabulatur Edda.) Experire igitur, inquit, qualis ſit ſerpens Midgardenſis, & provocato familiari, e navi præceps in undas extemplo proſiluit: quo conſpecto, Hordus de rupe, cui inſiſteret, in mare ſe projecit, nec poſtea viſi ſunt, quod ſub undis confligendo interierint. Hoc cognito

Filia Ivari Regis nubit Radbardo, Ruſſiæ Regi.

Somnium Ivari.

Ivarus de ſuo poſt mortem ſtatu ſolicitus.

Valhalla ſeptentrional. Elyſium.

Mors Ivan Regis.

to nepos ipſius Haraldus Hilditann, quindecim tum annos natus, e Ruſſia in Daniam extemplo profectus, omnium ſtudiis exceptus eſt, Rexque ſalutatus. Hæc ex Fragmento hiſtorico de pugna Bravallenſi. *Eadem fuſius enarrat laudatus* Torfæus, *Hiſtor. Norveg. Part. I. Libr. 10. Cap. 24. p. 445. Cum hiſce vero non conſiſtat locus* Snorronis Sturlæi, *qui Ivaro paruiſſe tradit,* allt auſtr riki, *ſ. vertente* Torfæo, *totam Ruſſiam. Vid. ſer. Reg. Dan. p. 308. ubi hæc ex* Sturlæo *adducuntur :* Ivar vidfadmi lagdi under ſik allt Sviafelldi, hann eignadiz oc allt Danavelldi, oc mikinn lut Saxlandz, oc altt auſtr riki oc enn fimta lut Englandz, *h. e. Torfæo interprete :* Ivar Latipaſſus, univerſam Sveciam in ſuam poteſtatem redegit, omnem inſuper Daniam acquiſivit, magnam partem Saxoniæ, totamque Ruſſiam & quintam partem Angliæ. *Niſi totum hic pro inſigni ejusdem parte ponatur. Locus Hiſtoriæ Hervorianæ, quem ibidem affert,* Torfæus, *circa definiendum imperii ejus terminum moderatius ſe gerit, ad Ruſſiam usque porrectum docens. Edit. Svecic. Cap. XX.* Ivarhinn Fidvarm (*ita hic levi variatione dicitur, quaſi late digreſſus*) lagdi tha undir ſik allt Sviavelldi oc Gautland, Saxland oll auſtr riki allt til Gardarikis. I. e. Ivar Vidfarnius tunc ſibi ſubjecit univerſam Sveciam, Gothiam, Saxoniam & omnes terras orientales usque ad Gardarikiam, *ſ. Ruſſiam, ita majoribus noſtris appellatam. Ubi tamen variantes ejusdem loci lectiones obſervat* Torfæus, *cum Exemplar MS. ſibi a Cel. Arna Magnæo communicatum paulo aliter ſiſtat.* v. gr. hann vann oc Danaveldi oc Curland, Saxland, oc Eyſtland, oc oll auſtrr. i. e. Is etiam vicit Daniam & Curlandiam, Saxoniam & Eſthoniam, & omnes terras orien-

Nepos ejus Haraldus, ſuccedit in regno Dan.

Amplitudo imperii Ivari.

Tota Ruſſia Ivaro ſubjecta traditur.

Ruſſia noſtratibus olim Gardarike dicta,

Curlandia, Eſthonia &c. Ivaro ſubdit.

Eſthonia Eyſtland, id eſt terra oriental. dicta.

orientales. *Ubi Ruſſiam, uſitata tum temporis loquendi formula, connumerari facile dixeris.*

Regneri Lodbrock, Dan. Regis, per Slavoniam geſta.

Regnerus Helleſponticorum, forte Livonum Regem Dian perdomuit ac extinxit. Item filios ejus Dian & Daxon.

Rex Ruſſiæ Regnerum fugit.

Biarmi, gens Ruſſica, a Regnero iterato invaduntur.

Regnerus in Curlandiam ac Boruſſiam deflectit.

Regnerus, Biarmos tertio aggreſſus, illorum Regem occidit.

§. II. *Regneri, cognomine Lodbroch, fortiſſimi Daniæ Regis, per Sclavoniam geſta, perſequitur* Saxo *libr. IX. p. m. 174. ſeq. & qui narrationem* Saxonis *in compendium redactam ſiſtit, laudatus nuper* Torfæus *Ser. Reg. Dan. Libr. III. Cap. X. p. 354, idque his verbis:* Poſthæc expeditione in Helleſponticos (Livones forte intelliguntur) facta, Regem eorum Dian, variis contuſum bellis perdomuit, atque ad ultimum extinxit. Filios quoque ejus Dian & Daxon, Rutenorum Regis generos, qui paternæ necis vindictam moliebantur, prælio devicit, Scytasque, Daxoni amicos, eodem conflictu obtrivit, & Witſerco ditiones iſtas regendas commiſit. Rutenorum Rex, viribus ſuis diffiſus, Regnerianorum armorum vim fuga declinavit. Quinquennio circiter bellis hiſce inſumto, Regnerus in Biarmos, devictos nuper, ſed obſequio exire parantes, arma vertit, qui ad magicas converſi artes, magnam exercitui illius cladem intulere; unde retrocedere coactus, Curorum Semborumque regionem acceſſit, ibique exercitum parumper refecit. Mox Biarmos iterum aggreditur, quorum Rex ſubita hoſtium irruptione territus, ad Matullum, Finnorum Regem, perfugit. Ambo itaque conjunctis viribus in Regnerum movent, qui prælio ſecum congreſſos ſuperavit, Biarmorum Rege occiſo, Finnorum vero in fugam acto. &c. Dum hæc aguntur, Daxon ante memoratus, Witſercum, qui patri illius Diani in Helleſpontico regno ſucceſſerat (Sveciæ præfuiſſe Saxo hic dicit: ſed perperam, uti ex antecedentibus apparet; Livoniæ forte uti prius dictum, intelligi debet) fraudulenter

ter

ter ſuperatum occidit, regnumque illius occupavit. Hoc audito Regnerus claſſem paravit, qua in Ruſſiam transvectus, Daxonem invaſit, protinusque cepit, at mox annua tributa ſuppliciter ſtipulantem, e cuſtodia dimiſit, patriæque reddidit ac præfecit. Hinc claſſem iterum ingreſſus, ſolutaque Ruſſiæ ora, Sveciam petiit, cui Ericum filium præfecit, Ventoſi pilei cognomine celebrem. *Adduci ſimul merentur* Meurſii *verba Hiſt. Dan. Libr. 2. pag.* 41. Eo bello ſic confecto (*ſc. Helleſpontiaco, de quo in ſuperioribus*) quas ſubegerat provincias, filio (*ſc. Diani*), Widſerco tradit, inde populis Orientis per quinquennium divexatis, in Biarmos, Ruſſiæ gentem, nimis in res novas pronam, arma vertit. Diu dubia fortuna: ac Biarmi homines feri & ſilveſtres, incantationum quoque peritiſſimi, magis his, quam armis fiſi, per hæc tempora ſæpius rebellionem inſtituerant. Ideo æſtivo tempore, quod in ſilvis ſtudio venationis, e qua vitam tolerarent, morarentur, minus debellatu faciles cenſebantur. &c. &c. Horum in fines poſtquam militem perduxiſſet, tantam illi magicis carminibus ſtatim tempeſtatem excitarunt, quanta vix oriri poſſe credebatur. Hac detentus uno in loco diutiſſime & inedia plurimis ſuorum amiſſis, armis antea invictus, fere ob penuriam rei frumentariæ interciderat: ni ſedata tempeſtate, ventum opportunum nactus, ſe in Sembos, ac Curlandos, recepiſſet, qui exceptum perbenigne poſtquam illico ſupplemento & commeatu adjuviſſent, iterum in illos tendit. Rex illorum per id tempus ad Matallum, Finnorum Ducem, ad auxilium poſtulandum, iter pridem inſtituerat, & ab eo ſagittariorum manum non exiguam impetraverat, ac cum iſta in Biarmiam mox regreſſus, hibernanti tunc

Regnerus in Ruſſiam movens Daxonem cepit, ſibique vectigalem fecit.

Biarmi incantationum olim periti.

Tempeſtas Biarmorum carminibus excitata, Regnero impedimento fuit.

Matallus Finnorum Dux Biarmorum Regi ſuccurrit.

Regnero damnum ſatis magnum dedit, quippe Finni, ſive docti a Ruthenis, ſeu venationi ſueti, jaculando excellebant. His ſubnixus, cum Regnerum mox laceſſeret, is prohibitus loci incommoditate, niviumque altitudine, aciem contra explicare & confligere, ſemel fruſtra hoc conatus, revocat in caſtra militem: ac nocte proxima, explorato, negligentius hoſtem agere ſine excubiis, tacite in eum ducit; opprimitque imparatum & occidit.

Veſtig. Dan. Trophæum a Regner. erectum.

Tum in loco, quo pugnatum etiam Trophæum ponit, e congeſtis magnis ſaxis, & victoriam his inſcribit. *Chronicon, quod* Erico Pomerano, *Daniæ regi, adſcribitur, de Regnero inter alia:* Reyner Lechbroki. Iſte ſubjugavit Angliam, Scociam, Hyberniam, Norvegiam, Sueciam, Teutoniam, Slaviam, Ruſſiam & omnia regna Occidentis, ita quod IX filios ſuos, ſingulis in terris Reges fecit, & ipſe de uno regno in aliud inter illos pertranſivit.

Slavia & Ruſſia &c. a Regnero ſubjugatæ.

Danorum Duce Haquino, Haraldi Regis filio, in Boruſſiam expeditio.

§. 12. *Danorum, duce Haquino, Haraldi Cærulidentis, Daniæ Regis filio, in Sembiam expeditionem, ſequentibus perſequitur,* Saxo, *Libr. X. p. m.* 184. Idem, Sembos agreſſus, cum militum animos periculoſi belli reſpectu aliquanto infractiores animadverteret, quo melius fluctuantibus fugæ ſpem demeret, ignem ſubductæ claſſi ſubjecit, eoque neceſſitatis duramento imbecillitatis ignaviam repulit. Effecit enim, ut navigiorum facultate defecti, reditum victoria ſtruendum animadverterent. Itaque quo æquiore animo ſe ipſum claſſe ſpoliavit, eo tutiora hoſti ſpolia detraxit. Miſerta eſt tunc profecto fortuna Danici Ducis, a navigiorum jactura nautarum præſidia mutuantis, cum ſummam claſſis inopiam

Sagacia Haquini Ducis.

opem

opem victoriæ cerneret. Igitur ut prudenti, ita periculoſo conſilio ſalutarem miniſtravit eventum. Potiti enim Sembia Dani, necatis maribus fœminas ſibi nubere coëgerunt, reſciſſaque domeſticorum matrimoniorum fide, externis avidius inhærentes, ſuam cum hoſte fortunam communi nuptiarum vinculo partiti ſunt. Nec immerito Sembi ſangvinis ſui contextum a Danicæ gentis familia numerant. Adeo enim captivarum amor victorum animos cepit, ut omiſſa redeundi cupiditate, barbariem pro patria colerent, alienis quam ſuis conjugiis propiores.

Dani Boruſſia potiti.

Occiſis maribus fœminas ſibi nubere cogunt.

Boruſſi genus ſuum a Danis inde repetunt.

§. 13. *Imperium binorum Noruegorum, Augmundi Flockii & Oddi, qui a jaculandi peritia Oervar-Oddus, ſeu jaculorum Oddus, vulgo ſalutatur, in Ruſſia olim geſtum commemorat Celeb.* Thormodus Torfæus, *Hiſt. Norv. Part. I. Libr. 6. Cap. VI. pag. 273.* Ex Gigantis Hilderis cujusdam filia, Hildigerte, filium Vignerem ſuſcepiſſe traditur Oddus, ſtatura & viribus modum humanum ſuperantem, quem Augmundus Flockius, qui & Eythioficida, cum quo Oddo continua bella, ſemperque infelicia & damnoſa, geſta erant, &c. interemiſſe fertur &c. &c. Tandem affinitate Geirraudi gigantis, ducta in uxorem filia ejus Geirride, acutus, magnæ Ruſſiæ partis cum Rex factus eſſet Augmundus, multisque Regulis imperaret, ſingulisque Orientis Regibus myſtaces pilosque inferioris labii cum ſubjecta cute inter tributa exegiſſet, odio in Oddum ex parte ſopito, pacem fecit; Oddus etiam magnam Ruſſiæ partem imperio tenuiſſe dicitur, Regiumque nomen aſſumſiſſe, ducta in uxorem Silkiſiſe, Herraudi, Ruſſiæ Regis filia, a cujus morte regnum dotis

Norvegorum Augmundi Flockii & Orvar-Oddi in Ruſſia imperium.

Oddo cum Augmundo continua bella geſſit.

Augmundus magnæ Ruſſiæ partis Rex factus

Tributum ridiculum.

Subditis ſibi Regulis imperat.

Oddus quoque magnæ Ruſſiæ parti cum Regio titulo præfuit.

Herraudi Ruſſiæ Regis filiam ducit.

dotis nomine accepiſſe traditur, ex qua filios duos Aſmundum ſc. & Herraudum progeneravit. Verum patrii ſoli reviſendi amore captus, poſt tres annorum centurias (*ſi credere fas eſt*) in Norvegiam, urgentibus fatis rediit, duabus navibus, ſingulis ſexaginta remigibus inſtructis, rediturus in regnum, ſi incolumem patria reddidiſſet. &c.

Norvegiam patriæ amore reviſit.

Arngrimi Norvegi, ejusque pronepotis Heidrici, Jutiæ Reguli, in Ruſſia geſta.

§. 14. *De Arngrimi Norvegi ex Halogia vulgo Helgeland oriundi, ejusque pronepotis Heidrici, Jutiæ reguli in Ruſſia geſtis, agit idem* Torfæus, *Tomo eodem & quidem de priore, Libr. X. Cap. X. p. 420.* De Arngrimo, *inquit*, refert Hiſtoriæ Hervorianæ Exemplar Regium, fuiſſe, piratam celeberrimum, Gardarichiamque (Ruſſiam) ingreſſum ſub Rege Sigurlamio, ſenio una cum Regina valde provecto; meruiſſe, militiæ ejus terra marique præfectum. Eyfuram deinde, parentum voluntate, ei matrimonio junctam, datumque ſimul gladium Tirfingum, ſecundumque a Rege dignitatis gradum. Inde cum uxore ſua patriam repetiviſſe, inque inſula Holmo dicta habitaſſe. *De poſteriore vero capite ſequenti XVI, p. 432.* Iſto tempore Gardarichiam, ſeu Ruſſiam, vel partem ſaltem Ruſſiæ, Rex Hrollaugus imperio tenuit, Regum ſui ſeculi amplitudine opumque copia potentiſſimus. Uxor ei Herborg, ſui ſexus formoſiſſima, vulgoque acceptiſſima. Duo illis liberi, filius Herlaugus, filia Hergerdis, proles utraque ſpecioſa. Ad eum Heidricus legatione directa, educationem filii ejus poſtulat, eo tantum fine, ut omnia conſilia patris eluderet. Is autem dubitabat, iſti viro filii curam committere, qui multorum ſcelerum compertus eſſet, amicosque, autores fortunæ imperiique, perfide ſubvertiſſet. Verum

Augmundus militiæ Ruſſicæ terra marique Præfectus.

Secundum a Rege locum obtinet, Regis gener factus.

Legatio Heidrici, Jutiæ Reguli, ad Regem Ruſſiæ.

rum

rum Regina amplitudinem ejus felicitatemque, facinora quoque præclara, eaque permulta magis conſideranda regeſſit &c. &c. Atque ita ea annitente, filius legatis Heidrico deferendus traditur, magnoque cum honore apud eum quam curatiſſime educatur, prolixo Regis Siſkæque, (*pellicis Regiæ*) affectu cultus. In orientali expeditione occupatus Heidricus, magna claſſe exercituque regni Hrollaugini oris allabitur, pacateque in amica terra procedit: quo cognito, a Rege honorifica legatione ad convivium invitatur: Qui amicis de tanta re conſultis, pluribus licet diſſvadentibus, conſilii præſertim paterni reſpectu, certus transgrediendi nihilominus acceſſit. Exercitu deinde trifariam diviſo, una parte ad naves relicta, altero triente comitatui delecto, tertio infra ſylvas condito, ad ſpeculandum per noctes, ſi forte auxilio indigeret, Siſkam & Herlaugum, Regis filium, ſecum duxit. Convivarum illic frequentia: convivii apparatus pariter inſignis. Mane cujusdam diei in ſylvas venatum profecti, ſub prandium in urbem cum rediiſſent, nec filius Regis, Heidrico licet anxie quæſitus, usquam compareret, ludis cum nobilibus pueris occupatum pater exiſtimabat. Verum Heidricus animi anxius, triſtisque tota die, donec cubitum Siſka comitatus petivit, curam ei tam inſolitæ ſollicitudinis injecit; morbone an alia quacunque re infeſtaretur. Is autem negabat, ſe ei tantam rem aperire poſſe, periculo vitæ ſuæ, ſi emanet. Quo magis incitata ei blandiri cœpit, ſecreta mentis tali lenocinio expiſcatura. Victum itaque ſe precibus ejus ſimulans, negabat, ultra eam celare poſſe. Simul omne in ſylvam venatum proceſſiſſe, mox diſtractos ſparſosque; tandemque ſolum una cum alumno relictum in aprum incidiſſe,

Filius Regis Ruſſiæ in aula Heidrici educatur.

Heidricus in Ruſſiam ex expeditione orientali deflectit

Ad convivium a Ruſſiæ Rege invitatur.

Herlaugum Principem Ruſſicum alumnum ſuum ſecum adducit.

Herlaugus desideratur.

Commentum aſtutum ab Heidrico excogitatum.

interque feriendum, objecto callo, ictum haſtili confracto eludentem, Tirfingo educto occidiſſe; ſe vero deinde circumſpicientem, cum nullum reperiiſſet, quod gladius niſi calido humano ſanguine placari ſiſtique nequiret, alumni eum cruore propitiaſſe, retulit, certam ſibi mortem & inevitabilem, ſi hæc ad notitiam Regis perveniant. His auditis Sifka valde lacrymabat. Poſtero die, dum alii potarent, Sifka multo fletu genas rigabat. Regina cauſſam quærente, negat dici poſſe; blandis ergo verbis exorata, omnia, quæ Heidricus ei concredidit, aperuit. Quibus illa auditis, velamento capiti inducto, effuſe lacrymans palatio exiit. Rex ſubito ejus egreſſu mœſtitiaque obſervata, illico ſubſequebatur, cognitisque, quæ Sifka aperuit, arceſſito aulæ magiſtro, ad arma omnes excitare jubet, inque horto eum opperiri. His egreſſis, Heidricus colloquium Sifkæ cum Regina ſuſpectans, revelata ſecreta conjecit, ſuosque ſubmiſſa voce monet, ut arma loricasque induti aula exeant. Quibus egredientibus Hrollaugus ſuperveniens, Heidricum ad ſecretum colloquium in hortum ſevocatum capit, manibusque poſt tergum religatis, compedibus ſtringit &c. &c. Jamque in ſylvam ad publicum ſupplicii locum patibulo ſuffigendus ducitur, cum ſatellites ejus urbe egreſſi, ſigno tuba dato, eos, qui in ſylva ſuccenturiati latebant, illico exciverunt, junctique erectis ſignis infeſtisque gladiis in hoſtes, edito ingenti clamore, irruunt. Id videntes Ruſſi, in fugam verſi, Heidricum dimittunt. Gauti (*ſ. Juti*) autem, Rege ſuo vinculis exempto, ingentem inſuper ſtragem dederunt. Hrollaugum etiam in ſylvam effuſe cum ſuis fugientem compulerunt. Heidricus autem vinculis liberatus,

Indoles gladii Tirfingi.

Exemplum taciturnitatis muliebris.

Ruſſi in Heidricum armantur.

Heidricus ligatus ad ſupplicium ducitur.

Milites Heidrici Ruſſos fugant.

Strages Ruſſorum.

tus, parta magna præda ad naves rediit, ducto ſecum Herlaugo alumno ſuo, quem clanculum ad ſuos in ſylva abditos antea amandarat, mox oram maritimam Ruſſiæ latrociniis vaſtat. Igitur Hrollaugus conſilio habito exquirit, an cum eo congrediendum ſit? jam enim conſtare ſibi, filium ſuum vivere, quem is in poteſtate habeat, cui religio non ſit, vitam ei eripere, cum fratrem germanum innocentem prius occiderit. Regina conditiones pacis ei offerendas ſvaſit, partemque regni, quantam expeteret. Probato conſilio, Legati ad Heidricum mittuntur; locus dieſque conventui indicitur; paxque iis conditionibus coaluit: Heidrico Vindlandia dotis nomine, cum ingenti auri theſauro pretioſaque ſuppellectile, Hergerdiſque Regis filia uxor datur; cum qua nuptias, dum domum rediret, celebravit.

Heidricus magna præda potitus alumnum ſecum reducit.

Ruſſiam latrociniis vaſtat.

Legatio Ruſſica ad Heidricum.

Heidricus Hergerdem, Ruſſiæ Regis filiam, ducit, Vandaliam dotis nomine nactus.

§. 15. *De Aſmundi Norvegi, Halogiæ Regis filii, in Ruſſia geſtis, laudatus* Torfæus, *Hiſt. Norv. Tom. I. Libr. 7. Cap. 2. & 3. p. 310. ſequ.* In Ruſſiam inde delatus, cum Eigile unimano fortiter congreſſus eſt. Fuit Eigill Hringi, Smalandiæ Regis, ex uxore Ingibiorge, Biarkmaris, Gothiæ Comitis, filia, filius, juvenis valde ſtrenuus, pugilque eximius, qui cuſtodem limitaneum Ruſſiæ, nomine Rognvaldum, quinque navibus inſtructum, unica tantum manu, triginta militibus ſuccinctus, devicit, & duodeviginti ſuperſtitibus in fugam egit, adeo ſaucium, ut poſt nunciatam Regi cladem exanimis concideret. Ad quem vindicandum Aſmundus, a Rege Ruſſiæ Hertryggo miſſus, ut Eigilem vidit, arma cum illo ſe permutaturum, gladios ſecuribus, præfatus eſt. Id vero Eigill haut alienum reſpondit videri, quæſivitque, an navi mercibus onuſta uteretur? Vacuam

Aſmundi Norvegi in Ruſſia geſta.

Aſmundus a Ruſſiæ Rege ad vindicandum Eigilem pugilem miſſus.

Aſmundus affirmavit, replendam tamen præda, quam ejus navigium veheret, ſimulque interrogavit, quam ſatisfactionem Regi ob cædem cuſtodis limitum offerret? Is negavit, oves & pecudes pellendæ fami mactatas, pretio redimere ſibi moris eſſe. Se itaque cum eo dimicaturum, juſſaque Regis, de capite ejus ſibi deferendo, executurum, cum Aſmundus minatus eſſet, mortem ejus Regem ſitire reſpondit, præſentius conſilium videre, ut inito mutuæ amicitiæ fœdere, fratrum ſe loco mutuo colant, Regemque oppugnent occidantque, filiasque ejus in ſuam poteſtatem redactas, uxores ducant. Aſmundus utramque raptam reſpondit, nec earum copiam amplius ſuppetere. Eigill militum ſuorum periculo haut dimicandum, cum rectius duello poſſent, monebat; nec conditionem Aſmundus abnuebat. Egreſſi itaque navibus, ſingulare certamen inibant, diesque hoc modo tranſactus, paribus utrinque viribus agilitateque per veſperam ceſſatum, ſimul deinde comeſſatum eſt. Mane ſequentis diei in prælium reditum, & jam trium clypeorum jactura facta erat, cum ad horam diei duodecimam Eigill Aſmundum monuit ut ceſſaret. Aſmundus mandato Regio nondum ſatisfactum cauſatus, inſuper quot annos natus eſſet, percontatus, ubi duodeviginti cognovit: itaque ait, armis te defende, modo vitam diuturniorem expetis. Paruit Eigill, tantoque impetu in Aſmundum invectus eſt, ut cavendis tantum ictibus diſtineretur, nec tamen vulnera evaſit, unoque cum ſaucius eſſet Eigill, poſt ſeſquihoram convenientius prælio utrumque deſtiturum monuit. Metu perculſum cum Aſmundus exprobraſſet, Eigill, ut ſibi caveret, hortatus eſt, acriusque quam antea impetebat, tribusque vulneribus ſauciavit. Videns autem Aſmun-

Asmundus & Eigill duello congreſſi.

Poſtero die certamen repetitur.

Eigill ab Aſmundo ſauciatus.

Aſmundus, imminens ſibi a vehementi pugile periculum, projecto gladio, in eum irruit &c. &c. Eigilem itaque invadens Aſmundus, tandem humi ſtravit, dejectoque ſignificavit, nolle ſe dentibus jugulum ejus aperire, cum gladio deſtitueretur. Id tamen ei tutiſſimum futurum Eigill monuit. Aſmundus nihilominus periclitatus, ad gladium reſumendum abſceſſit, impetuque facto, velut icturus vibravit. Interim Eigill interritus nusquam ſe dimoverat, ſed tanquam obſtinatus ad moriendum humi jacuit. Miratus virtutem Aſmundus, incomparabilem pronuncians, ultro conditionem fraternæ ſocietatis prius ſibi oblatam detulit. Minori alacritate, quam ei prius obtulerat, ſe jam acceptuum reſpondit, utpote beneficio indultæ ſibi vitalis auræ ipſi jam obſtrictum. Aſmundus ſe occiſurum negabat, velle modo ut ſecum Regem adeat. Annitentibus deinde utriusque partis militibus, prælium amicitia ſocietateque mutatum eſt. Itum deinde ad Regem, Eigillque, procurante Aſmundo, in ſocietatem limitum cuſtodiæ receptus. Duæ erant Regi filiæ, Hildis utraque dicta &c. Harum utraque cum rapta eſſet, nec conſtaret a quibus, Rex ſingulas elocaturum, ſi vivas reducerent, dotemque trientem regni futurum, ſin mortuas, Comitatum intra regnum nobiliſſimum, ſplendidæque virginis alicujus matrimonium, publice in foro pollicebatur. *Et multis de illorum in Jotunheimos profectione, Regiarumque virginum liberatione interjectis Cap. IV. p. 313.* Aſmundus autem & Eigill, poſtquam filias Regis domum deduxerunt, conſenſu patris, publicoque ordinum regni, uxores ſibi impetrarunt &c. &c. *Aſmundi hujus hiſtoriam claudit Auctor noſter hiſce ſub finem Capitis VI. verbis, notatu dignis:* Hæc licet

Animus Eigilis adverſus, mortem obfirmatus.

Aſmundus virtutem Eigilis admiratus, ſocietatem cum eo iniit.

Eigill, procurante Aſmundo limitibus cuſtodiendis præficitur.

Aſmundi & Eigilis profectio ad virgines Regias reperiendas.

Vterque Ruſſiæ Regis gener factus.

Fœdera & affinitates vet. Dan. cum Ruſſis & Tartaris. Geſta Aſmundi in Tartaria, forte aliqua Ruſſiæ parte.

exigui momenti, duxi prodenda &c: ſimul ut fœdera, amicitias & affinitates remotiorum gentium, Ruſſorum Tartarorumque cum Danis, Svecis & Norvegis indicarem. *NB. Quæ idem Aſmundus in Tartaria, id eſt* Torfæo *judice, in aliqua Moſcoviæ parte, quo Tartarorum nomen ſe tum temporis effudiſſe putat, præterea geſſiſſe memoratur, utpote prolixiora hic prætereo, lectore ad ipſum* Torfæum *libr. 7. Cap. 1 & 2. amandato.*

Legationes Haraldi Pulchricomi, Norvegiæ Regis, in Ruſſiam, earumque eventus.

§. 16. *De Legationibus Haraldi Pulchricomi, primi Norvegorum Monarchæ, in Ruſſiam, earumque eventu, audiendus idem diligentiſſimus Norvegicarum rerum Scriptor, Tom. 2. Libr. 1: Cap. 39. pag. 68.* Quadam æſtate Haraldus, intimum ſuum amicum Haukum Habrokem accerſens, hoſtili jam, ait, impetu omni, inſultibusque intra territorium Noricum liberati, jucundam in poſterum tranquillamque vitam agere decrevimus. Deſtinavimus igitur, te hac æſtate in Ruſſiam mittere, ad res quasdam pretioſas noſtrisque in terris raras, coëmendas. Haukus hac in re ſe, ut cæteris omnibus, ei pariturum reſpondit. Deinde Rex viros, quorum opera antea uſus eſt, in varias regiones dimiſit. Mox Haukus, unica nave, & idoneo comitatu profectus, Holmgardum eodem autumno pervenit, ibique hiemavit, adque nundinas frequentiſſimas, cum e pluribus terris maximus confluxus eſſet, profectus. Ibi quoque inter cæteros athletæ Regis Eirici Upſalenſis, Biornus Blaſida, & Salgardus Serkus, conſpiciebantur, viri iniqui ibique in omnes injurioſi. Die quodam Haukus cum ſuo comitatu per urbem exſpatiatus, animo res quasdam pretioſas in uſum Domini ſui coëmendi, forte in tabernam viri Rutheni devenit. Inter alia toga in-

Haukus Habrock, Norvegus, ad res pretioſas coëmendas in Ruſſiam ablegatus.

Erici, Sveciæ Regis, Legati Holmgardi in Ruſſia eodem tempore.

inſignis; univerſa auro redimita, placuit; quam licitatus, cum de pretio conveniſſet, ad pecuniam repetendam in hoſpitium ſuum regreſſus eſt. Eandem autem togam Biornus, Regi ſuo comparaturus, eodem die prius, quod minus quam exigeretur, offerret, fruſtra licitatus eſt; quod animadvertens famulus Biorni, monet mercatorem, rem haud integram futuram, ni Biornus togam reportet. Ille autem reſpondit, mutari non poſſe, de quo tranſactum eſſet. Itaque ad Biornum digreſſus famulus, quæ geſta ſunt, narrat. Interea Haukus rediens pecuniam numerat, togamque aufert, cui Biornus & Salgardus in platea obvii, de emptione expoſtulant. Is ſe emiſſe, & quod emiſſet, retenturum pronunciavit. Illi regerunt, cimeliorum prærogativam Regi Eirico competere & convenire, utpote ſupremo ſeptentrionis Regi. Ad ea Haukus reſpondit: Haraldum inſvetum res ſuas Sveciæ Regi cedere, miſſoque famulo, qui togam in hoſpitium deportaret, ipſe interea cum ipſis altercatus, Salgardo ad certamen, tam de primatu Regum, quam togæ poſſeſſione, provocante, reſpondit, quod togam attineret, haudquaquam defugi, Regis autem ſui dignitatem gladii ſui fortunæ nullo modo committi. Hoc rerum ſtatu vir quidam, ſtatura brevi, corpore craſſo, Haukum accedens; Eſt mihi, inquit, gladius, ſatis in Biornum & Salgardum acutus, quem tibi donabo, ſi illis jam congredi deſtinas. Is nomen viri rogitans, Bujus, inquit, appellor. Haukus accepto gladio inſpectoque, iterumque ei tradito, gladius, inquit, meus non hebet, ſi animus roburque ſatis idonea, actiſque gratiis cognomen ei adjecit Buji Gladi-acuti. Tum Bujus, non recuſaſſet, inquit, Haraldus, gladium a me oblatum, fru-

ſtra

Haukus Norvegus togam pretioſam in uſum Regis ſui redemit, quam Legati Sveci antea fruſtra licitati erant.

Vana Legatorum Svecorum ſomnia, de prærogativa Sveciæ Regis præ cæteris ſeptentr. Regibus. Appoſitiſſimum Legati Norvegi reſponſum.

Norvegus ad certamen pro toga paratus, dignitatem vero Regis ſui cæcæ fortunæ neutiquam commiſſurus.

ſtra fata inhibentur, vobis enim iterum mutuus conventus incumbit: atque his dictis abiit. Mox inter partes cruentum bellum exortum, utrinque magna cædes vulneraque accepta; indigenarum intercurrentium confluxu prælium diremptum eſt. Haukus plurium ſeſe adjungentium ſtudiis felicior, victoriam togamque obtinuit. Sveci valde offenſi domum repedarunt. Jamque repens fama conditiones, quas Salgardus præſcripſerat, adventum Hauki prævertens, ad aures Regis Haraldi detulit, eumque in Haukum majorem in modum exaſperavit, quem reducem truci inſpectans vultu: itane, inquit, Hauke, etiam exiſtimationem meam armis tuis ſubjeciſti? minime, inquit, Domine; remque, ut geſta erat, ordine expoſuit. Placatus inde Rex: tunc quidem ſubligacula altius erexiſti, inquit, (alludebat enim ad cognomen Habrok, quod femoralia longa, quæ ſupra umbilicum aſtringuntur, denotat, adduxitque ad animum, quem ſuſtuliſſe ſignificat) ita eſt, inquit Haukus, ſed haut minus in Anglia cum Regis Adalſteini gremio filium tuum Haconem impoſui. Tum Rex ſubriſit. Exinde Haukus Habrokis nomen aſſecutus eſt. Pretioſiorem tunicam in Norvegiam nunquam delatam ferunt. Biornus & Salgardus in Sveciam redeuntes, exponunt Regi, quanta contumelia Haukus illum affecerit, ſimul etiam quod Rex Haraldus nulla ex parte ſe illo inferiorem Regem agnoſceret, id quod Erico diſplicuit, atque inde ſimultas inter illos exorta eſt. *Quæ ibidem ſequuntur de altera in Ruſſiam Legatione, cum fatente ipſo* Torfæo, *fabellæ viciniora videantur, ſicco pede præterimus.*

Certamen cruentum Legatos inter exortum.

Norvegus victoriam togamque obtinuit.

Magnanimitas Haraldi, Norveg. Regis, Sveciæ Regi minime ceſſuri.

Legati Sveci domum reverſi, Sveciæ Regi rem narrant, Regem Norvegiæ ſe illo nil inferiorem agnoſcere teſtati.

Geſta Eigilis Scallagrimidæ, Norvegi, per Curlandiam.

§. 17. *De Eigilis Scallagrimidæ, Norvegi bellicoſi, per Curlandiam geſtis, idem agit* Torfæus, *Hiſt. Norveg.*

veg. Tom. 2. Libr. 3. Cap. 3. pag. 157. ſequ. Primo vere, qui annus erat æræ Chriſtianæ CMXVII. Thorolfus & Eigill navibus piraticis mare Balthicum ingreſſi, orientalium regionum maritimis exſpoliatis, multisque præliis geſtis, vim ingentem prædæ conſecuti ſunt. In Kurlandiam delati, duarum hebdomadum nundinas cum incolis pacti, commercia exercuerunt. Quibus elapſis, ad prædas converſi, præliis paſſim commiſſis, ſuperiores evaſerunt. Quodam die oſtium cujusdam amnis invecti, inque dodecades diviſi, planitie ſuperata, in ſilvas proceſſerunt. Inde in oppida haud procul diſtantia infuſi, obvia quæque diripiebant, homines cædebant, impuneque per longum diei tempus graſſati, cum nemo vim opponeret, comparandis ſatiati, vel avehendis manubiis feſſi, ſigno receptui a Thorolfo dato, omnes in unum locum convenerunt. Solus Eigill cum ſuis deſiderabatur; quem nocte jam imminente, cum diutius opperiri vel quærere intutum eſſet, deſperato illius reditu, ad naves converſi ſunt. Interea Eigill, penetrata ſilva, in planitiem incidit, ubi frequentes villæ ſparſaque tuguria erant. Proximum ingreſſi hominibus vacuum exſpoliaverunt. Quod autem ædibus compluribus conſtaret, diutius iis luſtrandis immorabatur. Egreſſi, in indigenarum multitudinem a ſilva intercluſi inciderunt, qui magno protinus impetu eos adorti ſunt. His impar Eigill, confertim procedens, ne circumiretur, locum inſuper idoneum quærebat, qui eos quoque protegeret. Kuri pugnam cominus conſerere non auſi, miſſilibus & ſagittis eminus eos longo tempore impetebant, donec ad aggerem, qui a tergo erat, compulſi, cum reditu ad ſuos, tum alia quacunque elabendi via, excluderentur. His anguſtiis incluſi, cum

Thorolfus & Eigill Norvegi in Curlandia prædes agunt.

Pugna inter Curlandos & Eigillem, ejusque ſocios.

cum colonorum multitudine undique circumfuſi haſtis jaculisque cominus, etiam ab iis, qui aggerem conſcenderant, gladiis & ſecuribus peterentur, injectis in arma veſtibus uſu gladiorum inhibito, multis confoſſis vulneribus capiuntur, inque carcerem conjiciuntur. Supplicium de iis ex ſententia ruſtici, qui inter ſuos opulentiſſimus erat, ſumi placuit. Et is ſine mora obtruncandos ad unum omnes pronunciavit. Filius expectatione mitiorem ſententiam averſatus, noctem inſtare obtendit, quæ ex ſuppliciorum ſpectaculo capiendam voluptatem impediret; in craſtinum potius, majori ſpectantium oblectamento, reſervandos. Vicit ea ſententia. Igitur vinculis rigide conſtricti, in domum probe clauſam conjiciuntur. Kuri in triclinium læti dilapſi, potu ſe largius exhilarant. Eigill ad columnam manibus pedibusque religatus, viribus, quantum potuit, ei vel effringendæ, vel pavimento, cui altius impreſſa erat, evellendæ adnixus, rem feliciter expedivit. Inde cum nullo labore vincula dentibus rupiſſet, ſeipſum primo, deinde ſocios, ſolvit. Exinde qua exitus pateret, inquiſitum. Domus erat lignea, continuis trabibus a fundamento in aggeris formam ad parietum faſtigium ſurgentibus: frontiſpicium ſectilibus tabulis conſtabat, quo effracto, aliæ ædes trabalibus parietibus, uti priores, conſpicuæ ſe pandebant. Infra pedes voces hominum ſermonesque auditi. Janua in pavimento deprehenſa apertaque eos in ſubterranea cella prodidit. Eigile, quinam eſſent? interrogante, unus eorum Akium ſe appellavit: quem haud invitum, cum duobus aliis, funibus ſpecu extractum, cum ulterius examinaſſet, Danum eſſe cum duobus filiis, ſuperiore anno captum, reſpondit, hyeme quidem ſuperiore bene habitum, curæ-

Eigill cum ſociis a Curlandis captus.

Sumendum de iis ſupplicium interventu noctis in craſtinum differtur.

Curlandi genio ſecure indulgentes, captis e'abendi ſpem faciunt.

Eigill, everſa, ad quam religatus erat, columna, ſe ipſum & ſocios ſolvit.

Akius, Danus in Curlandia captus, cum duobus filiis ab Eigile liberatur.

curæque domeſticæ præpoſitum, verum quod filii ſervîiſſent, ægre ferentem, fuga cum iis primo vere elapſum: omnes deinde retractos, inque ſcrobem iſtum ſupplicii loco conjectos. Tu igitur, ait, Eigill, commodiſſimum exitum nobis poteris monſtrare. Is aliud frontiſpicium ſectis aſſeribus, ad ſimilitudinem prioris, exſtructum monſtrabat, quo effracto in horreum ingreſſus patuit, & inde quo liberet, exitus. Elapſi igitur inter tenebras, ſuperato periculo læti, uno omnes ore, ut ſilvam protinus peteret, hortantur. Eigill vero Akium ſuppellectilem coloni monſtrare juſſit. In ſuperiores igitur, ubi acquieſcere dominus ſolebat, ædes, armis eximiis inſtructas deduxit. Ibi inter ardentes candelas famuli lectis inſternendis diſtenti, quos obſeſſis foribus, exitu prohiberi Eigill præcepit, ne ullus elaberetur. Ipſe cum paucis ingreſſus, ad unum omnes occidit, armaque pro lubito abſtulit. Medio in pavimento Akius januam monſtrabat, quæ reſerata, ſubtus argenti vim magnam pretioſaque cimelia apeeruit, ſuppellectilem copioſam: quam qui auferrent, funibus dimiſſi ſunt. Tantum ablatum eſt, quantum humeris portare poterant. Inter alia exuviæ ferinæ, integram formam referentes, argento diſtentæ, eminebant; quas Eigill quoque diripuit, & deinde ex indiviſo præcepit, cum quid continerent, nemini præter eum conſtaret. Inde in ſilvam properatum, omnibus parta ſalute prædaque lætis. Eigill ſubſiſtens: Proh ſcelus: inquit, diripuimus villam non militari more, ſed furum & quidem nocturnorum, aſtu doloque. Tanta ignominia nos aſpergi nequaquam patiar; redeundum protinus, & quicquid perpetraverimus, indicandum, ne inſcio Domino quicquam avexiſſe nobis ſecure poſſit objici.

Hoc duce exeundi viam edoctus Eigill cum ſociis elabitur.

Eigill una cum ſociis ingentem theſaurum ſecum aufert.

Magnanimitas Eigilis admiranda.

Conſilium temerarium.

objici. Cum omnes pericula exhorrentes conſilium tam temerarium improbarent, adque naves contendendum hortarentur, ſolus Eigill depoſitis exuviis, curſu quam velociſſimo, ad villam contendit. Appropinquans triclinio, vidit miniſtros lances magnas e culina, ferculis repletas, in cœnaculum importantes.

Audacia Eigilis.

Mox culinam ingreſſus, e trabibus majoribus, quæ foco pro more injectæ, ab extrema parte concepto incendio, & deinceps donec univerſæ conſumerentur, flagrabant, unam raptim ablatam tecto interiori, quod corticibus arborum conſtabat, injecit. Unde celeriter concepta flamma, a culmine arſit. Mox foribus lignorum ſtrues, quæ media area ſtabant, magna celeritate admotæ, convivatore ſimul cum convivis genio indulgentibus, omnis periculi pariter ſecuris, quoad tecta corruere cœperunt. Ad fores deinde, lignorum congerie obſtructas, nequicquam procurſum: illinc cumulo lignorum, hinc armato Eigile, cum parte ſociorum ad cœpta maturanda accurrentium, exitum præcludente.

Curlandi incendio ferroque oppreſſi.

Elapſos ex incendio ferrum, reliquos triclinium ruina involutos oppreſſit. Atque ita Eigill, quem rapinæ pœnitebat, niſi villam quoque incendiſſet, ignominioſum crimen furti, multiplicatis cædibus, incendiique atrocitate, expiaſſe ſibi viſus eſt. Hoc tenore filius familias miſerorum ſuppliciis oculos paſturus, crudelitatis; pater vero, haud injuſtæ ſententiæ autor, intempeſtive cunctationis, ſuo totiusque familiæ vicinorumque crudeli exitio pœnas dedere. Proxima luce Eigill ſpoliis gravis ad ſuos reverſus, magno omnium gaudio tanquam redivivus excipitur. Akius ejusque filii Eigili ſe aſſociantes, media æſtate in Daniam pervenerunt. Tantis deinde latrociniorum ſucceſſibus perpetuo victori-

victoriarum curſu Scallagrimi filii uſi ſunt, ut piratarum ſui ſeculi facile principes haberentur. *Et hæc ſunt potiora noſtratium, ante Chriſtianiſmi in Dania ac Norvegia æram, per Sclavoniam geſta, inde ad recentiora nos convertimus, novam auſpicaturi Sectionem.*

Sectio II. Siſtens Danorum ac Norvegorum, ab introducto heic Chriſtianiſmo, per Sclavoniam Geſta ac Veſtigia.

§. 1. *Sectionem hanc ordiamur ab Olavo Tryguino, inter primos, qui Chriſto nomen dederunt, Norvegiæ Rege, licet ejusdem, quæ hic enarrata dabimus, per Sclavoniam geſta, Chriſtiana Norvegiæ æram, ipſiusque Olavi converſionem nonnihil anteceſſerint. Laudatus ſæpius* Thormod. Torfæus, *Hiſt. Norv. Tom. 2. Libr. 8. Cap. XIX. p. 330. ſequ.* Dum in nutricatu matris in Svecia apud Haconem ſenem moraretur, Ruſſiam, quæ & Gardarichia, Holmgardus, & Holmgardarikia ſcriptoribus indifferenter uſurpatur, regio titulo imperioque tenuit Waldemarus (Wolodimirus aliis) Sventislai filius, pellice natus, quam poſt fratrem Olgum, ab alio fratre Jarepulco occiſum, ipſe occiſo Jarepulco ſolus totam adeptus eſt. Uxor ei tum temporis fuit Arlogia, forma virtutibusque inprimis decora &c. In illius aula magno in honore fuit Sigurdus, Aſtridis (*ita appellabatur mater Olavi Trygvini*) frater, jam longo tempore extra patriam peregrinans, tandem a Rege multis poſſeſſionibus agrisque donatus, multis etiam provinciis præfectus, totiusque regni, ut tradit Oddus Monachus, adminiſtrationi admotus. Etenim complures Gunnhildidarum (*NB. ita audiebant filii Erici Blodokii, Nor-*

Olavi Trygvini Norv. poſt ea Regis, in Eſthonia & Ruſſia fata ac geſta.

Sigurdus Norvegus, Olai Avunculus, multis in Ruſſia regionibus præfectus.

vegiæ Regis, *a matre Gunnhilde*, *vulgo* Gunhilds Sønner) tyrannidem vel exoſi, vel metu evitaturi, patria exceſſerunt &c. Ut vero Aſtridis fratrem in Ruſſia, & in magna quidem apud Regem gratia verſari comperit, magnum afflictis rebus ſolamen, ſi eum accederet, ſperans, ad eum inviſendum animum appulit. Eam igitur Hacon iis, quæ ad profectionem requirebantur, abunde inſtructam, negotiatoribusque merces eo devehentibus commendatam, benigne cum filio dimiſit, poſtquam biennium in Svecia morata eſt, filio jam trimulo; quo dum maritimo itinere trajicitur, vectores in altum procul a terra rapti, media via a piratis Eſthonibus invaduntur, omnes intercepti, ſine miſericordia pars cæſi, pars in prædam & captivitatem abducti ſunt, interque prædones diviſi. Atque ita filius tenellus a matre abſtractus, viro barbaro Klerkoni, gente Eſthoni, una cum Thorgilſe, Thorolfoque ſene, patre ejus, prædæ ceſſit: qui ſenem, ut ad ſerviendum inhabilem, ſtatim occidit, pueros autem domum deductos ad alium virum, nomine Klerkum, unius capri permutatione tranſtulit, & hic tertio, nomine Reas, veſtimenti genere, quod patria lingua Veſe, & alio nomine ſlaguing vocant, vendidit. Pallii genus etymon vocis indicat. Uxor ei nomine Rekon, filius autem Rekom. Ibi Olafus longo tempore educabatur, benigneque & liberaliter habitus eſt, brevique domino ob egregiam naturæ dotis indolem formæque pulchritudinem, uxori etiam & toti familiæ percarus, nec ullo honoris vel amoris genere proprio filio poſtpoſitus. Thorgils autem ad ſervilem conditionem redactus, ſervilibus miniſteriis laborique adhibitus eſt. Sexennium ibi Olafus eo tenore nutritus eſt, quorum uno deceſ-

Aſtridis Trygonis Vikæ in Norvegia Reguli Vidua cum Olavo filio tenello in manus piratarum Eſthonum incidit.

Olavus puer Eſthoni cuidam nomine Reas ceſſit, a matre diſtractus.

Liberaliter ibi habitus, multumque dilectus.

deceſſit Angliæ Rex Eduardus: ſucceſſit autem frater Edelredus, Olafi poſtea intimus amicus. Sub idem tempus Sigurdus, Olafi avunculus ex Ruſſia, tanquam regius quæſtor, ad annuum cenſum Regis nomine exigendum, cum magno pediſſequorum numero in Eſthoniam pervenit. Forte in platea inter alios pueros ludum exercentes ei Olafus ex improviſo obvius occurrit, venuſtaque corporis ac habitus ſpecie, quam veſtis ſpecioſa, liberalitate domini magno ſe amore complectentis, donata ornabat, avunculi, licet ignoti, oculos in ſe convertebat. Alii tradunt, accedenti villam obviam puerum jam novennem proceſſiſſe, eique pueriliter adblandientem ſalutem humaniter dediſſe, faciem autem & ſermonis peregrini pronunciationem alienigenam facile demonſtraſſe, inde occaſionem quæſtioni de nomine, patria, familia, genereque datam. Puer Olafi nomen, patriam Norvegiam, familiam Regiam, patrem Trygguium, Vikæ Regulum, matrem Aſtridem, Eirici Biodaſkallii de prædio Offruſtadis filiam, profeſſus; ulterius quo fato eo pervenerit, interrogatus, omnia de ſua matriſque captivitate & infelici diſtractione, reliquiſque iniquæ fortunæ caſibus ordine commemoravit; itaque Sigurdus, ubi eum genuinum ſororis ſuæ filium agnovit, an redimi velit? quæſivit. Is conditionem ſuam longe quam prius erat, indulgentia domini paterno ſe affectu proſequentis, meliorem reſpondit, illud tamen diſplicere, quod ſocius ſuus, iniquæ ſortis particeps, ſervitutis calamitatem aſſidue ſentiat; qui niſi una liberetur, nec ſe redemptionem expetere, diſceſſu ſuo luctuoſiorem ei conditionem redditurum. Tanta in tenella ætate mitis ingenii fideique invictæ ſpecimina edidit! Quo cognito Sigurdus, ut ad do-

Sigurdus, Olavi avunculus in Eſthoniam advenit.

Sigurdus ſuum ex ſorore nepotem agnoſcit.

Mitis fidique ingenii in parvulo Olavo ſpecimen.

minum ſuum ſe duceret, mandavit; ægreque eum, utpote minime venalem impetravit, nec niſi ſub conditione vel honeſtæ educationis, vel manumiſſionis.

Nimium libertatis pretium.

Pretium libertatis Codex Flateyenſis, nimium, & ſupra fidem conſtitutum memorat, in Thorgilſem nimirum unam, duodecim in Olaſum, Oddus Monahus novem, auri ſelibras refert. Quod quam a vero alienum ſit, & ſupra vel ruſtici ſortem, vel pueri eo ſtatu, quantumvis venditori Regium genus innotuerit, conditionem, inde diſpaleſcit, quod Olaſus Famelicus dictus, procerum ſtudio e Flandria, ubi carceri mancipatus erat, cum ad totius Daniæ ſceptra vocaretur, triginta tantum ſelibris auri redimendus erat, teſte Knytlingaſaga.

NB. Olaus Famelicus, Daniæ Rex, olim in Flandria captivus, quod ſuperius obſervandum eſſet.

Sigurdus Olavum ſociumque Thorgilſem ſoluto pretio redemptos ſecum in Ruſſiam ducit.

Utrumque Sigurdus ſoluto pretio redemptum, & in libertatem vindicatum, ſecum in Ruſſiam duxit, ſed Olafi genere diſſimulato. Atque ita Olaſus avunculi beneficio libertati, Deo miſerante, reſtitutus eſt. *Cap.* XX.

Aſtridis Regina Norvega, Olavi mater, in nundinis Eſthonicis inter mancipia proſtat.

Aſtridis, Olafi mater, in diverſa Eſthoniæ loca diſtracta, ſervitutique mancipata, publicis nundinis in foro venum expoſita, quodam tempore, cum inter merces compluraque mancipia proſtaret, evenit, ut vir quidam in Vika, Norvegiæ celebri provincia natus, nobilitate clarus, opibusque affluens, nomine Lodinus, propria nave peregrinas regiones negotiandi cauſa adire ſolitus, hac autem æſtate maris Balthici orientaliores, & inter cæteras Eſthoniam, advectus, ibi ad nundinarum usque tempus commoraretur.

A Lodino prædivite Norvego agnoſcitur.

Hic inter venales ancillas hujus faciem haut ignotam cum ſecum reputaret, tandem Reginam Tryggvii uxorem eſſe collegit, ſibi ipſi quantumvis diſſimilem, mutatamque ab ea, quam formæ decore inter eximias præcellentem, ornatuque Regina digno noviſſime conſpexerat; quippe vili jam & ſor-

ſordida veſte indutam, miſerabilem præferentem vultum triſtemque oris habitum. Eam igitur mirabundus accedit, ejusque adventus rationem mutatæque conditionis cauſam exquirit. Illa captivam ſe in eas oras mangonico quæſtu divenditam, jam etiam cuivis emtori patere, reſpondit. Exinde in mutuum colloquium notitiamque pleniorem cum perveniſſent, Aſtridis genus, familiam, ſtatumque & conditionem Lodini, quippe viri clari, propius cognoſcens oravit, ut ſe, perſoluto pretio, redemtam in patriam ad cognatos reduceret. Lodinus redempturum ſe quidem, devecturumque in patriam reſpondit, ea tamen lege, ut ſuo ſe exinde matrimonio dignaretur. Illa opes nobilitatemque viri virtutesque ex una, ſuasque miſerias ex altera parte reputans, in eam conditionem conſenſit, mox pretio redemptam in patriam retulit, & de amicorum propinquorumque conſilio uxorem duxit &c. &c. &c. *Nunc ad Olafum redeundum. Cap. XXI.* de Geſtis Olafi Trygguini in Ruſſia. Hic dum quodam die in foro ſpatiaretur, exiguam ſecurim manu tenens, Klerkonem inter conſertam turbam offendit, eum ſcilicet, qui primus illum cum matre pirata captivum tenuit, utrosque abinvicem diſtraxit, nutritiumque Thorolfum Suſaſkeggium occidit. Mox dolorem refricabat longa miſeria, inprimis matris incerta, ſed quocunque in ſtatu verſaretur, tanto faſtigio indigna, conditio, maxime tamen occiſi per ſummum ſcelus nutritii injuria: itaque ſecurim incedentis Klerkonis capiti tam valido incuſſu impegit, ut illico diſſecto capite exanimis concideret? Inde curſu domum properans, avunculo, quæ geſta eſſent, expoſuit; qui in aulam eum Reginæ quam citiſſime abductum, opem illius præſidiumque imploravit; quæ viſo puero, tam decora facie,

Lodinus venalem Reginam ſub ſecuturi conjugii conditione redemptam in patriam reducit.

Olavus puer in Ruſſia degens, Klerkonem piratam Eſthonem, apud quem olim captivus fuerat, in foro forte conſpicatus, ſecuri occidit.

Regina Ruſſica puero patro i... hatur.

 haud

haud quaquam moriturum pronunciavit. Mox univerſum ſatellitium armavit, tumultuanti populo oppoſitura; legibus namque homicidia niſi in judicio damnatos admiſſa, capite plectebantur. Concitatis ergo authoritate legum & atrocitate facti, jurisque publici propugnandi ſtudio, primo quotquot inſpectores cædis fuerant, & horum exemplo reliqua incondita turba, puerum inquirebant. Comperto demum, in aulam Reginæ profugiſſe, omneque ſatellitium ad ſalutem ejus defendendam arma arripuiſſe, interponente ſe Rege, quievit: fama enim ad aures ejus relata, eum ad tumultum judicio & authoritate ſua componendum excivit: qui irrogata multa imminentem ſeditionem ſopivit, Regina, quod præſcriptum erat ſolvente, quæ puerum ab illo tempore in aulam ſuam adſcivit, tenereque dilexit. Legibus Ruſſicis vetitum erat, inſcio Rege ullum Regia ſtirpe prognatum intra regni limites recipi, itaque Sigurdus Reginæ, genus Olafi, perſecutionemque hoſtilem, qua finibus patriis, exulare coactus eſt, ordine expoſuit, ejusque opem efflagitavit, quæ deinde Regem, cognita pueri ſorte, eo perpulit, ut in ſuam aulam clientelamque recepto, Regia conditione dignam educationem provideret: ubi ſplendide habitus, novennium aliud exegit, ingeniique interea virium ſcientiarumque auctu reique militaris ſcientia, corporis agilitate ſubtiliumque exercitiorum peritia, manuumque promtitudine adeo profecit, ut Normannorum omnium præſtantiſſimus haberetur. Hujus adventum mater Regis, fatidica fœmina, tunc ætatis exactæ vetula, quotannis primo feſti Jolenſis veſpere in ſolium Regium deportari, præviſumque inſtantis anni ſtatum denunciare ſolita, prædixiſſe fertur, ſimul etiam Religionis in Ruſſia mutationem, ſacro-

Mulcta Olavo ob homicidium irrogata.
Regina Olavum in aulam ſuam adſciſcit.

Mox in Regis aulam receptus digne educatur.

Egregius Olavi in ſcientiis & exercitiis variis profectus.

Mater Regis Ruſſiæ varia,

ſacrorum priſcorum abrogationem, rituumque meliorum inſtitutionem, ejus opera etiam per magnam Septentrionis partem inducendam propagandamque, magnam deinceps in Borealibus oris potentiam, amplisſimumque imperium ei portendi, ejusque lumen Arctoo orbi affulſurum ceciniſſe. Plures etiam gentiles Ruſſiæ vates idolis ſuis ſacrisque patriis exitioſum quandoque futurum vaticinabantur. Perhibetur Olaſus a puero ab ethnicorum ſacris adeo averſus, ut ſibi temperare nequiret, quoties comes Regi delubra intraret, quo minus ſuggereret, mutatum ſibi a conſueto nitore faciem ejus videri, quoties cultui Deorum devotius vacaret. &c. &c. Duodecennis erat Olaſus, codice Flateyenſi, adjecta authoritate carminis, quod Reckſtefia inſcribitur, inque honorem ejus editum eſt, teſte, cum claſſi Regiæ exercituique ſummi Imperatoris poteſtate præfectus, ad provincias, quæ jam dudum ab imperio defecerant, ad obſequium reducendas mittitur. Regium titulum militaris favor indiderat, ſolennem ſeculi more Ducibus, qui Regum filii eſſent, licet territoriis ditionibusque deſtitutis. Mira prudentia bellum per triennium geſſiſſe, plurimas urbes & caſtella expugnaſſe, vel ad deditionem compuliſſe, provincias domuiſſe, perduellium Principibus vel occiſis, vel in exilium actis, conſtanti ſemper victoriarum curſu ad Regem ingentibus ſpoliis onuſtus quovis autumno receſſiſſe, prædamque magna fide ad eum detuliſſe, hyberna tempora in aula & conſpectu Regis transegiſſe, vernis vero expeditiones quotannis iteraſſe, avulſasque temporum iniquitate imperantiumque deſidia ab imperio partes feliciſſime reſtituiſſe, perhibetur. Hinc ad priſtinam gratiam ingens acceſſio, tum apud Regem, tum etiam Reginam,

de futura olim Olavi potentia &c. vaticinata.

Olavus a teneris ab ethnicorum ſacris averſus.

Relatio Monaſtica, ni fallor.

Olavus Exercitui Ruſſico ſummo cum imperio præficitur.

Olavi prudentia bellica & crebræ victoriæ.

Merita Olavi in Ruſſiam.

nam, tantum decus Regni a perſecutorum manibus primum liberaſſe, deinde etiam exornaſſe gaviſam. Stipabatur jam Olaſus numeroſo magnorum Principum more ſatellitio, militesque ſuos famulitiumque liberaliſſime aluit, Rege ſumptus magnificentiſſime erogante. Tandem etiam univerſæ aulæ præfectus eſt. Equidem magna geſtorum Olafi pars vel inſcitia ſcriptorum omiſſa, vel incuria poſteritatis neglecta eſt. &c. &c. Eodem hoc modo ea, quæ in Ruſſia geſta ſunt, ut & alibi in exteris omnino latent: quæ quidem maxima eſſe, nominis ejus fama, per totum ſeptentrionem id temporis celeberrima, arguit. Tantam peregrini in aula potentiam gratiamque haud minor derepente, ut fieri ſolet, invidia comitata eſt, resque ab eo præclare geſtæ plenum obtrectationis odium compararunt, proceribus nimium favorem, quo indigenis omnibus prælatus eſt, limis oculis intuentibus, materia calumniæ prætenſa periculoſa alienigenæ, præſertim Principis, in tantum profecta poteſtas, ut nihil ad nocendum deeſſet, ſi voluntas acceſſerit; inde quantum remiſerit, beneficium reputandum, quantum vero intenderit, ad ruinam ſpectare: ea eſſe Olaſum ingenii dexteritate, experientia, generis ſplendore, militari favore, populari ſtudio, & apud omnes authoritate, ut nemo æque ad turbandum imperii ſtatum, Regemque ipſum ſubvertendum, aptior exiſtat; neque quorſum immenſa illa Reginæ gratia, qua præ omnibus ſublevetur, vel aſſiduum colloquium ſpectet, ſatis conſtare. Adeo ſtudium Reginæ, quo ſicut aliæ Principum potentiorum uxores, quibus diſcretas aulas ſatellitiaque & miniſtros aulicos habere permiſſum eſt, quadam quaſi æmulatione cum Rege, ſolenni alioquin conſuetudine inſtituta, quam exquiſitiſſimos

Olavus Principis inſtar ſummo in honore habitus.

Vniverſæ aulæ præficitur.

Maxima fuiſſe oportet Olavi in Ruſſia geſta.

Ruſſorum in Olavum livor & obtrectatio.

Invidorum Calumniæ in Olavum, eſſe eum Reginæ paulo familiariorem.

mini-

miniſtros famulitiumque omne comparare certabat, calumnia non vacabat. His præoccupatus Regis animus, ab Olafo abalienari apparebat; indiciaque mutati affectus haut obſcura notabantur. Dubium igitur ut favorem mutatamque mentem perſenſit, Reginæ illud expoſuit, ſimulque indicavit, eſſe ſibi in animo, ſeptentrionales terras iterum repetere: eſſe ſibi avitum regnum, patriamque ditionem; præſagire animum, ſortem ſibi meliorem cum tempore exſpectandam. Illa feliciſſima quæque apprecata, ubicunque terrarum verſaretur, in maximo honore pretioque futurum prædixit; maximisque benevolentiæ prolixique affectus indiciis dimiſit. Atque ita Olafus Ruſſiam, alteram & ad id usque tempus faventiorem patriam, ſummis prope honoribus ornatus, artibus omnibus Principe dignis excultus, meritisque glorioſus, poſt novennium, quod geminum id temporis implevit, criminationibus circumventus reliquit; claſſe, militibus nautisque inſtructus. (*Nb. Meminimus in ſuperioribus, Tom. I. Cap. de Geſt. & Veſtig. Noſtratium in Oriente, Olavum Tryguinum ab inſtituta in Græciam peregrinatione audiviſſe Oli hin Griſki, ſ. Olavum Græcum, prout legitur in Chron. Norv. Sturleſoniano*, Torfæus, *vero aliam hujus nominis rationem docet, hic omnino monendam, ſequ. Cap. XXVI. p. 339.* Is, *inquit*, nomen Olafi proprium levi flexione in Olii, ab eo tempore, quo e Ruſſia primum profectus eſt, mutavit, Olium Ruthenum, (Græcum verterunt, neſcio, an decepti ſimilitudine nominum Girſkii & Griſkii, quorum illud a Gardis, quo nomine Ruſſia uſurpatur, hoc a Græcia deſcendit, vel forte quod mediæ ætatis Scriptores Ruſſos Græcos vocarunt) ſe nuncupans. *Hinc redeundum ad Olavum, e Ruſſia claſſe ſolventem,*

Olavus Regi ſuſpectus & minus quam antea acceptus.

Olavus a Regina fauſta ominatione dimiſſus, Ruſſiam reliquit.

Olavus, quod in Ruſſia tam diu verſatus eſſet, Oli hin Girſki, i. e. Olius Ruthenus dictus.

tem, pergente ſuperiori loco Torfæo:) In mare Balthicum delatus, Borgundarholmum navigavit &c. Verum orta ſubito procella, cum ſtatio tuta nulla eſſet, ſolutis anchoris, ad Vandaliam curſum dirigit, portuque ad votum occupato, tranquillitati & paci ſe dedit. Oddus Monachus, reditum in Ruſſiam deſtinantem Olafum, adverſa tempeſtate oris Vandaliæ adactum, omiſſo Borgundarholmo, tradit. *Et demum, Cap. XXV.* Olafus nimio dolore *(ob obitum uxoris Geiræ, Burisleifi, Vandaliæ Regis gnatæ,)* pene contabeſcens, hanc animo moleſtiam exſputurus, vidui thori tædium nova ſubinde peregrinatione decoquere certus, præparata claſſe in Ruſſiam navigavit.

Olavus in Ruſſiam redit.

Tradit Codex Flateyenſis (Monachis forte, quos miracula delectant, authoribus) dum in itinere commeatum in Dania piratico more diriperet, exortus ſubito inſidiantium manipulos, qui ipſos perſecuti in tantas anguſtias redegerint, ne elabendi, nec multitudini nimiæ reſiſtendi, copia ulla ſupereſſet, itaque humi projectum cum ſociis, clypeo, ſigno crucis notato ſe texiſſe, miraculoſeque hoſtium inſidias, quaſi perſtrictis eorum oculis evaſiſſe, &c. &c.

Olavus piratas, in itinere miraculoſe evaſit.

In Ruſſiam delatus, ſumma omnium lætitia in aulam receptus, hyemen ibi transegiſſe, codice Flateyenſi, & Oddo Monacho perhibetur.

Olavus ſumma omnium lætitia in Ruſſia receptus.

Quo tempore mira ſomnii ſpecies per quietem obſervatur, viſo ſibi videre lætam æterni Chriſtianorum gaudii & horribilem nunquam finiendi damnatorum gentilium ſupplicii imaginem: viſionem vox ſecuta, felicem futurum prædicens, cultum idolorum ſemper averſatum, mandaſſe fertur, ut in Græciam puriori doctrinæ imbuendum ſe conferret, cujus ille tum tempore acerrimus præco futurus eſſet. Quo prodigio prope conſternatus, abſque mora in Græciam

Olavus ſomnio admonitus, gentiliſmi abjiciendi.

ciam, inde prima religionis Chriſtianæ rudimenta addiſcendi ergo, conceſſit, ubi cum catechumenorum collegio ſe addixiſſet, in Ruſſiam rediit, reduxitque eo unum ſibi addictum Epiſcopum, nomine Paulum, qui primus ibi fidei Chriſti ſpargendæ author factus, ope & hortatu Reginæ Arlogiæ, Regem Valdemarum ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam animans, indictis univerſalibus Comitiis, omnes univerſi Regni Ruthenos, in primis fidei fundamentis probe eruditos, ſacra baptiſmatis unda abluit &c. &c. &c. Anno ſecundum Arii calculationem CMX, noſtram circiter, CMLXXXXVII. *Superioribus Olai hujus in Ruſſia fatis ac geſtis certos annos aſſignat* Torfæus, *in Append. 2. ad Libr. I. Tomi ſecundi pag. 76. ubi variæ ſiſtuntur chronologiæ, & quidem, quod Olaſum attinet, his verbis:*

In Græciam profectus.

ReligioChriſtiana, opera Olavi Tryguini in Ruſſiam introducitur.

965. Olafus Tryggvinus exſoluto pretio liberatus, in Ruſſiam pervenit.

Chronologia geſtorum Olavi in Ruſſia.

968. Militiæ Ruſſiæ Regis Valdemari Olafus præficitur.

974. Olafus Ruſſia Borgundarholmum, & inde in Vinlandiam (ſ. Vandaliam) pervenit Geiramque uxorem duxit.

§. 2. *De Eymundi Norvegi, Ringi, Heidmarchiæ Regis, in Ruſſia geſtis ac fortuna, agit laudatus* Torfæus, *Hiſtor. Norveg. Part. 3. Libr. 2. Cap. 18. pag. 97.* His circiter temporibus, (*ſc. Olavo Craſſo, poſtea Stis adſcripto, Norvegiam, & Canuto Magno Daniam & Angliam imperio tenentibus*) Eymundus, Hringi, Heidmarchiæ Regis filius &c. regno pulſus, in Norvegiam paternamque ditionem multis piraticis navibus inſtructus rediit, cognitaque tanta

Eymundi Norvegi in Ruſſia geſta.

ta

ta rerum viciſſitudine, concione advocata, deliberare cœpit, armiſne eam repetere anniteretur, an Regis Olafi gratiam experiretur. Erant enim adoptivi fratres pari ætate, & ejusdem educationis ſocii, apud Sigurdum Syrem, & Hringum Eymundi patrem, alternis enutriti &c. &c. Quod vero vulnera familiæ ſalvo honore priſtinam conjunctionem non admitterent, nec reſidui amoris igniculi mutuas injurias, ceſſuram ſe conteſtatur, inque Ruſſiam conceſſurum: cui tunc a morte patris Valdimari tres ejus filii, iniqua patris diviſione diſcordes, præſidebant: Burislaus eorum veterrimus Kænugardiæ, parti totius Gardarikiæ, ſeu Ruſſiæ maximæ, Jarisleifus Holmgardiæ, & Vartislaus Palteſciæ, (Saxoni Libr. II. pag. 21. urbs eſt Peltiſca, Stephanio notis ad eundem locum, pag. 66. Policka Ruthenis dicta, hodie Pleſcovia) & ſubjectis provinciis, id quod etiam Ragnare ſocio fecit. Quod ubi Olafus cognovit, nimis ſerio id ſibi relatum, queſtus eſt, &c. Notam ſibi virtutem illius, cui nihil arduum aut invium. Illa enim ſibi, quocunque contenderet, ampliſſimam fortunam fabricaturum. Nec aberravit a ſcopo: magno enim Norvegorum, novarum rerum tædio ſolum vertentium, comitatu auctus, ad Jarisleifum, Holmgardiæ Regem, Holmgardiam, claſſe ſexcentis armatis inſtructa, provectus, comiter excipitur; cum non ita pridem Ingigerdem, Olafi Sveciæ Regis filiam, uxorem acceperit. Geſta Eymundi in Ruſſia Codex Flateyenſis fuſe deſcribit, fratrum nimirum Burislai & Jarisleifi prælia, Eymundique ſtratagemata, dum toto triennio Jarisleifo meruit, donec Burislao bis fuſo, tertio demum bello in ſuis ipſius caſtris occiſo, debellatum eſſet; inde quæ inter Vartislaum & Jarisleifum intervenerunt, cum Eymun-

Eymundus in Ruſſiam abit.

Ragnar Norvegus Eymundum comitatus.

Olavi S. Norv. Regis, de Eymundo præſagium.

Stratagemata Eymundi.

mundus ad hujus partes tranſiiſſet: tandem memorabili Eymundi aſtu compoſita, poſtquam Reginam Ingigerdem, medium agmen inter equitantem, ex inſidiis erumpens, occiſo derepente equo, cui inſidebat, per ſocium Ragnarem ex improviſo abreptam, in poteſtatem Vartislai redegit. Kænuogardia (Chunegardia) Vartislao, Palteſcia fiduciario jure cum Regio titulo Eymundo totiusque regni cuſtodia & defenſio data, etiam in hæredes, ſi liberos ſuſtuliſſet: ſed cum his moriens careret, permiſſu Jarisleifi teſtamento in Ragnarem translata. &c. Hæc ex Islandorum, qui Eymundi militiam ſecuti &c. relationibus deſcripta videntur, quorum nomina Biornus, Garda-Ketill (ita forte dictus a Gardarichia, i. e. Ruſſia, ubi militavit) Aſkell & duo Thordi.

Regina Ruſſiæ per Ragnarem Norvegum abrepta.

Eymundus Regulus in Ruſſia & totius regni cuſtos factus, ſuccedente ſocio Regnare.

Gardaketill ſ. ChetillusRuſſicus Islandus.

§. 3. *Olavi Craſſi, Norvegiæ Regis (qui, quod anteceſſorum nonnulli, fruſtrato conamine, tentaverant, univerſo regno Chriſtiana ſacra intulit, ideoque poſt mortem Sanctorum Catalogo [illegible]tus eſt) deficientibus ad Canutum M. Daniæ & [illegible]gliæ Regem Norvegis, ad Ruſſos fugam deſcribit [illegible]tor laudatus Tom. 3. Libr. 3. Cap. I. p. 181.* Eadem æſtate, relictis in Svecia Regina filiaque, ipſe navibus comparatis, aſſumto filio Magno, in Ruſſiam ad Regem, Jarisleifum, Reginamque Ingigerdem, veterem ſponſam, nunc uxoris ſororem, conceſſit, ſummaque benevolentia exceptus, territorium ad ſuſtentationem vitæ aulæque ſufficiens conſequitur. *Et Cap. 3. p. 185. ſeq.* Jamque multis curis diſtentus, Rex, quid potiſſimum eligeret, hæſitabat. Oblata erat ei a Rege Jarisleifo uxoreque Ingigerde opima Muſcoviæ provincia Vulgaria, (Bulgaria) &c. quam diſſvadentibus conſiliariis, recuſavit &c. &c. Accidit autem quadam

Olavi Craſſi, poſtmodum Sancti dicti, Norv. Regis, in Ruſſiam fuga.

Bulgaria Olavo Sto a Ruſſiæ Rege oblata.

Somnium Olavi ſancti.

quadam nocte, ut levis eum ſomnus amplecteretur, cum virum ſpecie inſignem, (quem Olavum Trygvinium interpretatus eſt) veſte egregia, ad lectum ſtantem animadvertit, hiſce ſe verbis alloquentem: Conſilium in re certa dubium miror, Regiam dignitatem nomenque abdicabis, de cœlo datum decus? an hic ſedem figas Regum externorum ignotorumque beneficio? quin patriam repetis, regnum hæreditate partum, huc usque viribus divinitus datis fortiter defenſum, & magna cum laude adminiſtratum? an ſubditos metues? Hoſtes ſuperare & bello cum copiis cadere pariter Regium. An te jure ad regnum dubitas, teque ipſum veri notitia fraudaris? Tantum abeſt, ut id conatibus tuis in vindicanda patria obſtet, ut etiam Deum habiturus ſis teſtem, tua, non aliena, repoſci. Evigilans diſcedentis ſpeciem propius contueri ſibi viſus: exinde animum in eo propoſito obfirmavit, id enim antea animo ſæpius inhærebat, ſatellitio quoque univerſo acceptiſſimum &c. Reſpectus Ducis priſtinæque Majeſtatis veneratio, præſentis conſpectu recurſura, rebellium animos ad ſaniora conſilia flexura credebatur. Interea rerum divinarum ſedula contemplatio non eſt intermiſſa, animi enim a terrenis abſtracti indicia paſſim obſervata, divinæ quoque præſentiæ teſtimoniis apparuiſſe viſa; nam cum ſummæ dignationis viduæ filius, enato in gutture ulcere, ſeu ſtruma, ad deſperationem usque laboraret, conſulta a matre

Olavus Stus a Regina Ruſſica optimus Medicus, ſalutatur.

ſibi familiari Regina Ingigerde, eam ad Regem Olaſum, quem optimum medicum affirmabat, miſſam, ſuis eum verbis, ſi aliter non procederet, orare juſſit, ut manus adhibere non grauaretur. Aditus imperitiam artis Medicæ excuſans, ad interpretes illius eam relegabat. Verum, auditis Reginæ verbis, manus

nus admovit, diutiusque contrectans, non prius dimiſit, quam puer os commoveret, mox ingeſtam panis particulam, quam volæ ſuæ crucis forma decuſſatim impoſuit, cum puer deglutiviſſet, dolor omnis evanuit, paucorum dierum ſpatio ſanitas rediit. &c. &c. Jamque Olafus Norvegiam repetere certus, Regi Jarisleifo Reginæque conſilium exponit. Cumque plenum periculi, nec ſatis circumſpectum viſum eſſet, tantilla manu validas hoſtium vires infeſtosque cives laceſſere, ut ad ſe remaneret hortati, quantum expoſceret regni, offerunt. Ille vero neceſſitatem, divino conſilio prævilam, agnitam ſibi regerens, exhibitam nuper per quietem viſionem exponit. Tum vero fixum animo ejus redeundi propoſitum, ulterius non dehortabantur, jubent igitur, ut, quæ ad viaticum requirantur, libere depoſcat. Præbiti omnibus (erant autem ducenti) equi apparatusque; Regalia inſuper munera Regi, retentusque filius ejus Magnus. Inſtituta poſt feſtum Jolenſe profectio, per congelatas aquas mare usque verno deinde ſolis æſtu remotis a glacie impedimentis in Gothiam navigatum. *Sumptas deinde, cæſo Olafo, ab adventantibus quibuscunque Norvegis in Ruſſia pœnas, ſequentibus tradit* Torfæus *Libr. 3. Cap. XIV. pag. 217.* Memorat, *inquit,* Morkinſkinna (*MS. Vetuſt.*) inter Reges Ruſſiæ Jarisleifum & Norvegiæ Svenum, ob cædem Sancti Olafi, magnas inimicitias exortas, mutuis commerciis utramque gentem excluſiſſe, plexosque capite advenas Norvegos ſuppliciorum metu alios acceſſu Ruſſiæ abſterruiſſe; inventum tamen virum, animo quam genere nobiliorem, ætate juvenili, tenui in re, profeſſione ſalſamentarium, deinde ex negotiationibus opulentum, nomine Karlem, cui frater Biornus, qui

Miraculum S. Olavi in Ruſſia patratum.

Rex & Regina Ruſſiæ, Olavo, quantum expoſceret regni offerunt.

Magnus, Olai filius, patre diſcedente, in Ruſſia retentus.

Inimicitiæ inter Ruſſiæ & Norvegiæ regna ob cædem S. Olavi exortæ.

hæc

Norvegi in Ruſſiam adventantes tanquam Regicidæ capite plexi.

hæc auſus ſit periclitari. Hunc enim in Ruſſiam cum mercibus advectum, cum ad carcerem duceretur, multis monſtraſſe, quam imprudenter id fieret, nec minori Ruſſorum, quam Norvegorum damno, tantumque profeciſſe, ut detentis ſociis veniam ad Regem Holmgardum usque proficiſcendi impetraret; verum cum nullo mitiorem Regem experiretur, ſapienter diſſeruiſſe, non ex paucorum delictu totam gentem cenſendam, ſegregandam eſſe cauſam vulgi a procerum culpa; neque enim omnes illo crimine pariter contactos. Se hominem ſalſamentarium, nulla apud ſuos authoritate, diu cum paupertate conflictantem, mercatura quæſtum feciſſe. Regis tamen quam hoſtium ſemper ſtudioſiorem, licet partes ejus propugnare nequiverit. His vero Jarisleiſum nihil motum, carceri eum includi mandaſſe, deinde Magno quid fecerit, expoſuiſſe. Illum vero propenſum in ſe Regis affectum, etiam hoc facto illuſtratum, condignis extuliſſe laudibus, jureque in eum ſtatutum pronunciaſſe: omnes enim Norvegos ſuos eſſe ſubditos, omnes a fide defeciſſe; itaque nec injuſte in defectores animadverti, verum hac via ad regnum recuperandum minus profici. His animadverſis Jarisleiſum ſententiam mutaſſe exemptumque carceri Karlem arceſſiſſe, totamque hyemem apud ſe detinuiſſe, ſæpius privato colloquio adhibitum; diſcedenti autem immenſum theſaurum ad ſollicitandos potentiorum animos eorumque voluntates Magno conciliandas, tradidiſſe &c. &c. *Hinc nonnihil de revocato e Ruſſia, ad avitum Norvegiæ ſceptrum imperiumque capeſſendum, Magno S. Olafi filio ſubjungendum erit.* Torfæus *Libr. 3. ejusd. Tom. Cap. XIII. p. 216.* Vernante primum anno, magno comitatu Kalfus & Einar Thambaſkelfir

Karlis Norvegi coram Rege Ruſſiæ diſerte ad ſolide edita apologia.

Prudentia Magni Principis.

Karl Norvegus e carcere magno cum theſauro in Norvegiam dimiſſus.

kelſir cum præcipuis Thrandiæ civibus in Sveciam profecti naves apparabant. Inde per æſtatem in Ruſſiam navigantes, autumno Aldeigiuburgum delati, legatos inde Holmgardum', Ruſſiæ id temporis metropolin, ad Regem Jarisleifum, miſerunt, qui ſignificarent, ſe paratos ad recipiendum inque Norvagiam deducendum Magnum, S. Olafi filium, regnumque ei patrimoniale ſuis viribus acquirendum, Regemque ibi conſtituendum. Expoſita Legatione, Jarisleifo cum Regina, iisque, qui a conſiliis ſecretioribus, de tanta re deliberare placuit, Norvegosque publicæ ſecuritatis cautione munitos, ad ſe Magnumque arceſſiri; qui Holmgardum delati, ſinguli obſequium fidemque Magno jurabant, pacti viciſſim Kalfo omnibusque iis, qui bello Stiklaſtadenſi S. Olafo adverſabantur, in præſens poſterumque a Magno, poſt acceptam Regiam poteſtatem veniam & ſecuram impunitatem, in id quoque fides juramento data, Kalfo tutore Regis conſtituto, ad omnia, quæ ad uſum Regis imperandique libertatem & regni auctum ſpectarent, promovenda ſe conſimiliter obligante. *Et poſtea, Cap. XV. pag. 220.* Poſtquam Proceres Norvegiæ Magnum Regem renunciaſſent, ſtatim in ſatellitium ejus adſcripti ſunt. Holmgardi deinde feſtum Joleaſe transactum, mox Aldeigiuburgum itum; ibi naves præparatæ, inde diluta primum glacie hyberna, in Sveciam navigatum &c. *Sanctum Olaum, Norvegiæ Regem, convertendis quoque Boruſſis operam navaſſe, inde colligit* Hartknochius, *Hiſtor. Boruſſ. Part. 2. Cap. 5. §. 3. p. 457. quod feſtum ipſius, teſte Adamo Bremenſi veteribus Sembis celebratum fuerit. Verba ita habent:*

Magnus Princeps a Proceribus quibusdam Norvegiæ ad imperium paternum invitatur.

Homagium Magno Principi a Proceribus Norvegis præſtitum.

Kalfus Purpuratus, Norvegiæ Regis junioris tutor conſtitutus.

Magnus e Ruſſia in Norvegiam diſcedit.

Um eben dieſelbe Zeit, *(ſc. poſt ann. 1012.)* ſcheinets auch, daß aus Norwegen anhero einige heilige

Sancti Viri ex Norvegia in Boruſſiam

 Män-

transmiſſi videntur, ut gentiles converterent.

Männer herüber kommen ſeyn, ſo ſich bemühet, dieſen unfruchtbaren Acker auszuarbeiten, damit er endlich die ſo lange gewünſchte Früchte tragen möchte. Und es iſt auch ſolcher Fleiß nicht gänzlich ohne Frucht abgegangen, wo wir anders dem Adamo Bremenſi Glauben zuſtellen ſollen. Denn derſelbe erzählet vom Olao, Könige in Norwegen, welcher um das 1020ſte Jahr vom Canuto, Könige in Dännemark, getödtet worden, daß deſſen Feſttag den 29. Julii von den nordländiſchen Völkern, als von den Schweden, Gothen, Samländern, Dänen und Sclaven gefeyret worden. Wo nun dem alſo, wie es auch glaublich iſt, ſo muß dieſer Olaus um die Bekehrung dieſer Völker, und folgends auch der Preußen ſich bemühet haben.

Feſtum S. Olai Sembis celebratum.

S. Olaus convertendis Boruſſis operam navaſſe colligitur.

Haraldus Strenuus, poſtea Rex Norvegiæ, Ruſſos inter verſatus.

§. 4. *Verſatum non minus Ruſſos inter Haraldum cognomine Strenuum, Sti Olafi Fratrem &, poſtea Norvegiæ Regem, idem prodit*, Torfæus, *Tom. 3. Libr. 3. Cap. IX. pag. 202.* In Sveciam delatus (*ſc. Haraldus, poſt pugnam Stickladasdenſem, fratri fatalem, e Norvegia profugus*) una cum Rognvaldo, reliquias exercitus, qui S. Olafum ſecutus erat, in Ruſſiam, urbemque Regiam Holmgardum, deportavit, intima caritate a Rege Jarisleifo in gratiam S. Olafi excepti: limitum regni cuſtodes una cum Eylifo, Aldeigiuburgi Comitis, Rognvaldi e ſorore Regis Olafi Trygvini filio, conſtituebantur. *Et poſtea Libr. 4. Cap. 12. p. 272.* In Ruſſiam redux, (*ſc. ab expeditione Conſtantinopolitana, nobis primo operis hujus Tomo enarrata*) Haraldus theſauros omnes fidei Jarisleifi commiſſos (*Narravit ſcilicet in ſuperioribus pag. 265.* Torfæus, *Haraldum ex ingenti illa, quam in Africa collegerat, auri, argenti rerum-*

Cum Rognvaldo Norvego in Ruſſiam abit.

Haraldus & Rognvaldus limitum Cuſtodiæ in Ruſſia præficiuntur.

Haraldus Conſtantinopoli in Ruſſiam redux, transmiſſos eo theſauros recipit.

rumque pretioſarum vi, quantum præter ſumptus redundabat, per fidos internuncios Holmgardum, ad Regem Jarisleiſum, transmiſiſſe) recepit, vim, quantam Septentrio uni viro poſſeſſam nunquam viderat. Ibi hyems exacta, quo tempore Jarisleiſus ei filiam ſuam Eliſabetham ſociavit (Elliſif noſtrates vocant.) Principio veris anni MXLVI, inde digreſſus, Aldeigiuburgum terreſtri itinere cum uxore profectus, naves in uſum navigationis, pompæ etiam majoris ſplendidiſſimo ornatu fieri curavit. Evectus inde per æſtatem in Sveciam &c. Haraldus Regis Ruſſiæ gener factus, A. 1046.

Hiſce ſubjicimus locum Saxonis Grammatici, *de filia Haraldi, hujus, poſt obitum patris, Waldemaro, Ruſſiæ Regi, a Svenone Eſtrithio, Daniæ Rege, elocata, Libr. XI. p. m. 207.* Cujus *(ſc. Haraldi in Anglia caſi)* filii duo confeſtim in Daniam cum ſorore migrarunt. Quos Sveno paterni eorum meriti oblitus, conſanguineæ pietatis more excepit, puellamque Ruthenorum Regi Waldemaro, qui & ipſe Jarizlavus a ſuis eſt appellatus, nuptum dedit. Eidem poſtmodum noſtri temporis Dux, (Nb. *intelligitur Waldemarus primus, Daniæ Rex,*) ut ſangvinis, ita & nominis hæres, ex filia nepos obvenit. Itaque hinc Britannicus, inde Eous ſanguis in ſalutarem noſtri principis ortum confluens, communem ſtirpem duarum gentium ornamentum efficit. Sveno Eſtrithius, Dan. Rex, filiam Haraldi Ruſſiæ Regi elocat. Valdemarus Imus Dan. Rex, a Valdemaro Ruſſiæ Rege cum ſangvine nomen traxit.

§. 5. *De Canuti IV, Daniæ Regis, poſtea Sanctis adſcripti, ſuſcepta circa. ann. 1080. in Sclavoniam expeditione, loquitur* Pontanus, *Hiſtor. Dan. Libr. V. p. 196.* Rebus imperii admoto prima illi curarum fuit, religionem Chriſtianam, quæ jam in Dania paſſim efflore ſcebat, etiam orientalibus communem face- Canuti IV, Dan. Regis in Eſthones, Curlandos ac Boruſſos expeditio.

ſacere. Quocirca bellum, quod adoleſcens adverſus eos inchoaverat, juvenis laceſſiit, jam regno potitus, majore quam unquam antea apparatu aggreſſus eſt. Itaque in illos movens Eſthonum, Curetum, Sembonumque regna armis undiquaque concuſſit, ac tandem imperato univerſis vectigali, reditum in patriam maturavit.

Canutus hos populos ſibi vectigales reddidit.

§. 6. *De jactis a Valdemaro Imo, Daniæ Rege potentiſſimo, primis Emporii Dantiſcani, ſeu Gedanenſis fundamentis, & adhærente hinc Urbi a Danis nomenclatura, præter Illuſtrem* Huitfeldium, *Tom. I. Chron. Dan. p. 154. ad annum 1164. etiam audiendus* Pontanus, *nuper laudatus, Libr. VI. pag. 246.* Reperio apud Pomeranorum Chronographos, ſilentibus licet domeſticis annalibus, hoc circiter tempore, (1165.) Valdemarum quoque Sobislao, Pomeraniæ Principi, bellum mari intuliſſe, & Arcem ſeu propugnaculum Danſvicum, ad Viſtulæ oſtium, excitaſſe, quod Rege mox diſcedente Sobislaus viciſſim occupavit, atque inde annis ſequentibus oppidum ad hanc paulatim excreviſſe magnitudinem. Meurſius, *Hiſt. Dan. Libr. V. p. 105.* Per id tempus Valdemarus, Sobislaum, principem tunc Pomeraniæ, bello aggreſſus, urbem ſtruxit Daniſvicum, ceu Danorum vicum dicas, juxta Viſtulam, ubi in mare ſe infundit. Hæc in eam, quam videmus, magnitudinem tractu temporis excrevit: & nunc etiam Danſvicum priſco nomine, appellatur. *Ubi fallitur circa etymologiam vocis inconſideratius latinizando, cum non ex τῷ Vicus Latinorum, ſed Danico* Viig *i. e. ſinus, poſterior vocabuli pars repetenda; ſicut & in τῷ Sleſvig &c. & fefellit procul dubio,* Trogillum Arnkiel, *qui* Cimbriſch. Hey-

Prima emporii Dantiſcani fundamenta a Valdemaro I. Dan. Rege jacta & nominis hujus origo Danica.

Propugnaculum Danſvicum a Valdemaro excitatum unde τὸ Danzig.

Meurſius notatus.

Genuina hujus vocis etymologia.

Den-

den Bekehrung *V.* Buch. *p. 260. ſimiliter lapſus eſt.* In den bemeldten wendiſchen Landen wird er (Vald. 2.) das Chriſtenthum bekräftiget haben, welches ſein Vater, König Woldemar daſelbſt an verſchiedenen Orten gepflanzet, der auch in Preußen die Stadt Danzig (Danſchwig Danorum Vicus) am erſten geſtiftet, Anno 1164. *Illuſtr.* Andr. Hojer. Dännem. Geſchichte *p. 38.* In eben dem Kriege hat er (Vald. I.) die hernach berühmte Stadt Danzig fundirt. Danzig iſt ſo viel als Däniſch Wiig, und wird in alten Diplomatibus bloß Danſke geſchrieben. *Adverſatur hiſce* Hartknochius, *Hiſtor. Boruſſ. P. 3. §. XIV. p. 428. ſeq. quippe qui, ut ſupra monuimus, originem cum Urbis tum nominis Gothis noſtris adſcribit. Verba ejus, quæ huc ſpectant, ita habent:* Weiter ſind auch einige, ſo dafür halten, daß Gedanum und Dantiſcum von den Danis, oder Dänen daher komme, weil der König in Dännemark Waldemarus in dem XII. Seculo den Fürſten in Hinterpommern Subislaum, welcher zuerſt den Chriſtlichen Glauben angenommen, bekrieget, und an dieſem Ort ein Schloß gebauet, welches er von ſeinen Danis genennet Gedanum. Aber man könnte vielleicht wohl zweifeln, ob an des Waldemari Kriegen, die er an dieſen Oertern ſoll geführet haben, etwas ſey oder nicht, weil nicht allein Vincentius Kadlubko, welcher zu derſelben Zeit gelebet, davon nicht das allergeringſte gedenket, ob er gleich ſonſt eins und das andere von dieſen Oertern angemerket: ſondern auch die alten däniſchen Scribenten nichts davon haben, wie Iſacius Pontanus ausdrücklich meldet, wenn er ſpricht: Reperio apud Pomeranorum Chronographos, ſilentibus licet Domeſticis, (i. e. Danicis) Annalibus &c. Hernach wenn gleich das Wort Danzig und Dantiſcum

Valdemarus Conditor Dantiſci.

Dantiſcum in vett. Diplom. audit Danſke. Hartknochius huic opinioni adverſatur.

 ſcum

ſcum von den Dänen herkäme, ſo bleibt doch noch die Frage, woher das Wort Gedanum herfließe. Dazu kömmt auch noch dieſes, daß dieſer Name Gedanum, wie auch Gdanum und Gdanſk, ſchon vor des Waldemari Zeiten bekannt geweſen, wie bald hernach ſoll angedeutet werden. *Et poſt nonnulla*: Wie man nun in der Ableitung dieſes Namens nicht übereinkömmt, alſo ſind auch unſere Scribenten hierum ſtreitig, wenn und um welche Zeit dieſe Stadt erbauet ſey. ꝛc. ꝛc. Zuletzt ſind auch unterſchiedene, ſo da vermeynen, daß der däniſche König Waldemarus, erſtlich Ao. 1163. ein Schloß daſelbſt angeleget: aber Subislaus habe es wieder erobert, und im folgenden Jahre befeſtiget, welche Fortification nach der Zeit die andern pommeriſchen Fürſten, als Meſtvinus, Swentopelcus und Wartislaus weiter fortgeſetzet. Hernach aber habe gedachter Subislaus bey dem von den Dänen eroberten oder abgenommenen Schloſſe eine Stadt Ann. 1185. angeleget. Unſere Meynung hievon iſt dieſe, daß Danzig ſchon eine alte, und lange vor dieſen itzterwehnten Zeiten von den Gothen erbaute Stadt ſey. Denn erſtlich giebt ſolches der Name ſelbſt an den Tag, ꝛc. wie ſchon droben erwehnet, (*Vid. ſupr. Sect. I. §. I.*) Hernach gedenket auch ſchon der Stadt Danzig ein unbekannter Autor, welcher Sec. X. das Leben und Wandel des heil. Adalberti beſchrieben, wenn er erzählet, wie der Biſchoff Adalbertus aus der Stadt Gedanie ſich weiter in Preußen begeben, und daſelbſt die Marter-Kron erhalten. Drittens hat auch Vincentius Kadlubko, ein polniſcher Scribent, zu Zeiten des Waldemari und des Subislai gelebet, und auf Befehl des Caſimiri Juſti, Fürſten in Polen, Anno 1191. ſeine Hiſtoriam Polonicam geſchrieben, dieſen Ort genennet

Nomen Gedanum ante Valdemari tempora notum fuiſſe traditur.

net Marchiam Gdanenſem, und gedenket nicht mit einem einzigen Worte, daß Danzig zu ſeiner Zeit ſollte erbauet ſeyn, daraus leicht der Schluß zu machen, daß dieſer Name ſchon lange vorher müſſe bekannt geweſen ſeyn, *& quæ ſeq. Palmarium heic argumentum ſumitur ab antiquo illo S. Adalberti Biographo, modo lectio ſit genuina, cæterum ex ſilentio ſive Saxonis noſtri, ſive Vincentii illius Poloni Scriptoris, quamvis coætaneorum, non omnino tuta procedat argumentatio, reclamantibus exemplis alibi non infrequentibus. Quicquid ſit, vix crediderim, eam* Hartknochio *fuiſſe mentem, ut decantatas illas tot Autoribus Valdemari Primi expeditiones, Rugio-Pomeranicas in dubium vocet, quando dicit:* Man könnte vielleicht wohl zweifeln, ob an des Waldemari Kriegen, die er an dieſen Oertern geführet habe, etwas ſey oder nicht. *Quæ non de Pomerania, de qua ipſi in proxime præcedentibus ſermo fuit, ſed ſtricte de plaga Dantiſcana, & oris Boruſſicis non poſſunt non eſſe intelligenda.*

Ex ſilentio ſcriptorum non ſemper tuto liceat argumentari.

Fallitur immane quantum Hartknoch. ſi Valdemari I. Vandalicam expeditionem in dubium vocaverit.

De nomenclatura Gedanenſis hujus Emporii conferatur, Frider. Spanhem. *Geograph. Sacra, Part. III. p. 202.* Hinc (*inquit ſcil. ex Wodan Godan*) Dannemaro pro Dania, & inde quoque factum eſſe Danſki, Gdanſke, Danzig, lat. Gedanum, emporium ad mare Balthicum, volunt, qui Gothicas origines tradunt. *Addimus verba*, Matthæi Prætorii, *in Orbe Gothico Libr. I. Cap. I. §. 3. p. 16.* Cluverius, *inquit*, ab hoc Codano ſeu Godano ſinu, celeberrimam Regalis Pruſſiæ urbem Gedanum dictam, vulgo Dantiſcum, ſeu Danzig. Quod aliis Gythonium, veterum cultorum nomine vocatum, audit; ſuam traxiſſe originem teſtatur. Aſſentior libens; Locum, in

Dantiſcum ſ. Gedanum a ſinu Codano ſecundum nonnullos dictum. Olim Gythonium a Gothis vel Jutis noſtris audiviſſe traditur.

Gothi & Dani hunc locum incoluiſſe creduntur. Dani lingua Gothica quomodo dicti.

in quo nunc Civitas cum adjacentibus ſita eſt, Gothos & Danos incoluiſſe; lingua enim veteri Gothica, Danſkai & Gdanſkai vocantur Dani: nimirum magna fuit olim negotiatio maritima, & navalis potentia Danorum, qui forte fortuito, & vel fortunato, vel infortunato caſu, ad ſinum Dantiſcanum appulſi, in formam oppidi duxerunt Coloniam; eique nomen a ſuo nomine indiderunt; quod deinde ſucceſſu temporis in eam excrevit urbem, quam præſentes ſuſpicimus, permanente appellatione prima, quæ & Veteris & Novæ urbis manet eadem. Tractat hac de Henneberg. in Explicat. Tabul. Pruſſ. Verbo: Danzig. Conferatur R. Curike in Chron. Dantiſcano. *Vide quæ ſuperius Sect. I. §. I. attulimus de Gothica, nominis hujus ipſiusque Urbis Dantiſcanæ, ſecundum nonnullos origine.*

Colonia Danorum Dantiſco nomen feciſſe exiſtimatur.

Canuti VI. Dan. Reg. per Eſthoniam ac Livoniam geſta.

§. 7. *Canuti VI, laudatiſſimi Danorum Regis, per Eſthoniam ac Livoniam geſta, enarrat præter* Huitfeldium, *Chron. Dan. Tom. I. ad ann.* 1196, Pontanus, *Rerum Danicar. Libr. 6. pag. 290. ſequ. hunc in modum:*

Anno deinde ſupra milleſimum centeſimum nonageſimo ſexto, ipſe Canutus Rex, valida cum claſſe in Livoniam profectus, primam omnium ſui juris Eſthoniam fecit. Erat ea expeditionum ejus in illas oras, (*Vandalicas puta, vide Caput proxime præcedens*) altera. Et ſerio tum quod agere cœperat, ad finem optatum deducturus, id præcipue ſpectavit, ut Chriſtiana pietas omnium animis inſereretur, quapropter etiam provinciarum paſſim dioe-

Canutus VI. Livoniæ Chriſtiana ſacra infert.

dioeceſibus non tantum verbi Divini præcones, pi- osque viros præfecit, ſed & ſacris ædibus regionem circumquaque exornavit. Ut autem propagatæ inter has gentes Chriſtianæ Religionis initia paulo altius repetantur, factum eſt anno 1170, ut Monachus Segebergenſis, cui Meinhardo nomen fuit, cum negotiatoribus aliquot Bremanis Livoniam circa Dunelmundam intraverit. Qui & ibi indultu Regis Valdemari I, qui tum Livoniam tenebat, ſacello prope ripam Rubonis (quo fere loci nunc Riga eſt poſita) exædificato, cœperat jam tum aliquam ibi divini verbi ſementem, imo & meſſem facere. Interque ceteros virum magni nominis, Cobbeum dictum, Chriſtiana fide imbuerat, quod & ipſi poſtmodum, totique ejus rei, maximo emolumento ceſſit. Sed Bremenſes negotiationi magis quam fidei propagandæ intenti, haudquaquam iis viribus aut ſtudio, quo Canutus, & frater ejus Valdemarus, rem pietatis promovebant. Vnde facile conſtare poteſt, antequam Theutonum Ordo vel cœpiſſet, jus & dominium Livoniæ penes Danos ſtetiſſe. Exinde pontifex Innocentius III ſocietatem hanc e Palæſtina profectam, gladii jure (duos enim rubei coloris gladiolos, cum ſtella circa pectus, pallio albo inſcriptos geſtabant) donavit, conceſſitque terrarum quodcunque paganis eripuiſſent, id ſibi ad excolendam religionem Chriſtianam retinerent. Primum Ordinis hujus magiſtrum Vinnonem nominant. Poſtea res prout eorum paulatim invaleſcerent, fœdus cum iis fecit ſuo poſterorumque nomine Canutus, ejusque frater Valdemarus, ea lege, ut collatis utrinque operis, ſua adverſus paganos tutarentur. Verum mox capto ſub annum 1223 Valdemaro, Theutones Revaliam, Nar-

Templa ibidem erigi facit.

Meinhardus, Monachus Segebergenſis, permiſſu Valdemari I, ſacellum ibi antea exſtruxerat.

Ante Ordinem Theutonicum, inceptum jus Livoniæ penes Danos.

Fœdus inter Canut. Reg. Dan. & Ord. Theut.

 vam,

vam, Weſſeburgum, aliaque Danis erepta ſibi vindicare cœperunt. Quod tamen poſtmodum in libertatem & regnum repoſitus Valdemarus, illis concedere haudquaquam voluit, ſuumque jus manu & armis aſſeruit, ut infra referetur. *Et multis interjectis:* Eodem anno, qui fuit ſupra MCCI. Orlemundæ Comes Albertus, ob res laboresque adverſus Livonos illiusque diſtrictus paganos egregie exantlatos, equitis aurati inſignia, Rege conferente, ſuſcepit.

Albertus, Comes Orlemundanus, ob labores adverſus Livonos exantlatos, a Canuto Rege eques auratus ſolenniter creatur.

Joh. Meurſius, *Hiſt. Dan. Libr.* 1. *p.* 7. *ad annum MCXCIV.* Inter iſta, in Livoniam arma Dani transtulere: atque regionis ejus infideles, cœpto illis prædicari verbo Dei, per antiſtitem Meinardum, ac Bertoldum ſucceſſorem, rebellantes domuere: & ad fidem Chriſtianam univerſim amplectendam perpulere. Hinc transgreſſi in Eſthoniam, gentem admodum ferocem, bello victam ſubjugarunt &c. *Et nonnullis interjectis, ad ann. MCXCVI.* Hinc Canutus in Eſthoniam rebellantem arma vertit, regni cura Valdemaro fratri data: ac devicta rurſum gente, ſuam in ea poteſtatem & religionem, pridem conſtitutam, confirmavit, ac quo melius illud faceret, equites Enſigeros dictos, fœdere cum illis inito, ſuæ ibi poteſtatis in conſortium admiſit: ut abſente inde ipſo providerent, ne quid novi molirentur. Eum ordinem derivatum e Palæſtina, pontificis Romani auſpiciis Bartholdus, Rigenſis Epiſcopus, in Livoniam invitaverat, dederatque illi pontifex poſſidendam omnem terram infidelium, quos virtute militari ad amplectendam in Chriſtum fidem deinceps adducturi eſſent: & inſigne attribuerat enſes rubros, unde nomen accepere, decuſſatim collocatos: addita & ſtella rubra, in coloris albi veſte. Hos Canu-

Dani e Livonia in Eſthoniam transgreſſi, ferocem gentem ſubjugarunt.

Origo Ordinis Theutonici.

Inſigne Ordinis Theutonici.

Canutus, ſicut dixi, uti fidem Chriſtianam inter barbaros, jam rebelles, tueretur, fœdere conjunctos ſibi, in ſocietatem quaſi quandam adſcivit; atque idem cum in regnum ſucceſſiſſet, frater Waldemarus fecit: ac paulatim inſecuti ipſum Reges, ſua pietati ducti, totum iis regionis principatum conceſſere. Trogillus Arnkiel, **Cimbriſche Heyden-Bekehrung, *VI.* Buch *VII.* Capit. Von der Bekehrung der Lieflånder** §. 7. Ao. 1196 iſt König Canutus in Dånnemark, der Sechſte dieſes Namens, zum andernmal mit einer Flotte perſönlich in Liefland geſchifft, da er das Eſtland eingenommen, und es dahin gebracht, daß die Chriſtliche Religion daſelbſt gepflanzt, Gotteshåuſer aufgebauet, und dabey Prediger verordnet ſeyn. Wegen dieſes Lieflåndiſchen Kriegs-Zugs, ſoll dieſer König Canutus einen Ritter-Orden des Elephanten geſtiftet haben. Das alte Ordens-Zeichen war ein Marien-Bild mit dem Kind, und der Sonnen umgeben, auf den halben Mond tretend; die Ordens-Kette aber war von Elephanten-Thürmern und Kreuzen gemacht. Nachgehends aber iſt das Marien-Bild weggethan, und der Elephant allein mit einem Thurn auf dem Rücken beliebt. Lehmann im jetzt-herſchenden Europa tit. Ritter der Königl. Däniſchen Orden pag. 457. *De famigeratiſſimi Elephantini hujus Ordinis Origine, vide ſis* Ivari Hertzholmii *Breviarum Equeſtre Havn.* 1704. *ubi diverſa Auctorum hac de re opiniones docte excuſſas ventilatasque offendis. Statuit equidem ibidem Hertzholmius, inſtitutum a Canuto VI, ordinem Elephantinum, non vero ex mente Arnkielii:* Wegen dieſes Lieflåndiſchen Kriegs-Zugs, *ſeu in memoriam expeditionis hujus Livonicæ, ſed, prout Tomo I, a nobis indicatum eſt, in memoriam potius rerum a Danis* per

In memoriam expeditionis hujus Livonicæ Ordo Equeſtris Elephantinus a Canuto Rege nonnullis creditur inſtitutus.

An Ordo Equeſtr. Elephantinus in memoriam Expedit. huj. Livonicæ inſtitutus disquiritur.

per Orientem partim ſub eo, partim ſub Anteceſſoribus ejus fortiter & glorioſe geſtarum. Verba Hertzholmii *huc pertinentia ita habent l. c. Cap. X. ſect. V. p. m. 72.* Illuſtriſſimus autem ac antiquiſſimus Ordo Elephantinus, juxta nonnullorum ſententiam ab Auguſtiſſimo gl. m. Rege Canuto VI, originem ſuam habuiſſe fertur. Variæ autem & prægnantes ſunt rationes, quæ originem Elephantini Ordinis Canuto VI adſcribendam eſſe ſvadent. Vt enim nihil loquar de parente illius Valdemaro I, quem inſigne Solis radiati, vel radiis coruſcantis, in pectore ſuo, tempore ſacrarum expeditionum, portaſſe conſtat, idque in piam memoriam, quod Chriſtiani, cum in Africa contra Saracenos bellum gererent, ope nubis craſſæ refrigerantis a ſolis ardore liberati eſſent, teſte Alberto Stadenſi, probe hic obſervanda ſunt varia teſtimonia hiſtorica de Canuto VI. Ita de glorioſiſſimo hoc Rege, teſtatur Nobiliſſimus Huitfeldius, quod indicta Cruciata a Papa Clemente III, non ſolum ſe promptum ad ſubſidia contra Saracenos mittenda declaraverit, ſed ad arma etiam Barbaris Livonis inferenda, Majorum premendo veſtigia, benevolum ſe exhibuerit. *Enumeratis itaque quam plurimis, quas contra Livonos geſſit, expeditionibus, pag. 150. loquitur de Equeſtri Valdemari II ornamento, quippe quem frater illius Canutus VI, equitem creaverat.* An. 1188 blev Hertug Valdemar ſlagen til Ridder i Roeſkild 7 Calend. Aug. og blev hans Broders Mand og Tiennere over Slesvig Hertugdom. Meurſius *in Hiſtor. Dan. An. 1188.* Fratrem vero Valdemarum, Equitem Roeskildiæ renunciatum, mox Sleſvici Ducem creat. Comitis de Orlemund, Equitis creati, anno 1201 mentionem etiam facit Huitfeldius *in Chron. Dan. p. 167.*

Variæ & prægnantes rationes inſtitutum a Canuto VI. perſvadent.

Valdemarus I, quodnam inſigne geſtaverit.

Canutus VI, Valdemarum fratrem equitem creat.

Et poſt nonnulla: Ubi reperies per totam noſtram Hiſtoriam plures pro Equite novo ſimul concurrentes rationes, quam tempore Canuti VI? ubi plura teſtimonia de Regio Danorum Principe ſolenniter creato Equite, quam Valdemaro II? Examinatis itaque, quæ ſupra allata ſunt, ac probe diſcuſſis, ventilatisque omnibus circumſtantiarum momentis, earumque connexione, ſcilicet (1) ſacras expeditiones ac bella contra Mauros ac Saracenos tunc geſta fuiſſe, variosque ordines Equeſtres inſtitutos fuiſſe. (2) Reges Daniæ glorioſos etiam fuiſſe participes harum expeditionum, ac eorum nonnullos ſimul fuiſſe in locis illis, ubi gerebantur bella ſacra. (3) Canuti VI, ſingulatim factas an. 1188, 1189, & 1190 expeditiones in eadem incidere tempora, quippe qui Sanctio, Regi Portugalliæ, inſignem opem tulit, in civitatis Sylvenſis ſimul & Ptolemaidis a jugo Saracenorum liberatione, anno 1189. (4) Elephantinum Ordinem antiquitus promiſcue vocatum fuiſſe Ordinem Mariæ. (5) Vſu receptum fuiſſe iſtis temporibus, varia geſtare inſignia, ad exprimenda ejusmodi, quæ geſta erant, bella & acta. (6) Elephantinum ſimulachrum Africam & Orientales regiones quondam ſignificaſſe, evidenter ſatis, ut opinor, inde elucеſcit, proxime ad veritatem eorum accedere ſententiam, qui Ordinis hujus primordia ad Canuti VI, & expeditionum ſacrarum tempora, adeoque ad Seculum XII referunt, circa ejusdem Seculi exitum ante 500 annos, & quod excurrit, circa ann. 1188 & 1189. &c.

Canuti VI expeditiones Oriental.

Elephantinus Ordo a Canuto VI in memoriam expeditionum a Danis in orientem ſuſceptarum inſtitutus ſtatuitur.

De Canutina hacce in Livoniam expeditione loquitur Huitfeldius, *Tom. 2. in fol. p. 162.* Aar 1196 giorde Kong Knud Perſønligen it Thog udi

Lieff-

Lieffland oc landede under Viigs Side af Eſtland, hvilket var hans andet Tog hand giørde paa Lieffland. Da lod hand ved Krigsmact indplante ſammeſteds den Chriſtelige Troe oc forſørge Landet med Kircker og Præſter. *Incerti Auctoris Chronica Danorum, & præcipue Sialandiæ, ab* Arna Magnæo *edit. Lipſ. 1695. p. 49.* MCXCVI. Canutus Rex cum exercitu profectus eſt in Eſtland. *Item Chronicon, quod Regi* Erico Pomerano, *vulgo adſcribitur, p. m. 152.* Anno Domini 1194. Expeditio facta eſt in Eſtoniam. *Et poſtea:* Anno Dom. 1196. Canutus Rex duxit exercitum in Eſtoniam.

Potentiſſ. Dan. Regis, Valdemari II. in Livoniam, Eſthoniam, Curlandiam &c. expeditiones.

§. 8. *Ventum jam eſt ad Victorioſi iſtius Valdemari, hujus nominis Secundi, Expeditiones Sclavonicas, longe decantatiſſimas, cujus per Livoniam, Eſthoniam, Curlandiam &c. geſta, ſequentem in modum enarrant Hiſtorici.* Pontanus, *Hiſt. Dan. Libr. VI. p. 298. ad annum MCCVI.* Eodem tempore ſuſcepta in Æſtios (Eſtlandos vulgo) navali expeditione, ingentem comparari claſſem Valdemarus curavit. Belli cauſam prætendebat, ut eos, qui a Chriſti fide aberrarent, ad rectum Dei cultum reduceret &c. Claſſis totius Præfecti nominati Archiepiſcopus Lundenſis Andreas, ejusque frater germanus Suno, una cum Ebbone & Laurentio, Sunonis filiis. Primus in Prutenos impetus factus, mulctatoque eorum principe Ladislao, eum ad regni Daniæ obſequium coëgit. *Et poſtea ad ann. MCCX.* Valdemarus vero conſtitutis circa Albim rebus, anno ſequenti, expeditionem in Prutenos ſuſcepit, ut & illæ circumquaque gentes, paganis adhuc deditæ, Chriſtiana pietate imbuerentur. Præter ceteros coactis

Claſſis in Eſthones adornata.

Belli cauſa, defectio a Chriſtianiſmo.

Præfecti claſſis Andreas Arch. Lund. & frater Suno.

Princeps Pruſſorum Danico ſceptro ſubjectus.

actus Polonorum dynaſta, Miſtovius, in verba & obſequium ejus Sacramentum dicere. *Poſtea ſub ann. MCCXVIII.* Nec diu domi moratus Valdemarus, ubi per certos homines nuncium accepiſſet, Livonos, aſſumta a vicinis Borusſis, Lithuanis, Semigallis, Ruthenis, auxiliari manu, in eo eſſe, ut omnes quicumque Regi Valdemaro Sacramentum dixiſſent, ſacraque Chriſtiana ſuſcepiſſent, ſedibus ac loco pellerent, ad arma conclamat. Comparataque numeroſa claſſe, quæ navigia minora quinquaginta, ac totidem parones, ſives naves grandiores continebat, in Eſthones profectus eſt. Harum navium minores ſingulæ præter duodecim remiges aliosque naucleros, equitem cataphractum cum ſagittario vehebant. Parones habebant tam nautas quam milites centum & viginti. Alii, quos inter Erici Regis chronicon, naves longas mille quingentas nominant. Rex poſtquam terram intraſſet, videretque Barbarorum, qui collecti aderant, inconditam multitudinem, contremuit, ac pedem referre ſuosque reducere, quam infeliciter tanto cum numero rem gerere ſatius exiſtimavit, ſed Præſul Arhuſienſis, cui Petro vocabulum erat, regem præſenti animo eſſe cohortatus, de eventu quoque ſecurus ut eſſet commonebat, modo Deo fiſus pietatem coleret, ac Berengariæ Reginæ, quæ ad onera & vectigalia ſubditis imponenda incitabat, poſthabitis in poſterum ſvaſionibus, benigniorem ſe erga ſuos exhiberet, nec ea, quæ ſacris erant dicata, in uſus prophanos converteret. Quam præſulis ſententiam Lundenſium etiam Archiepiſcopus Andreas, ſuo excipiens ſuffragio adfirmabat, res Deo dicatas, cum ad uſum non ſuum transferuntur, infeliciter ut plurimum uſurpatori cedere, nec ex iis unquam, qui ſperabatur, fructum provenire. Poſtquam

Item Polonorum Dynaſta.

Rebellio Livonorum.

Valdemarus iterum in Eſthones movet.

Quanta ipſi tum claſſis fuerit.

Rex, viſa incondita Barbarorum multitudine, cohorruit.

Præſules dubium Regem animique pendulum fauſta ominatione erigunt.

Quam belle eccleſiaſtici homines in rem ſuam intenti occaſioni imminent.

Preces ante pugnam ad Deum fuſæ.

quam Rex ſe monitoribus haud difficilem præbuiſſet, eſſetque cum erga Deum, tum homines pia omnia pollicitus, cuncti flexis genis, ac fuſis in cœlum precibus, Deum rogarunt, ut pugnantibus pro divina gloria hoſtem ſuperare, ac lætum adverſus gentiles exitum concederet. Andreas præterea Archiepiſcopus hoc a Rege, ſi dante Deo, adoreæ compotes fierent, impetratum ſibi voluit, ut quotannis, per univerſam Daniam, veſpera diei, qui Laurentio ſacer eſt, ob rei geſtæ divinæque beneficentiæ memoriam, ſupplicationibus ac jejunio dicaretur. Quod Rex libentius adſtipulatus, in hoſtem magno animo ac totis viribus duxit. Dumque certamen cernitur, factum, ut Dani amiſſa, per errorem, quem ſequebantur, aquila, in fugam agerentur; ac mox dimiſſo cœlitus novo vexillo, in cujus rubea planitie crux alba erat deſcripta, cujuſmodi etiam ſecuti fuerant, gradum continuo revocarint, atque edito acerrimo conflictu, aciem hoſtilem perruperint, atque egregiam ad ſuos, fuſo hoſte, victoriam reportarint. Referunt chronographi, penes quos rei fides ſit, Archiepiſcopum Andream, in monticuli, qui proximus erat, jugo conſtitutum, ad Deum elevatis manibus preces fudiſſe, & Danos, quamdiu ille lacertos ac manus attolleret, feliciter dimicaſſe: defeciſſe vero, ubi ille ſenio languens brachia ſubmitteret: atque ideo ceteros, qui aderant, ex ordine ſacro, quamdiu pugnaretur, Archiepiſcopo, in morem Moſis, manus ac brachia ſuſtentaſſe, ac ſimul Deum Opt. Max. precatos, ut barbaris, ad veræ pietatis cultum traductis, laurum victricem largiri Chriſtianis dignaretur. Pugna hæc pugnata prope arcem & oppidum Volmár, hodieque a Regis nimirum Valdemari memorabili iſto conflictu, ac clade gentilium eo loci perpetrata, ſic appel-

Veſpera S. Laurentii, ſi victoria Danis cederet, per univerſam Daniam anniverſariis ſolenniis celebranda ſtatuitur.

Danis in locum amiſſi vexilli novum cœlitus demiſſum obvenit.

Dani victores.

Fabella de Andr. Archiep. ad imitationem hiſtoriæ ſacræ de Moſe & Aarone, a monachis, ut videtur, fabricata.

Oppidum Volmar, a Valdemaro Rege ſic dictum.

appellatum. Hanc etiam ob cauſam, quod idem Rex Chriſti fidem ad ultimos hos Livoniæ atque Eſthonum populos propagarit, oſtentant, etiamnum regni inſignia in ſolo rubeo crucem candidam, nec aliunde eſt, quod Eſtiorum titulus Daniæ Regibus jam olim eſt attributus. Vexillum vero, de quo dictum, Danebroga exinde eſt nominatum, ac magna ſemper religione, veluti regni Palladium aliquod cuſtoditum. Atque exiſtimatum putatumque, in præliis omnibus ex eo certantium pendere fortunam: ad morem fortaſſe, quo Cæſar quoque Conſtantinus crucem, labaris intextam, militi præferebat, cum ejusmodi ſymbolo, in hoc ſigno vinces. An vero vexillum idem cœlo, ut memoravimus, dimiſſum ſit, an vero e Pontif. Romano, ut Regis ſtudium excitaret, loco Cruciatæ, quemadmodum id temporis vocabant, ſubmiſſum, diſputare hoc loco non eſt animus. Id ſaltem addam, quod tradunt rerum memoriæ, poſt duo circiter ſecula, cum adverſus Dithmarſos bellum gereret Rex Johannes, tum inter cæteros a victoribus direptum periiſſe. Inter vicinos autem, qui huic etiam interfuere expeditioni, principes, præter ceteros Vartislaum reperio Pomeraniæ dynaſtam, item Albertum Orlemundanum, qui tunc, ut ante meminimus, accepto in poteſtatem ſuam oppido Hamburgo, Nordalbingiæ Comes a Rege erat declaratus. Poſt id ad terræ penitiora profectiones circumquaque Rex inſtituit, ac loca deſignavit, in quibus oppida, monaſteria ac templa conderentur. Inter urbes, quæ ab eo tum extructæ, aut, ut extruerentur, decretæ, præcipuæ memorantur Revalia, Nerva, Viſſenberga. Quæ & barbaris eorumque incurſionibus potiſſimum erant objectæ. Harum Revalia inter Eſthonum ſive ut

Vnde illa crux candida in ſolo rubeo, quam inſignia Danica oſtendunt.

Quanta vexilli Danebrogici olim fiducia.

Vexillum iſtud an cœlitus an a Pontif. Rom. miſſum.

Vexillum Danebrog. in bello Dithmarſ. deperditum.

Tacitus appellaſſe viſus eſt, Æſtiorum provincias, vulgo Harriam vocant, metropolis eſt: Virriæ Vilſenberga, Tolsburgum, Borcholma, quæ & epiſcopi Revalienſis ſedes &c. &c. Operam præterea eodem tempore Valdemarus dedit, ut epiſcopatus Revalienſis, Dorpatenſis, Churlandiæque conſtituerentur; & ipſi epiſcopi regni Daniæ ſupremæ curiæ adſciti, comitiis etiam intereſſent, ac ſinguli Lundenſium Archiepiſcopum, ut vicarii (vulgo ſuffraganeos vocant) agnoſcerent. Churlandiæ epiſcopum præfecit ex clericatu Lundenſi Ernemodum. Cumque Piltæ ædificium, vulgo Danepiltam appellatum, excitare decreviſſet, quæſivit ex epiſcopo, quo id loci conſtitutum vellet? Reſpondit quo loci Pilten, id eſt ſecundum gentis idioma, puer ſive famulus conſiſtit. Vnde & hodieque Pilten appellatur. Quod non addidiſſem, niſi publica pictura ibidem hodieque ſpectanda, rem ita actam teſtaretur, additis juxta effigiem Epiſcopi hiſce verbis: Introduxit me Rex in cellam ſuam, ordinavit erga me charitatem ſuam, dicens: omnis populus obediat tibi. Poſtremum quoque curæ Valdemarus habuit, idque decreto ſanxiit, ut identidem & quotannis novæ in has oras profectiones frequentarentur; quo ita a vero Deo alienus populus, paulatim depoſita feritate, Chriſtianis moribus aſſueſceret. Hæc ad annum ducenteſimum decimum nonum ſupra milleſimum referunt chronographi. Etc. &c. &c. &c. Continuator annalium eccleſiaſticorum Baronii, Bzovius, Polonus, quod ad annum MCCXX injicit de literis Honorii III. Rom. Pontificis, Viterbii 4 Cal. Novembr. ad Regem Valdemarum datis, quibus illum ſub anathemate commonefecerit, ne cruce ſignatos contra paganos Livonos, expeditionem parantes, impediret, in

Clericus Danus Ernemodus Epiſcopus Churlandiæ a Vald. datus.

Pilta ſeu Danepilta a Vald. II. extruct.

Ratio nominis, teſte publica ibidem pictura, Effigies Andreæ, Sunonis Arch. Lund. Inſcriptio in rei memoriam.

Annuæ in has oras expeditiones decernuntur, 1219.

in actis aut memoriis rerum Danicarum nuſpiam reperio. Quam vero ipſius Valdemari indefeſſa ac memorabilis fuerit id propagandam in eis oris Chriſtianam pietatem opera, ex iis, quæ ſupra ſunt memorata, ſatis eliquere exiſtimo, & poteſt hoc ipſum quoque ex eorundem annalium continuatore intelligi, cum ad annum 1219, ab eodem Honorio III. Romanorum pontifice, ad Regem Valdemarum diploma miſſum memoret VII. Idus Octobr. quo eum ad gentiles circumvicinos armis reprimendos excitat, & ut operi ei alacrius incumbat, poteſtatem facit, ut bona quæcumque aut poſſeſſiones de paganis obtineat, ſuo regno conjungat. *Et multis de infauſta bellicoſiſſimi Regis, apud Comitem Zuerinenſem, qui incauto inſidias ſtruxit, captivitate dehinc interjectis, iterum ad ann. MCCXXIV.* Apud Livonos eodem tempore & Æſtios, cum & ibi de Valdemari captivitate rumores percrebuiſſent, occaſionem ſibi datam Theutonici ordinis Domini, Rigenſisque epiſcopus, judicarunt, Revaliam occupandi: ſicuti & Oſiliæ præſul ejusdem ordinis fratres ſecutus, ſibi ſimiliter libertatem promittebat. Nec defuere occaſioni Wandali, ac Sclaviæ præſertim occidui populi &c. Nec aliter Suenteplocus Danſvicum tum etiam Danis extorſit, cum id jam annos circiter ſeptendecim ſuo præſidio tenuiſſent. *Poſtea ſub ann. MCCXXIX.* Haud multo poſt in Daniam venit Wilhelmus Mutinenſis, R. Pont. Leg. qui inter cetera cum Rege Valdemaro egit, obtinuitque, ut apud Livonos Dominicani Ordinis monaſtici prope arcem, quæ intra Revaliam erat, cœnobium exſtruerent, quo ita ab incurſione paganorum tutiores forent &c. &c. *Et poſtea ad ann. MCCXXXVII.* Poſthæc Hermannus Valkus, ordinis Theutonici eques, qui Boruſſiæ jam

Indefeſſa Valdemari in propagando Chriſtianiſmo, opera.

Diploma adhortatorium Pont. R. ad Vald.

 ſepten-

Revalia, Veſenberga, & Narva, Valdemaro Regi reſtitutæ.

ſeptennium præfuerat, Revaliam a Rege Valdemaro, ut & Veſenbergam & Narvam, miſſis identidem in Livoniam borealem, quomodo ſuperius commemoravimus, novis copiis, exædificatas, Regi ſub annum ſequentem reſtituit: factusque de eo ejusmodi compoſitionis codicillus:

Codicilli transactionis inter Reg. Valdemar. & Theuton. Ord. Magiſtrum.

Præſentibus Rege Valdemaro, Erico deſignato Rege, Duce Abele, & Chriſtophoro, Valdemari filiis: itemque Lundenſium Archiepiſcopo Uffone, Wilhelmo, Mutinenſium olim Epiſcopo, Romano pontificis pœnitentiario ſanctæque ſedis Legato, Petro Arhuſienſi, ac Nicolao Roſchildenſi epiſcopis, una cum Johanne Borglomenſi, & Regnero & Alberto fratribus Dominicanis; nec non Comitibus Glicenſibus Alberto Erneſtoque, tum & Hermanno Valko ſupremo Theutonici ordinis per Livoniam & Boruſſiam magiſtro, Domus Theutonicæ D. Mariæ, quæ eſt Hieroſolymæ, collega, ac ſocio, una cum regni Daniæ Optimatibus perplurimis: hæc, quæ ſequuntur, aſſenſu arbitrioque eorundem rata firmaque habita: Nimirum pontifex Rom. quique ejus conſilia participant Cardinales, poſtquam re ipſa comperere, Revallienſium oppidum atque arcem totumque territorium, una cum Harigia & Virria, qui Eſthonum diſtrictus ſunt, ad Regem Danorum pertinere, & ei jam dudum eſſe adjudicata, jamque integro propemodum triennio latæ ſententiæ exſecutionem tardatam: & Regem modo ad invadendum ac recuperandum ditiones ſuas cum claſſe & copiis paratum adeſſe, quod in plurium exitium vertet, idcirco dicti Pontificis Legatum, nec non Livoniæ ac Boruſſiæ ſupremum magiſtrum, atque equitem Hermannum Valkum, talem cum ipſo Rege pacti ac compoſitionis

for-

formulam iniiſſe: Dictum nimirum Ordinis equitem, Poruſſiæque ſupremum magiſtrum, ſuo ſuorumque ac poſterorum nomine ſancte polliceri Regi ac poſteritati ejus, Revalienſium territorium, Gerviam, Hariam & Virriam, prout ea a pontifice illi adjudicata ſunt, rata habere, ſicuti & cætera, quæ in poſterum a barbaris ſuam in poteſtatem ſit vindicaturus, ea nec factis aut conſilio impediturum ſe ſuosque ſucceſſores, ſed operam potius daturum, quantum id ordo ſuus concederet, ut ſarta ea ac tecta ipſi permaneant: Hac tamen lege, ſe ſuosque ſocios, non niſi mandato ac voluntate ſummi Pontificis progreſſuros ad ſanguinis Chriſtiani effuſionem, quod & illis viciſſim Rex ſpopondit, hoc præterea adjiciens, ſe quodcunque eorum ope ac copiis auxiliaribus barbaris eripuiſſet, ejus alteram partem ſibi ſervaturum, tertiam vero ipſis relicturum. Pollicetur porro magiſter jam dictus, ſuam ſuorumque vicem, ſe Revalienſium arcem, cum ceteris munimentis, & quæcumque eo ſpectant, quamprimum commeatum ac ſuppellectilem ex ea deportaſſent, in manus Regis aut alterius, quem eo nomine Rex iſthuc ablegaturus ſit, eſſe traditurum. Adjecit demum ex conſilio Legati pontificii Archiepiſcopus Lundenſis, aſſentiente capituli ſynedrio, ſe Templariis fratribus concedere eccleſiaſticam jurisdictionem univerſam, qua olim uſi fuiſſent Eſthonum epiſcopi in territorio Gervienſi. Poſtremum adſtipulatus quoque eſt Rex, ſe favore ac patrocinio ſuo complexurum eos, & ubicumque daretur, res eorum, & quicquid indultum ipſis eſſet, ſartum tectum habiturum: Idem & de Oſilia inſula promittere, & quo certior & firmior inter ſe ac Ordinis Theutonici equites amicitia coaleſceret, remiſere utrimque damna ac detrimenta

Ordo Theutonicus non abſque mandato ſummi Pontificis ad ſanguinis Chriſtiani effuſionem progredietur.

Rex Ordinem Theuthonicum favore & patrocinio complecti promittit.

Enſigeri Oſiliam Regi quoque reſtituere pollicentur.

menta illata, omniaque judicio atque arbitrio Papæ permiſere, ſeque ejus ſimul cenſuræ atque anathemati, ſi quid in contrarium fiat, ſubmiſere. Acta hæc ſignataque Stenbyæ anno MCCXXXVIII, VII. Idus maji. Receptis itaque Eſthonibus, inque poteſtatem Danorum tradita univerſa Revalienſium diœceſi, Rex confeſtim magno numero militem copiasque ordini transmiſit. Quibus capto mox Ruſſorum Iſſeburgo, ejectisque Torpati territorio Moſchis, ad obſidendam Pleſcoviam, una cum epiſcopo Torpatenſi procinctus factus. Ac mox, dedente ſe Gerpoldo, Ruſſico Dynaſta, poſtquam urbem caſtellumque ſuam in poteſtatem redegiſſent, utrumque Theutonici ordinis præſidio munierunt: Interfuere aut potius præfuere cum imperio hiſce expeditionibus & Abel, & Canutus, Valdemari filii. Canuto præterea ſoror fuerit, quæ Valckenoviæ defuncta ibidem ſepulta memoratur. *Et tandem multis interjectis:* Eodem tempore Diœceſis Revalienſis, Regio diplomate in totum conſtituta eſt, cujus exemplar ſive formulam potius, qualis ad nos pervenit, totidem verbis, ſubjecimus:

Copiæ auxiliares Ordini Theuton. a Vald. Rege miſſæ.

Abel & Canutus, Valdemari Regis filii, expeditioni adverſus Ruſſos præſunt.

Filia Regis Vald II, Valkenoviæ mortua & ſepulta.

Valdemarus, Dei gratia, Danorum Slavorumque Rex, omnibus præſentes literas inſpecturis ſalutem & dilectionem. Cautela providendum adverſus oblivionis inſidias de ſcripturæ providentis ſuffragio, pro eo, quod nonnunquam antiquitate fit tempore, ut quæ præſentibus recta & clara fuerant, poſteris dubia & obſcura reddantur. Quare præſenti indagine duximus inferendum; Quod cum nos terram Eſthoniæ de infidelitatis devio, abjectis idolis, cum Dei auxilio ad cultum convertimus nominis Jeſu Chriſti, ac per ejus gratiam, qui ad ſe venientibus dat

Conſtitutio Regia, de Diœceſi Revalienſi.

dat veniam, adeo populus fidelium creviſſet, ut proprio epiſcopo indigeret. Nos ne nova plantatio, ex defectu paſtoris, in priſtinum delaberetur errorem, Dominum Torchillum, Eccleſiæ Revalienſi præficiendum elegimus, & electum præſentavimus venerabili patri Lundenſi Archiepiſcopo, terræ prædictæ metropolitano. Qui, prout ad ejus ſpectabat officium, electionem, confirmationem, vel præſentationem admiſit, ac eidem electo munus conſecrationis impendens, ipſum præfecit epiſcopum eccleſiæ antedictæ. Vnde cum in conſecratione jam dicta promiſimus Revalienſi Eccleſiæ providere de dote: Nos quod promiſimus, favore benigno proſequentes, jam dicto epiſcopo recipienti, Nomine eccleſiæ octoginta uncos in Revalia dotis nomine aſſignavimus, perpetuo ab eadem eccleſia libere poſſidendos: inſuper autem concedimus eidem epiſcopo quadraginta uncos in Vironia, donec vironſi eccleſiæ proviſum fuerit in prælato. Cum autem ibi fuerit epiſcopus ordinatus, volumus, ut memoratus Epiſcopus Revalienſis prædictos quadraginta uncos Vironenſi epiſcopo ſine contradictione dimittat. Adhæc, cum tam ratione fundationis, quam ratione dotis, conſtet, nos veros eſſe patronos, jus eligendi & præſentandi electum nobis noſtriſque ſucceſſoribus perpetuo in poſterum reſervamus. Quod ſi forte proceſſu temporis matrix eccleſiæ capitulum ſive conventum habuerit, ad nos tantum, non ad ipſos pertineant electio ac præſentatio, in quibus ſi ipſi, aut epiſcopo loci duxerint, nobis opponendos, decernimus, ut ad nos vel ad ſucceſſores noſtros recta via dos redeat memorata. Datum Eresborrig, anno Domini M C C X L Calend. Octobr. X V I I.

Torchillus Epiſcopus Reval.

Dos Eccleſiæ Reval.

Jus eligendi Epiſc. Reval. Daniæ Regibus reſervatur.

Super decimis quoque eidem Revalienſi Epiſcopo perſolvendis literæ ſimiliter, ſed quæ ſuperioribus paulo anteriores ſunt, hujusmodi confectæ:

Diploma Regium ſuper decimis Epiſcopo Reval. perſolvendis.

Valdemarus, Dei gratia, Danorum Slavorumque Rex, omnibus Eſthonienſem & Vironienſem terram inhabitantibus ſalutem ac gratiam. Mandamus univerſis & ſingulis, militibus, caſtrenſibus, Vaſallis & Feudatariis, ſive terram noſtram, quæ libera dicitur, ſive quamcunque aliam terram jure feudali, vel quocunque alio titulo detineant, ut ex illis decimas decimarum perſolvere epiſcopo Revalienſi non omittant; quod licet alicui terram vel uncos jure feudali conceſſiſſe dignoſcimur, ſemper tamen ſolutionem decimæ decimarum excipimus & excepimus; prohibentes diſtrictius, ne aliquis præſumat prædictam ſolutionem, quaſi nomine noſtro & authoritate, retinere & ſine diminutione de ſingulis ſolvere, ſicut eſt prædictum, ſeu præfectus noſter ſit, ſeu alius, quocunque nomine cenſeatur. &c. Datum Vortingborg, Anno MCCXL. XIX. Cal. Auguſti.

Conferantur Huitfeld. *Chron. Dan. Tom. 2. in hiſt. Vald. II. item* Meurſius *Hiſt. Dan. libr. IV.* F. W. Ginheimer Unvorgreifliche Gedanken von den Vorzügen des Königes zu Dännemark, Norwegen ꝛc. für andern Europäiſchen Königen. Frankf. und Leipzig *1740. pag. 13.* Ueber dieſes leſen wir (in der Chronik, welche man dem König Erich zugeeignet, um das Jahr 1219 auch im Pontan.) Daß dieſer Monarch (Waldemar II. der Sieghafte) in dem Zuge gegen die ungläubigen Liefländer, eine Flotte von funfzehen hundert Seegeln zuſammen gebracht habe. (Huitfeld und mehr neuere, ſetzen die Zahl auf 1400 Schiffe. In dieſem Fall iſt

Quanta Valdemaro II claſſis fuerit.

iſt ein Unterſchied von 100, mehr oder weniger, von keiner Wichtigkeit) Es würde hier anzumerken überflüßig ſeyn, daß jene Schiffe bey weitem nicht ſo groß geweſen, als die Kriegs-Schiffe heutiges Tages ſind. Dem ſey aber, wie ihm wolle, ſo muß man doch dieſer See-Macht das meiſte von dem beſondern Erfolg der Unternehmungen dieſes Königes beymeſſen;

Succeſſus armorum hujus Regis.

immaßen er alle Südlichen Küſten der Oſt-See, von Holſtein bis an Ingermanland, unter ſeinen Gehorſam brachte. Wie glücklich wäre er geweſen, wenn eine liebenswürdige Beute, die er gar zu unmäßig ſchönete, ihm nicht den Verluſt aller, durch die heldenmüthigſten Kriege eroberten Länder, auf einmal zugezogen hätte. Nach dem Tode dieſes mächtigen Herrn ſcheinen die Dänen das See-Weſen von Zeit zu Zeit einigermaßen verabſäumet ꝛc. ꝛc. Hartknock, *Hiſt. Boruſſ. P. 2. Cap. V. p. m. 457.*

Minus Danis poſt Valdemari II tempora rei maritimæ ſtudium.

Weiter hat auch Waldemarus, König aus Dännemark, im XII. (*NB. ſubſtitue XIII.*) Seculo nach Chriſti Geburt die Bekehrung der Preußen ihm laßen angelegen ſeyn. Aber auch dazumal hat die Chriſtliche Religion noch nicht in dieſem Lande können recht Wurzel faſſen ꝛc. Albert Kranzius *Wandal. libr. 7. c. 21.* Waldemarus ſecundus Pruſſiam magno agmine ingreditur, & gentem perpulit ad fidem Chriſti, ſed Rege, cum exercitu in Pomeraniam abeunte, Pruſſi ad priſtinas ſordes redierunt, donec per fratres Theutonicos ſubacti.

Valdemarus Pruſſos, id eſt Eſthones aggreſſus.

Ruſſowius *in Chron. Livon. P. 1. p. 10.* Epiſcopi Daniæ ſenſim omnes eccleſias & Monaſteria in Harria & Wyrlandia, auxiliante Rege Daniæ, fundaverunt & ædificaverunt.

Eccleſiæ & Monaſt. in Harria & Wyrlandia, ab Epiſcopis Danis fund.

Idem p. 11. Dani, Revaliæ domini, falſum quendam Legatum, quaſi a Papa ad Magiſtrum Livoniæ miſſum, ſubornarunt, qui ei interdiceret, paganos infeſtare,

Legatus a Danis ſubornatus.

niſi terras Chriſtianorum infeſtantes. Perculit ea Legatio Rigenſes, utpote indultis papalibus contraria, ſed, deprehenſa fraude, Legatus male mulctatus eſt, Crucigeri Revaliam occuparunt, & lapide muniverunt. Matth. Paris. *p. 373.*

Valdemarus VI Epiſcopatuum exoticorum fundator dicitur.

Waldemarus autem Rex omnibus diebus vitæ ſuæ infideles perſequebatur in Scythia, Friſia, Ruſſia (*Pruſſia*) ſex Epiſcopatus conquiſivit, & in eis totidem Epiſcopos fecit ordinari. Albertus Stadenſis *fol. 205.*

Vrbs a Waldem. Rege fundata.

Rex Danorum Lealenſem terram cum comite Alberto ingreſſus, urbem in ea contra paganos fugatos ædificat, quæ non multo poſt a paganis deſtruitur. *Ibid. ad ann. 1220.* Rex Daniæ iterum in Eſthoniam pergens revertitur. Hamsford. *in Annal. Mſſ. Cel.* Th. Bartholino *in Mſſ. Adverſ. citatis: ad ann. 1222.*

Tuvo Epiſcopus Ripenſ. Revalienſes in ſacris Chriſtianis inſtituit.

Tuvo, *inquit*, Epiſcopus Ripenſis, Revaliæ rudes Chriſtiana religione inſtituit per hyemem. Vaſtovius *in Vite aquilon. p. 175. ad ann. 1224.*

Obſidio caſtri Reval. capto Rege.

Valdemaro Rege capto, fratres militiæ Chriſti in Livonia, mandante Magiſtro, Johanne Capellano, W. Mutinenſis, Caſtrum Revaliæ obſederunt, & obſeſſi illud magiſtro & fratribus recipientibus Eccleſiæ Romanæ nomine reddiderunt. Alduinus, *Vit. Pontif. Rom. Tom. 2. p. 76.*

Privilegium papale Curlandis datum contra Danos.

Gregorius P. P. IX. Croniis (*ſ. Curlandis, ſeu Curetibus*) eccleſiæque ſeſe aggregantibus, varia privilegia concedit, & inter ea, ut nec Daniæ Regno, nec Sveciæ ſubjacerentur. *Codd. MS. membran. Cel.* Bartholino *l. ſupr. cit. allegat. ad ann. 1238.* Literæ ſuper concordia inter Waldemarum Regem Daniæ, ejusque filios, & Præceptorem, ac fratres Livoniæ, ut Præceptor, (Groß-Meiſter,) Regi ſub terris Revalia, Gervia, Harvia & Vironia ei a Domino Apoſtolico adjudicatis, nunquam eſſet contrarius. De terris acquirendis a paganis Rex duas partes, fratres tertiam habe-

haberent: Caſtrum Revaliæ Præceptor Regi reſtitueret. Rex autem terram Irwen fratribus dictis donavit. Dat. Sept. Id. Jan. *Et poſtea ad ann. 1240. ibid.* Waldemarus R. Eſthonia per ſe ad Chriſti fidem converſa, Torchillum Eccleſiæ Revalienſi præficiendum eligit, & ab Archiep. Lundenſi conſecrari facit, ac ei dotis nomine octoginta uncos in Revalia poſſidendos aſſignat. Inſuper 40 uncos in Wironia tam diu concedit, donec Virenſi Eccleſiæ de prælato proviſum fuerit, tunc ei demittendas. Sibi quoque ſuisque ſucceſſoribus veris ejus eccleſiæ patronis jus eligendi & præſentandi electum perpetuo reſervat, licet proceſſu temporis eccleſia Capitulum habuerit, nam ſi illud de Electione Epiſcopi ſe oppoſuerit, dos memorata ad datorem redire debeat. 17. Kal. Octobr. *Chron. Sialand. a Cel.* Arn. Magnæo *editum Lipſ. 1695.* MCCVI. Andreas Archiepiſcopus, cum germanis fratribus ſuis, duxit exercitum in Eſtland. MCCX. Expeditio facta eſt in Samland & Pruſciam. MCCXIX. Waldemarus ivit cum exercitu contra paganos in Eſtland. *Chron. quod* Erico Pomerano *adſcribitur:* Anno Dom. 1206. Andreas Archiepiſcopus duxit exercitum in Revaliam. Anno Dni. 1210. Expeditio facta eſt in Pruciam & Samland. Miſtwin, Dux Poloniæ, factus eſt homo Regis. Anno Dni. 1219. rex Waldemarus congregato exercitu permaximo, cum mille quingentis longis navibus Eſtoniam intravit & poſt multa bella totam terram illam ad fidem Chriſti convertit, & Danis ſubdidit usque in præſens. *Nec notatu hic indigna verba* Hvitfeldii *noſtri, de Andrea Archiep. Lundenſi, in præfat. Leg. Scan. Lat.* Andreas Archiep. Lund. Waldemaro Regi in Eſtonia non ſaltem ut Dux & Conſiliarius adfuit, ſed etiam tanquam flamen & in iſtis

Valdemarus terram Irwen Ord. Theut. donavit.

Chronol. expeditionum Valdemari Sclavonicarum.

Andr. Arch. L. Apoſtolus Eſthonibus dictus.

iſtis regionibus ſacrorum ordinator, unde etiamnum Apoſtolus apud illos nuncupatur. *Conferatur*, Trogillus Arnkiel, Cimbr. Heyden-Bekehrung, *VI.* Buch, *VII.* Capitel. Von der Bekehrung der Liefländer. *§. 9. p. 339. ubi inter alia*: Dieſer König (*Wald. II.*) hat in Eſtland 1222. die Städte Reval, Narva und Weſenburg gebauet, und die beyden Biſtühmer zu Reval und Dörpt geſtiftet. Er hat auch verordnet, daß alle Jahr ein Kriegszug nach Liefland ſollte vorgenommen werden, um die Chriſtliche Religion daſelbſt weiter unter die Heyden auszubreiten. *Ad poſtremum nonnihil monendum erit de vexillo illo Danebrogico, cœleſti, quod credebatur, expeditionis Sclavonicæ ſpolio, & inde orto Equeſtri apud nos Ordine Danebrogico. Quod vexillum dictum attinet, credit magnus ille* Thomas Bartholinus, *in Tractat. de Ord. Danebrog. p. 6.* crucem illam non a Papa miſſam, utpote cujus figura a miſſis Pontificum Cruciatis differt, ſed cœlitus revera delapſam. *De inſtitutione Equ. Ordinis Danebrogici, inter alia monet l. c. p. 16.* Waldemarum Regem, in memoriam beneficii cœlo demiſſi, Ordinem novum equeſtrem inſtituiſſe, cujus inſigne Crux candida & prima vice 35 ejus ordinis equites creaſſe, qui in veteribus membranis enumerantur, ubi nominantur Abſalon, Bælig & Uffo, quidam ex eis, qui in Livonia contra paganos militaverant. *E contrario vexillum iſtud a Pontifice Romano miſſum, urget* Joh. Laurentius, *in Indice Muſ. Regii Havn. 1726.* Non certe, *inquit*, abs re eſſe putamus, quod Joh. Iſacius, Pontanus, Hiſtoriographus Daniæ quondam Regius, Hvitfeldii noſtratis ſecutus veſtigia, dubitaverit, an vexillum idem, uti narratur, cœlo demiſſum fuerit, an vero

Varia de Vexillo Danebrogico, ex Livonica exped. reportato, Scriptorum opiniones.

Th. Barthol. cœlo revera demiſſum credidit.

Ordo Equeſtris a Vald. in memoriam vexilli hujus inſtitutus.

Jo. Laur. vexillum Danebr. a Pontif. Rom. miſſum urget.

ro

ro a Pontifice quodam Romano, ut Regis ſtudium pro religione Chriſtiana excitaret, loco Cruciatæ: Quippe pro more Eccleſiæ Romanæ fanis metropolitanis labara conſecrata a Pontificibus mittebantur, quæ ab Antonio Furetiere dans ſes Eſſais pag. 127. dicuntur Gonfanons & Ganfanons marques des Egliſes Patriarchales, pag. 126. la Banniere de l' Armee Chretienne, quæ terrarum Dynaſtis ſancte tradebatur, nomine Gonfanons, nomenclatura Ethnica a Gothis & Normannis Italiæ & Galliæ cum bello olim illata. Gan enim in hunc usque diem boreis gentibus, quæ nomine Normannorum comprehenduntur, eſt ſpiritus, qui dicitur ipſis, familiaris, uti & vexillum noſtratibus eſt fane ſeu fanen. *Et multis interjectis.* Præter has aliasque memoratas reliquias paganicas, quibus boreæ gentes plerumque ex auguriis imbutæ fuere, etiam tunc Chriſtianæ, ſervata in hiſce religione majorum, tot per tempora vexillum ipſarum militare & ſummum, ſine dubio numini ſuo ſacratum voluerunt, quod laudato Furetiere nomine venit non tantum Ganfanon, ſed & promiſcue, quod eodem recidit, Gonfanon cum Moterio, dans le grand Dictionaire, *Tom. III. p. 39.* &c. &c. &c. Itaque hujus vexilli nomenclationem meram Danicam eſſe, certo certius colligimus. Aſt cultu Divino in ſeptentrione noſtro altiores radices agente, populum noſtratem abſtinere notamus ab hiſce nomenclaturis Ethnicis, quas Gallis, & Italis reliquit, ſurrogando vexillo illi ſummo ex nativa lingva nomen Danebroga, a varietate colorum, in opere teſſellato textum & contortum quod erat, prout Hvitfeldius Chron. Dan. p. 1034. ex antiquis & fidis hiſtoricis aſſerit. Formaturam variis item coloribus operis

Danica origo vocis Gonfanon, a Gothis Normannisve Italiæ Galliæque illata.

Boreæ gentes vexilla ſua Deaſtris ſacraſſe dicuntur.

Danebroga a varietate colori dicta.

texto-

textorii & encauſtici laudatus Furetiere luculenter ſic depingit. p. 126. C' eſt une forme de Banniere d' Egliſe à trois ou quatre fanons, ou pieces pendantes & abouſantes, non pas en quarrez, comme les Bannieres, mais en pointes mouſées & à demi rondes, dont les plus uſitez ſont à trois pendans, & quelques unes bordées & frangées, d' un email different. Ce Ganfanon étoit la Banniere de l' armée Chrétienne, priſe par Baudouin, Comte de Boulogne, au quel elle avoit éte envoyée par le Pape, comme au vrai Defenſeur de l' Egliſe contre les infideles. &c. Id quod etiam Morerio, loco laudato, eſt vexillum, militare, découpé, ut ait, par le bas en pluſieurs pieces pendantes, dont chacqune ſe nomme Fanon, de l' Alleman, *fanen*, qui ſignifie une piece d' etoffe & une Banniere. Demum in confeſſo eſt omnibus Lexicographis, Francis, Gonfanon eſſe l' Eténdart ou l' enſeigne de guerre, à l' antique de la même façon, que les Bannieres d' Egliſe. Igitur ſi ad illud Waldemari II ſalutiferum & quaſi ſidereum labarum dicta hæc conferantur, tuto confiſi ſumus, neminem antiquitatum gnarum dubitaturum, quin idem fuerit ac Gallorum Italorumque Gonfanon, coloribus diſtinctum, & operis etiam textorii, Dynaſtis terrarum, Defenſoribus Eccleſiæ, Eccleſiisque metropolitanis ipſis, a Præſulibus Romanis conſecratum transmiſſum, compoſé, inquit ſæpe laudatus Furetiere ibidem, de pluſieurs pieces pendantes en forme de Banniere de l' Egliſe. Quemadmodum in Numo, qui Regis Potentiſſimi Waldemari II. eſſe cenſetur, oppido conſpeximus.

Deſcriptio vexillor. quæ audiunt Gonfanons.

Danebroga idem quod Gallor. &c. Gonfanon.

Sect.

Sect. 5. Tab. 28. Num. 43. Regem hunc in antica numi throno inſidentem, præter gladium etiam vexillum tenentem, ni fallimur, Danebrogicum, quod ex tribus quaſi partibus diverſis & æqualibus compoſitum, ut non niſi variegatum indigitari poſſit, cum genti Danæ quidquid varietate colorum effingitur ſua lingua fit Broget vel Braaged, uti & meminimus Furetierium tale inſigne fimbriatum, ac laciniis encauſticis operis diverſi prætextum, & quidem ex Menagianis bons mots, deſcripſiſſe. Tale enim nobis veroſimile fit, novum illud ac cœlitus exoptatum vexillum extitiſſe, quod ann. 1219. in primo conflictu, loco alterius amiſſi, Danis fugientibus prælatum, ad pugnam acerrimam feliciter revocavit, & hoſtes Paganos ad Livoniæ urbes Wolmer & Wenden, in triumphum duxit, quod poſteri velut regni Palladium ſancte cuſtoditum voluerunt, cui & ſequentium temporum victorias imputaverunt, permanente ſic religioſo hoc theſauro poſtea ferme per trina ſecula ſarto, & in expeditionibus tecto, cujusque ſub ductu Reges Daniæ, eorumque Duces, crucigeris ſecundis avibus inprimis ad ſupprimendos vicinos Paganos, caſtra metati ſunt, & ſtrenua manu conflixerunt. *Eſt poſt nonnulla*: Et talis ſub aquilæ alis, tantas etiam Waldemarus II. poſterique ipſius Reges Daniæ in expeditionibus illis glorioſis victorias pepererunt, inde ab anno prædicto 1219, ut Livoni ſociique eorum barbari ad veræ pietatis cultum traducerentur, atque etiam, ut Regni Daniæ jura defenderentur, usque ad ann. 1500, quo in bello Dithmarſico a Johanne I. Daniæ Rege facto, exſpirante quaſi ſenectute aquilæ hujus cultu, deperditum vexillum narratur inter victorum ſpolia; usque dum poſt tanta anno-

Nummus Valdemari Regis, oſtendens Regem in throno ſedentem, & vexillum Danebrog. tenentem.

Vexillum Danebrog. velut regni Palladium diu cuſtoditum.

Vexil. Danebr. in bello Dithmarſ. deperditum.

rum

rum intervalla, tandem anno, ut diximus 1671, ſingulari fatorum quaſi providentia, in glorioſæ memoriæ Monarcha noſtro, Rege Chriſtiano V. ab interitu revixit in Ordine Equeſtri glorioſo illo ac illuſtriſſimo, & majorem ſpirare cœpit gloriam. Aureum quippe hoc Ordinis Danebrogici criterium maxime reſplendens videmus, crucem ex encauſto albam, rubentibus oris totam adamantibus inſeminatam e faſcia alba, cujus oras extremas limbus exornat rubeus, ex dextro Equitis Danebrogici humero ad ſiniſtrum pectus protenſa, quotidie appendentem, & in ſiniſtro Equitis tunicæ latere, ſtellam octangulam ex filo argenteo, cruce opere Phrygio in medio impletam. Statis autem anni Feſtis una cum ſtella iſta coruſcante Equitis collum pectusque conſpectiori ſplendore, ex catena aurea alternatim inter crucem Danebrogicam, in nominis Regum Waldemari II. hujus Ordinis Conditoris & Chriſtiani V. Reſtitutoris reverentiam, ſignis iſtis Regiis conflata, vi Legum promulgatarum ordinis hujus τεκμήριον pendens conſpicimus. &c. *Hæc Laurentius. Ex genuina illa, quam hic dedit, explicatione vocis Danebrog, patet, quantum hallucinatus ſit Vir doctiſſimus* Trogillus Arnkiel, Cimbr. Heyden-Bekehrung, *p. 339. quando ita interpretatur τὸ Danebrog*: Dannebrog oder Danneburg, das iſt der Dänen Burg und Feſtung, *utpote penitiori linguæ Danicæ cognitione deſtitutus. Cæterum vexillum illud ab Archiepiſcopo Lundenſi Andr. Sunonis derivandum putat*: Von dem rechten Urſprung (*inquit*) des berufenen Dannebrogs-Fähnleins etwas zu gedenken, ſo wird man nicht ſo abergläubig ſeyn, ob ſollte der Lundiſche Ertz-Biſchof Andreas, daſſelbe dem Vorgeben nach, durch ſein Gebet vom Himmel herunter bekommen haben,

Glor. mem. Rex Chriſt. V. Ord. Equeſtr. Danebr. Reſtaurator.

Inſignia hujus Ordinis.

Error Arnkilii in explicando nomine Danebrog.

Vexillum Danebrog. ex mente Arnkilii ab ipſo Archiepiſcopo Andr. Sunonis, priori amiſſo ſubſtitutum.

ſon-

ſondern nach dem erſten unglücklichen Treffen mit den Heyden in Eſtland gehalten, wird er den Seinigen Herz und Muth eingeſprochen, und an ſtatt des verlohrnen Fähnleins, ein neues rothes Fähnlein, mit einem weiſſen Kreuz gezeichnet, verfertiget haben, welches er Dannebrog oder Danneburg, das iſt der Dänen Burg und Feſtung genannt, ſeinem Volk aber weiß gemacht, ob hätte er daſſelbe als ein Sieges-Zeichen durch ſein Gebet von Gott im Himmel erhalten, und anbey ihnen den Sieg verſichert, ſo auch bald darauf erfolget. ꝛc. ꝛc. *Curioſa inprimis ſunt, quæ habet laudatus* Arnkiel, *pag. ſequ. 340.* Von dieſem Dannebrogs-Fähnlein werden ohne Zweifel unſere Dannebrogs-Schiffe hieſelbſt ihren erſten Urſprung haben. In dieſem Amt Brunland, ſtehen am Genner-Haven, die ſogenannten Dannebrogs-Schiffe mit Steinen abgebildet: Es iſt ein Monument von lauter Steinen, in gewiſſer Ordnung Cränß-längelicht abgeſetzet, nach der Art und in Geſtalt der Schiffe, in der Mitten weit, und an beyden Enden zugeſpitzet, das Ende eines Schiffes iſt des andern Anfang, mit einem groſſen Stein unterſchieden, der höher iſt, als die andern. Es iſt zu bedauren, daß verſchiedene Steine von den Bauren weggenommen, und zu ihrem privat Nutzen angewandt, und alſo die Ordnung der Steine in Confuſion gerathen. Es ſind ungefehr an der Zahl zwanzig groſſe und kleine Schiffe durch einander mit Steinen abgebildet, welche insgemein Dannebrogs-Schiffe genannt werden. Ich weis keinen andern Urſprung dieſer Dannebrogs-Schiffe anzuführen, als daß dieſer König Woldemar, mit dem Zunamen der Siegreiche, mit ſeiner Flotte, von etwa zwanzig Schiffen, aus Liefland hie bey Gennerferd angeländet, da ein erwünſchter Haven iſt, und vor zeiten ein Fleck

Monumentum lapideum Vexilli Danebrog. vulgo Dannebrogs-Schiffe dictum.

und Kirche, wie auch eine Capelle geweſen. Allem Anſehen nach wird König Woldemar an dieſem Ort ſein zu der Zeit berufenes Dannebrogs-Fähnlein aus dem Schiff ans Land gebracht, und zum ewigen Gedächtniß, an dieſem Ufer diß Monument, der abgebildeten Schiffen mit Steinen errichtet, und den Namen von Dannebrogs-Schiffen demſelben beygelegt haben. Dabey zu erinnern, daß unſere Vorfahren ſich ſehr befliſſen, ihres Namens und ihrer Thaten Gedächtniß zu ſtiften, und auf die Nachkömmlinge fortzupflanzen, wie aus ihren vielfältigen Monumenten erhellet. *Claudimus hanc paragraphum verbis* Petri Ambroſii Lehmanni, in ſeinem itzt-herſchenden Europa Tit. Ritter der Königlichen Däniſchen Orden, *p. 463. 464.* Der Orden des Dannebrogs, *inquit*, iſt vom König Woldemarus dem Andern An. 1219. als er im Krieg in Liefland begriffen war, geſtiftet, und zwar durch Gelegenheit, da ein roth Bannier mit einem weißen Kreuz, mitten in der Schlacht ſoll vom Himmel gefallen ſeyn, welches der König auch ſo gleich zum Reichs-Bannier an ſtatt desjenigen (verlohrnen) ſo vorhero gebraucht worden, angenommen, und wird ſelbiges noch bis auf dieſen Tag in allen Schiffs-Flaggen, Fahnen und Standarten gefunden, und dahero hat dieſer König zu gleicher Zeit erwehnten Orden geſtiftet, und zu deſſen Zeichen obbemeldtes weißes Kreuz im rothen Feld erwählt, auch nachgehends viele Fürſten und Herren mit dieſem Orden begnadiget. Nach Länge der Zeit iſt dieſer Orden in etwas negligirt worden, bis endlich An. 1671. die itzo regierende Königliche Majeſtät, Chriſtianus der Fünfte, bey dem Geburths-Feſt des Prinzen Friedrichs, denſelben wieder verneuret, und bis Dato beſtändig darüber halten. Die Ritter von dieſem Orden tragen täglich ein weißes Band mit

Veteres Dani memoriæ rerum a ſe geſtarum propagandæ ſtudioſiſſimi.

Crux Danebrogica hodienum in vexillis Danorum & navium aplustribus comparet.

Ordo Equeſtr. Danebr. feſto natal. Frid. IV reſtitutus.

rothen Leiſten, woran ein gulden Kreuz hängt, welches weiß in der Mitten, und roth auf den Seiten email- lirt, und mit eilf Diamanten, ſo kreuzweiſe geſetzt, geziert iſt. Auf der rechten Bruſt tragen dieſe Ritter einen achteckigten ſilbern bordirten Stern, auf deſſen vier Stralen ein weißes Kreuz mit rothen Leiſten ru- het, worauf dieſe Worte ſtehen. C. 5. Reſtitutor.

§. 9. *Valdemarum Secundum excepit Ericus V, cognomine Plog-penning, ſub cujus regimine, quicquid a Danis per Sclavoniam geſtum, ex hiſtoriarum mo- numentis breviter depromamus.* Joh. Iſ. Pontanus *Rerum Danicarum Libr. VII. ſub ann. MCCXLII. p. m. 326 ſequ.* Sub idem hoc tempus Revalienſium Eccleſiæ immunitates nonnullas Rex Ericus indulſit, quæ cum certis ejusdem codicillis conſignatæ habe- antur, ipſas literas, & ea, qua tum ſcriptæ fuerunt, formula, hiſce ſubjicere viſum eſt:

Geſta Danor. Sclavoniæ ſub imperio Erici V, cognomine Plog-penning.

Ericus, Dei gratia, Danorum Slavorumque Rex, omnibus hoc ſcriptum cernentibus, in Domino ſalu- tem. Univerſitati veſtræ tenore præſentium conſtare volumus evidenter. Quod nos cum conſenſu homi- num noſtrorum, in partibus Eſthoniæ commorantium, cum venerabili Domino Torchillo, Epiſcopo Revali- enſi, talem fecimus compoſitionem. Quod idem Epiſcopus, ſingulis annis, donec ad Eſthoniam per Dei gratiam venerimus, percipere debeat ſine exce- ptione qualibet, de viginti uncis duo talenta pon- derata, unum de ſiligine, & alterum de hordeo, & tam de omnibus liberis bonis noſtris, quam de cæ- teris, in partibus Eſthoniæ infeudatis: Et ſicut Eſtho- nes ferunt decimas ad mandatum Dominorum ſuo- rum, ſic pars epiſcopi, ei in Revaliam deferatur.

Diploma Erici Regis Eccleſiæ Revalienſi datum.

Memoratus autem epiſcopus, huic compoſitioni conſentiens, promiſit, quod tam in procurationibus, quam in cauſis omnibus ſpiritualibus, usque ad noſtrum adventum, nihil amplius petere debeat, vel facere erga ſuos ſubditos, quam juxta morem & conſuetudinem, quam habet dominus Hermannus, Epiſcopus Torpatenſis. Quia huic compoſitioni non interfuerunt quidam nobis infeudati, præcipimus tam illis, quam omnibus aliis infeudatis, quatenus compoſitionem hanc ratam habeant & inviolabiliter obſervent. *Et poſtea ad annum MCCXLV.* Eodem hoc anno Regius apud Eſthones præfectus, cum ordinis Theutonici legatis in Daniam appulit, ſignificans Regi, Alexandrum, Neogardiæ magnum Ducem, occupata Pleſcovia, incurſionem feciſſe in territoria Dominorum Ordinis, orare itaque tam Regis, quam ordinis nomine, ut copiæ auxiliares, priusquam hoſtis majores progreſſus faciat, in tempore ſubmittantur. Rex accepto hoc nuncio, cum militem paratum & ad manus haberet, & inter ſe & fratrem, ut meminimus, res eſſet utcumque compoſita, ipſemet proficiſci eo in animum induxit. Quo autem, ſe abſente, nihil a parte Abelis, vel ipſe, vel regnum, quod metueretur, haberet, cum eo egit, ut eidem expeditioni, ſuo cum milite intereſſet. Abel accepta conditione, ſuas confeſtim copias Regis conjunxit, inque Scaniam dimiſit, ut inde cum claſſe ad Eſthones trajiceret. Erantque parata jam omnia, naves, miles, commeatus, ceteraque ad bellum neceſſaria, cum denuo adfertur, Ducem, relato pede, nihil præterea hoſtile minari: nec e re videri, ſponte ſua regredientem hoſtem perſequi, aut anſam dare ulteriora tentandi: præſtare itaque, differre hoc tempore,

Regius apud Eſthones Præfectus cum Legatis Ord. Theuton. venit in Dan. adverſus Ruſſos ſuppetias flagitans.

Rex cum fratre Abele expeditioni ipſe intereſſe ſtatuit.

Expeditio in aliud tempus differtur.

pore procinctum, atque alii occaſioni ſemet ſervare. Quod cum & Regi & Duci Abeli haud diſplicere videbatur, dilata tum res eſt. Rex interea miſſo ad præfectum ſuum militum ſupplemento, eos præſidiis imponi, ac loca præſertim limitanea obſidere mandavit, ut eſſent in promptu, ſi forte repentinum auxilium res poſceret. *Poſtea ad annum MCCXLIX.* Mox Ericus Rex, indictis Roſchildiæ comitiis, inter cetera regni Senatoribus ſignificavit, ſibi jam, parta cum fratribus pace, conſtitutum, exemplo Adolphi Comitis, aliorumque majorum ſuorum, religionis ergo in Livoniam cum claſſe & milite trajicere: Ejusque cauſas habere, præter pietatis Chriſtianæ propagationem etiam alias, quod ſuam nimirum præſentiam requirerent diverſa negotia ac loca, jam ante a ſuis occupata, ut ea magis magisque firmata in fide retinerentur, & ipſe cauſis ac controverſiis ſubditorum ſuorum coram cognitis nonnulla, quæ prava & longa conſuetudine inoleviſſent, abrogaret. Addebat & illud, eas regiones, nonniſi ſuperſtite parente ſuo, felicis memoriæ, fuiſſe a Regibus frequentatas, & ideo neceſſario nunc adeundas, ne forte, qui ibi plurimum poſſunt, Ordinis Theutonici, ſeu crucis milites ſibi in terras non ſuas aliquid juris, longa temporis uſucapione vindicarent, aut barbari oneri eſſent Chriſtianis: Teneri præterea ſe pontificis ſummi mandato ad promovendum veri Dei cultum, & orbis Chriſtiani limitem dilatandum; ideoque & pontifices olim Romanos parenti ſuo Cruciatam, ut vocant, contuliſſe, quam & regni inſignia in ſolo rubeo alba cruce oſtentant: propoſitum itaque & ſibi, hac pia ac neceſſaria in barbaros expeditione, divinam benignitatem promereri. *Et paucis interjectis.* Per idem

Milites Dani in ſupplementum præſidio Eſthonicor. miſſi.

Rex religionis ergo expeditionem Livonicam auſpicari conſtituit.

Variæ hujus expeditionis cauſæ ſecundariæ.

Rex Ericus Monaſterio Guthvalienſi, apud Livonos, quæcunque illi a Duce Canuto donata eſſent, confirmat. Caleam, Suadaliam, Vgriam, & alia loca Monaſterii uſibus ceſſura voluit.

idem tempus Roſchildiæ conceſſit in animæ ſuæ ſolatium, Cœnobitis monaſterii Guthvalienſis apud Livonos poſſeſſiones quascunque a Duce Canuto accepiſſent: Similiter & egit cum ordinis Theutonici apud Eſthonos & Wirrios primariis, ut Calea, Suadalia, Vgria, aliaque loca cum lucis, paſcuis, ceterisque huc ſpectantibus, eorundem uſui cederent, his tamen conditionibus, ut villici eorum locorum certis diebus præſto eſſent, ad exequenda onera Revalienſi caſtello præſtari ſolita, & ſimul militiæ laboribus, quandocunque vocarentur, vacarent. Revalienſium inſuper Præſuli, Torchillo, ac ſucceſſoribus ejus, veluti in mantiſſam novi epiſcopatus poſſidenda, ac in perpetuum uſurpanda conceſſit terræ, quæ Kavata dicitur, jugera XIV, quæ olim Vlrici Schuttii fuiſſent, inhibens ac vetans, ne quis ei hoc nomine moleſtiam crearet. Inde Rex cum claſſe & copiis inſtituta ad Eſthones confectaque felici navigatione, ab omnibus gratanter exceptus eſt. Ibi quæ ordine fuerunt peracta, quod & ubi geſtum bellum, majorum incuria annalibus parum inſertum reperitur. Illud interim conſtat, leges & ſtatuta ſaluberrima, tam quæ eccleſias, quam populum promiſcuum ac politiam ſpectarent, ab ipſo lata: nobilitatem quoque ad ſacramentum ei præſtandum evocatam, & loca ac prædia, quæ poſſidebat, ab ipſo, ut domino ſe tenere, profeſſam: Scripto præterea in Boruſſiam miſſo, Ordini Crucis ſignificatum, ut omnem omnino ſolicitudinem, quod ad Eſthones ac territoria, quæ apud Livonos poſſideret, a ſe rejicerent, ipſi ſua defendenda permitterent; Reſponſumque ab eis, ſe apud Eſthones nullum ſibi jus aut jurisdictionem vindicare, nec velle in poſterum, quæ ad ejus majeſtatem pertinerent Livoniæ regiones, ſuam rem facere, modo eas adver-

Jugera XIV. terræ Kavatæ Epiſcopo Reval. a Rege indulta.

Rex in Eſthoniam navigat.

Leges & ſtatuta ab Erico Rege in Eſthonia lata.

Admonitio Regis ad ordinem Theuton.

adverſus Barbaros tutari; & intra metas Chriſtianitatis retinere poſſet. Sed de Eſthoniæ Ducatu, quomodo is poſtmodum, per inteſtina Regum diſſidia ac bella, aliasque cauſas Ordinibus in totum ceſſerit, patebit ex ſequentibus. Conſtitutis quaquaverſum rebus, cum jam in Ruſſos caſtra videretur moturus Rex, accidit, ut nocte concubia ſibi dormituro aſſiſtere martyrem quempiam putarit, inque hanc ſententiam verba facere: Bono eſto animo, mi frater, ego Venceslaus ſum, quem tu coles. Nunc autem te accedo, commonitumque venio, moriturum te, ac ſimili, quo ego fato ac martyrio periturum; interim mando, ut his in oris, ad celebrandam Dei gloriam, ac nominis mei memoriam, prius cœnobium exædifices. Eoque dicto evanuit. Quod verum nec ne ſit, non affirmaverim, haud ignarus, plurima hujusmodi, pia fraude a monaſticis præſertim, confingi jam olim ſolita, qui & hunc ipſum Ericum in Divos retulerunt, condito de miraculis ejus, quibus poſt obitum inclaruerit, integro volumine. Sed Ericus porro, poſtquam evigilaſſet, memoratur, animo ſecum repetiviſſe, num temerarium & evanidum id ſomnii fuiſſet, ac ſtatim ex Epiſcopis quærere cœpiſſe, quis ille Venceſlaus, quisve tanta ſanctimonia fuerit? Eosque reſpondiſſe, Regis Bohemorum filium fuiſſe, qui manu parricidiali a fratre Boleſlao, laudum ejus ac virtutis æmulo, necatus, inter ſanctos ac Chriſti confeſſores relatus ſit; ac Regem, iis acceptis cogitare cœpiſſe, idem & ſibi aliquando obvenire poſſe: nec diu moratum, extemplo fundamenta poni mandaſſe monaſterii, quod extra Revaliæ pomeria ſitum, Padis vocant. Verum antequam ad colophonem opus perduceretur, poſcentibus regni negotiis, in Daniam regreſſum; ac ſtatim III Sept. Wordenborgæ,

Rex expeditionem adverſus Ruſſos meditatur.

Viſio Regis per ſomnum.

Monachorum piæ fraudes.

Volumen miraculorum S. Erici Regis.

Venceſlaus Bohemorum Sanctus.

Monaſter. Padis extra Reval. ab Erico Rege extrui cœptum.

confecto codicillo, Revalienſium diœceſin novâ immunitate donaſſe. Cujus formulam, qualis ad noſtras manus pervenit, proxime ſubjeci:

Diploma Regium Diœceſ. Reval. datum.

Ericus, Dei gratia, Danorum Slavorumque Rex, omnibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, in omnium Salvatore. Quoniam ea, quæ in tempore geruntur, ne elabantur cum tempore, conſuetum eſt, ſcripturæ patrocinio roborari, univerſos ſcire volumus, quod felicis recordationis Illuſtris Rex Danorum Valdemarus, parens noſter, terram Eſthoniæ, de infidelitatis devio, abjectis idolis, Deo auxiliante, ad cultum converterit nominis Chriſtiani, & per ipſius gratiam adeo populus fidelium jam creviſſet, ut proprio Epiſcopo indigeret. Nos, ne nova plantatio, ex defectu paſtoris, in priſtinum relaberetur errorem, in Dominum Torchillum, tunc ſacerdotem Ripenſis Eccleſiæ, conſenſimus, & præſentavimus, cujus præſentationem admiſit venerabilis pater Lundenſis Archiepiſcopus Vffo, ac electionem ejus factam, canonice confirmavit, eidem munus conſecrationis impendens, epiſcopum ipſum præfecit Eccleſiæ memoratæ. Vnde cum in conſecratione ipſius promiſimus, providere Eccleſiæ Revalienſi de dote, quod promiſimus favore benigno proſequentes, jam dicto epiſcopo recipienti, nomine eccleſiæ octoginta uncos apud Revaliam, dotis nomine aſſignavimus, in villicis, Obwald, Ruts, Sammitkertel, quondam Ruberto de Sluck attinentes, & in Chokere, & Peſack, & Caries, & in Wamal, quondam Luttgardo attinentes, perpetuo jure libere poſſidendos. Inſuper autem concedimus ipſi epiſcopo quadraginta uncos in Wironia, in villa, quæ dicitur Salgalle, donec Wironenſi Eccleſiæ proviſum fuerit in prælato. Cum autem ibidem fuerit

Octoginta unci apud Revaliam Epiſcopo Reval. aſſignati.

Item 40 unci in Wironia.

epi-

epiſcopus ordinatus, volo, ut meliorratus Epiſcopus Revalienſis, prædictos quadraginta uncos in Wironia; Wironenſi Epiſcopo, ſine contradictione dimittat. Actum Wartingborch, Anno Domini MCCXLIX. III. Idus Septembr. *Conferantur* Huitfeldius & Meurſius, *in hiſtor. Erici V. Huc quoque ſpectant ſequentia, ex Mſſto Bibl. Acad. Hafn. ad annum* 1246.

Fratres Prædicatores ad Revaliam, per Capitulum provinciale Ripis celebratum, miſſi ſunt, aſſumpti de diverſis Conventibus, nempe de Lundenſi, Randruſienſi, Vibergenſi, Horsneſenſi, Aaruſienſi, Roſchildenſi, Segtitonenſi (*ſ. Sigtuna in Suecia*) Inſulenſi, Skenienſi & Visbyenſi. Primus in clauſtro Prior factus eſt Daniel.

Fratres Prædicatores, juxta Decretum Ripenſe, ex variis Daniæ, ut & Sveciæ Monaſteriis, Revaliam transmiſſi. Primus Prior Monaſterii Revalienſ.

§. 10. *Erico huic ſucceſſit fratricida Abel, ob Oſiliam, a Regno Daniæ abalienatam, hoc loco memorandus. Referente iterum* Pontano *Libr. 7. pag. 340, ad ann. 1251.* Abel autem, *inquit*, univerſam Oſiliæ jurisdictionem, quam ejus majores ſartam tectam conſervarant, Hermanno, ejusdem Epiſcopo, in totum conceſſit, factis ea de re codicillis, quos ſubjeci:

Oſilia Inſula, a Regno Daniæ, ſub Rege Abele abalienata.

Codicilli hac de re facti.

Abel, D. G. Danorum Slavorumque Rex, Dux Jutiæ, ſalutem omnibus in perpetuum. Cum Regalis Clementiæ ſolita depoſcat benignitas, & rationi conſentanea requirat æquitas, proprietate pietatem rependere; nos certis experimentis fidelitatem in Chriſto patris Domini Hermanni, Epiſcopi Oſilienſis, & Maritimæ, circa nos firmiſſimæ comprobantes, & verſa vice ſtabilem cum eo concordiam & inviolabilem amicitiam obſervare volentes, ut omnis materia controverſiæ penitus amputetur, & cultus Chriſtiani

nominis, & novella plantula Livoniæ, per uniformitatem concordiæ tanto magis amplietur ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ob ſalutem animæ noſtræ & noſtrorum anteceſſorum pariter & ſucceſſorum, pro bono pacis, libera voluntate ac deliberato conſilio plene ac plane renunciantes omni juri, quod habere videmur contra Epiſcopum memoratum, ceſſamus ab omni impeditione terrarum Oſiliæ & Maritimæ, ſuper quibus dilectus pater noſter, felicis memoriæ Rex Valdemarus, & frater noſter, Rex Ericus, piæ recordationis, citationem Domini Papæ præter voluntatem noſtram procurarant contra dictum Epiſcopum, ad labores graves & expenſas immodicas compellendo: Cupientes eundem, & ejus ſucceſſores prædictis terris, ſine ulla quæſtione perfrui jugiter, libere & quiete, ita quod nec a nobis, nec a noſtris ſucceſſoribus, vi aut judicio, vel ullo prorſus gravamine, in iisdem terris, de cetero moleſtentur, ut eorundem orationibus commendati, eo propenſius habeamur, & circa homines noſtros ipſos ſentiamus favorabiles & amicos. Ne igitur hoc factum noſtrum ab aliquo ſucceſſorum noſtrorum valeat in poſterum irritari, præſentem paginam ſigillo noſtro, cum ſigillis infra ſcriptorum Dominorum fecimus communiri, videlicet Vffonis, Archiepiſcopi Lundenſis, Sveciæ primatis: Eſchilli Sleſvicenſis, Jacobi Roſchildenſis, Eſgeri Ripenſis, Jacobi Othonienſis Epiſcoporum: Domini Chriſtophori, dilecti noſtri fratris, Dominorum Comitum Erneſti de Gilken, Johannis & Gerhardi de Hollatia, Gebberti de Stoltenburg militum, Tychonis Boſt, Camerarii noſtri, Andreæ filii Petri, Johannis filii Nicolai, Saxonis Petri filii. Datum Nyborg anno 1251. 6 Idus Auguſti.

Oſilia & Maritima Epiſcopo Oſilienſi Hermanno ceduntur.

Inve-

Invenio, fuiſſe eundem Hermannum Abelis olim Cancellarium, deque ipſo Abele quam optime meritum, eidemque chariſſimum: Et eſt in eum modum a regni poſſeſſione abalienata tum temporis Oſilia. Quæ poſtmodum magiſtri ſubinde Prutenorum, ſubinde & regni Daniæ patrocinium ſecuta. Conſtatque Chriſtophorum Bavarum & Regem Chriſtianum I, ſicuti & ante eos Valdemarum III, & Ericum Pomeranum, non modo diœceſin Oſilienſium tutatos, ſed & immunitates eorundem confirmaſſe, quamvis ſuis poſtremo temporibus Regem Fridericum II in confeſſo ſit, inſulam totam ab Epiſcopo Oſilienſi ultimo, Johanne Munchauſen, dato pretio, redemiſſe. Quod in tempore & ſuo deinceps loco referemus. Abel eodem præterea menſe Auguſto, Neoburgi confirmavit ac ratum habuit, quicquid olim Parens ejus laudatiſſimæ memoriæ Valdemarus, Prutenorum magiſtro, apud Iervenſes donec conceſſiſſet; idque eum in finem, ut magis magisque propagaretur inter Barbaros Chriſtiana pietas. Similiter renunciavit juri ſuo, quod more majorum uſurpare videbatur apud Alempœnſes, Northundenſes, Mothenſes & Wageleos. De cetero quæ eſſent inter parentem ſuum Valdemarum & ordinem Theutonicorum pacta conventa, haberi immota & firma voluit.

Hermannus ille Epiſcopus fuerat Cancellarius Abelis.

Oſilia nihilominus Daniæ patrocinium poſthoc ſecuta.

Confirmatum ab Abele Magiſtro Prutenorum quicquid Valdemar. 2. apud Jervenſes illi conceſſerat.

Abel renunciat juri ſuo apud Alempœnſes, Northundenſes &c.

§. 11. *Inde ad Erici VI uſque tempora Sclavonicarum rerum, in hiſtoriis noſtris vix ulla mentio. Quo regnante ſequentia contigere.* Dusburg, *Chron. Pruſſ. P. 3. cap. 81. p. 186. ad annum 1260.* Prælio in terra Curoniæ, ubi multi fratres Teutonici & alii Chriſtiani ceciderunt, intererat militia Regis Daniæ, *Prælium hoc deſcribit, & ad annum ſequentem refert*

Geſta Danorum Sclavonica ſub Erico VI.

Dani interſunt prælio Curlandico.

fert Wicuck Koiawitz, *Hiſt. Lithuan. libr. 4. p. 100. ſeqq.* Pontanus, *Hiſt. Dan. libr. VII. p. 364. ad ann. M CC LXX.* Sequenti anno, cum ad Regem eſſet delatum, Noviogardios, Moſchos, Lituanos & Semigalenſes magno impetu in oras Eſthonum irruptiones feciſſe, & aliquot eorundem territoria vi occupata tenere, miſſus eſt eo cum imperio ſatrapa Matthias, ut Regio præſidio, quod Revaliam defendebat, auxilio accederet, ac ſimul barbarorum inſolentiam compeſceret. Ille officii mandati haud immemor, aciem adverſus eos inſtruit, ac mox congreſſus manumque fortiter conſerens, ipſe inter primos occubuit, lætam quidem regno, ſed morte ſua mixtam mœrore victoriam relinquens. *Et mox ad ann. 1272.* Mox anno M CC LXXII, Otho Rodenſtenius, ex ordine Theutonico equitum præcipuus, ac vetus militiæ cum Moſchis congreſſus, ultra quinque eorum millia una ſtrage concidit. A parte vero Rodenſtenii occubuit Alexander, Torpatenſis Epiſcopus. Qui ſecuti & Revalienſis præſulatus a Daniæ tum regno inaugurationis ſuæ vim ac confirmationem ſolebat accipere, ipſique epiſcopi inter Regni ſenatores habiti, quomodo ſuo ſuperius eſt loco demonſtratum. *Poſtea ad ann. 1274.* Eodem anno, cum invaſiſſent Oſiliam inſulam Lithuani & Semigalenſes, regis præfectus, qui Revaliam præſidio tenebat, Sigefridus, ordinis magiſter, tum & Fridericus, Torpatenſis Epiſcopus, nec non Lealenſis Hermannus, expeditis cum copiis, Lithuanis in glacie occurrunt. Sed fortius quam felicius rem gerentes, trucidatis quidem Lithuanorum pluribus, at ſuorum M. Othone, cum aliis quinquaginta duobus ex fratribus, præter Theutonicos milites gregarios 600, deſiderato, tum & fauciato Hermanno epiſcopo, loco cedere

Matthias Drotzetus in Livoniam miſſus.

Victoriam morte ſua redemit.

Epiſcopi Torpatenſes, ſicut & Revalienſes a Daniæ regno confirmabantur, inter Regni ſenatores habiti.

Regius Revaliæ Præfectus, cum ſociis Lithuanis & Semigallenſibus Oſiliam invadentibus, occurrit.

coacti

coacti ſunt. *De hoc prælio confer* Ruſſow. *Chron. Livon.*

§. 18. ***Sub regimine deinde Erici VII, cognomine Menved, ſequentia hic veniunt obſervanda; Mſſtum Bibl. Acad. Hafn. ad annum 1290. teſte Cel. Bartholino, in Adverſariis ibidem Mſſtis.***

Geſta Danor. Sclavonica ſub Erico VII.

Ericus, R. Monachis Ciſterc. de Gutvallia, bona ipſorum in Eſthonia & Vironia, certis caſibus exceptis, ab omni ſervitio juris Regii, libera dimittit. Vigil. Matthæi. *De quo tamen in Huitfeldio ceteriſque annalibus altum ſilentium.* Pontanus *Libr. VII. p. 379. ad ann. 1294.* Proximo, qui ſecutus eſt Chriſti anno, ducenteſimo nonageſimo quarto ſupra milleſimum, miſſi Revalia Legati, ordinis Eccleſiaſtici viri, qui Roſchildiæ, præſentibus Epiſcopo atque aliis ejuſdem territorii, diſerte profeſſi ſunt, ſe a collegio ſuo in Daniam ablegatos, ut declararent, ſe ac prædeceſſores ſuos, jus conſtituendi Epiſcopum nunquam habuiſſe, nec id ſibi unquam arrogaſſe: ſed eam ſemper prærogativam Daniæ Regibus, ipſorumque majoribus, nec non Regi præſenti fuiſſe atque eſſe, ut quem ipſi ad ejusmodi dignitatem idoneum ac commodum judicarent, eum Canonicorum collegio ſiſterent ac præſentarent. Idque ita ſe habere, nec quidquam unquam in adverſum acturos, facto jurejurando ac dato ſub Epiſcopi totiusque collegii ſigillo chirographo, confirmarunt. *Acta hæc in craſtino Nativitat. Joh. Baptiſt. teſtatur Mſſtum ſuperius citatum.* Pontanus *iterum ſub ann. MCCC.* Mota ſub id tempus inter Ordinis Theutonici fratres & Epiſcopum Rigenſem Fredericum, haud levis controverſia. Et videns Epiſcopus, ſibi prævalere Ordinem, qui incendiis ac rapinis totam fere Livoniam com-

Privilegium Monachorum Gutvallenſ. ab Erico Menved, Dan. Rege.

Miſſi in Daniam Legati Revalienſes, qui jus conſtituendi ibidem Epiſcopum Daniæ Regibus competere declarabant.

Societas & fœdus inter Regem Daniæ Ericum, & Epiſcopum Rigenſem.

complebat, & jam intra Rigam domicilia ſua conſtituerat, ſocietatem ac fœdus cum Rege Danorum Erico iniit, in hanc fere ſententiam: ut quandocunque emori quempiam contingeret, qui bona epiſcopatus Rigenſis poſſediſſet, poteſtas penes Regem eſſet, ea bona aut poſſeſſiones in alium transferre, ea tamen lege, ut fidei ſacramentum Archiepiſcopo Rigenſi præſtaretur; in bona etiam aut territoria, quæcunque ad diœceſin olim ſpectaverint, quaque Rex aut Epiſcopus ab ordinis Theutonici magiſtris reducere ad diœceſin poſſet, idem Regi jus ac poteſtas eſſet. Oppidum præterea Caſtellaque Rigenſia ad Regis obſequium paterent. Et denique Epiſcopus nullam cum fratribus dictæ ſocietatis tractationem inſtitueret, niſi cum Regis aut ſucceſſorum ejus ſuffragio ac voluntate. Inſtrumentum ipſum cujusmodi Latine extat, his ſubjiciendum exiſtimavi:

Inſtrumentum fœderis.

Quia propter pervicaces nimis paganorum inſultus, quibus frequenter moleſtamur & devaſtamur in bonis & perſonis, adeoque terræ noſtræ ſunt & fuerant deſolatæ penitus annis pluribus & deſtructæ, ſicut in terris Semegalliæ, Valez & Gerze patet evidenter: & præcipue propter perſecutiones enormes, quas a Fratribus Domus Theutonicæ in Livonia paſſi ſumus, & patimur in captivitate & defenſione noſtrorum Prælatorum, hominum noſtrorum interfectione, ac civitatis noſtræ Rigenſis preſſione, noſtrorum & bonorum plurium deſolatione, incendio ac rapinis, hominum noſtrorum a nobis & eccleſia averſione, & caſtrorum noſtrorum omnium ſubtractione fraudulenta, contra fidelitatem Prælato noſtro, nobis & Eccleſiæ ab eis debitam, ratione bonorum, quæ a nobis tenere dignoſcuntur. Timentes novellæ

vellæ Chriſtianitatis plantationi in noſtris partibus imminere periculum, & irrecuperabile forſan, niſi celerius & ſagacius caveatur, decrevimus, contra perſecutiones præmiſſas, injurias & pericula invocare brachium ſeculare, per quod & nos, & cultus divinus, & ipſi in noſtris partibus ſervari poterimus & defendi. Unde tempore præſentium declaramus, quod de deliberato conſilio & communi conſenſu noſtri Capituli, civium noſtrorum Rigenſium, & omnium aliorum nobis fidelium, quorum intereſt, tales inter magnificum principem, Dominum Ericum, Regem Danorum ex una parte, & nos ac civitatem noſtram Rigenſem ex altera, ſunt placitationes habitæ & contractus, videlicet, quod nos de præmiſſorum conſilio & conſenſu, terras ſupradictas ſubdimus prædicto Regi Danorum, hac etiam adjecta conditione, quod quoties ipſa bona, mortuo eorundem poſſeſſore, ſine veris hæredibus vacare contingat, toties Rex alium, ſeu alios ad eadem præſentabit, & idem præſentatus, eadem ab eccleſia, jure reaccipiat feudali, quouſque ipſorum bonorum poſſeſſores, veros habuerint hæredes, & ex tunc eccleſia ipſa bona libere ordinet ſine briga, etiam ipſi Domino Regi Daniæ, & ſuis ſucceſſoribus, Regibus Daniæ, qui pro tempore fuerint nomine coronæ, dedimus & per præſentes aſſignamus jure perpetuo poſſidenda; permittimus inſuper, quicquid de bonis noſtræ eccleſiæ ipſis fratribus hactenus demiſſis, & nunc ratione exceſſuum eorundem ad nos & eccleſiam noſtram rite & canonice devolutis, recuperare, & ab ipſis extorquere poterimus, Regis adjutorio, vel Rex noſtro, hominibus, quos idem Dominus Rex ad hoc deputare ſeu nominare voluerit, ex parte noſtræ eccleſiæ, in feudum dimittantur, ita tamen, quod iidem

Epiſcopatus & civitas Rigenſ. Daniæ Regis tutelæ ſubjecti.

dem ratione receptionis bonorum prædictorum, eccleſiæ noſtræ homagio adſtringantur, ſecundum quod ceteri vaſalli eccleſiæ, ratione ſuorum *Lenwar*, receptorum ab eccleſia, affecti fuerant ab antiquo. Civitas etiam noſtra Rigenſis & caſtra, quæcunque rehabere poterimus, ab ipſis fratribus, quocunque modo aſſignentur ſeu aperta ſint, advocato, & hominibus ipſius domini Regis, quando & quoties voluerint, guerra præmiſſa inter nos & fratres durante, & nunquam cum ipſis fratribus acceptemus placitationes, vel concordiam, ante finalem extractionem guerræ nunc ſubortæ, vel quæ nomine ipſius oriri poterit, in futurum, ſine ipſius Domini Regis, aut ſucceſſorum ipſius Regum Daniæ, qui pro tempore fuerint voluntate & conſenſu. Volumus nihilominus & promittimus ipſa guerra extincta ſopita, cum ipſo Domino Rege, & ejus Vaſallis, & fidelibus pacem & concordiam ſervare in perpetuum, & eisdem adſtare pro viribus, contra injuriatores quoscunque, & favore, ſicut ipſe dominus Rex nobis promiſit viceverſa. *Et inferius pag. 391. de Jano Grand, Archiepiſcopo quondam Daniæ Lundenſi, Rigenſi poſtea Epiſcopatui deſtinato:* Erat tum Iſarnus, qui, ut ante memoratum, pontificii interdicti promulgator fuerat, ad diœceſin Rigenſem capeſſendam poſtulatus. Itaque Pontifex in Regis gratiam, ne cum Archiepiſcopo Grandio ſerram perpetuo reciprocandam haberet, Iſarnum ad ſedem Lundenſem promovit, Grandio in ejus locum Rigenſibus deſtinato. Sed Iſarnus haud diu Lundæ reſedit: Grandius Rigenſem præſulatum accipere cunctatus, ſe benignitate pontificis, locum aliquando commodiorem conſecuturum ſperabat. *Et poſtea ad ann. 1303. p. 393.* Chriſtophorus deinde, Regis frater, qui ut ſupra injecimus,

Janus Grand, inquietus ille Archiepiſcopus Lundenſis in Dania, a Pontif. Rom. in gratiam Erici Regis, Epiſcopatui Rigenſi deſtinatus.

Chriſtophorus, Regis frater,

jecimus, Samſoæ, Holbecæ ac Callenburgi præfectu-ram gerebat, Eſtlandiæ inſuper Ducatui, indultu Regio ad annos ſex præficitur, hiſce legibus ac conditione, ut Ducatum illum adverſus barbaros aliosque hoſtiles incurſus tutaretur; Rex viciſſim, ubi opus eſſet, ſuis illi copiis ſubſidio adeſſet, interea quinquaginta ſtipendiariis Regi militaret, ac fidem ei obſequiumque, ut frater ac Vaſallus, polliceretur.

Eſthoniæ Ducatui præficitur.

Poſtea ad ann. MCCCIV. p. 394. Per idem circiter tempus, Torpatum convenerant ordinis Theutonici fratres, aut eorum nomine deputati, cum ſupremo Livoniæ magiſtro, nec non Daniæ Regis per Eſthoniam clientes ac beneficiarii, aut ſaltem eorum vice certi quidam delegati. Hi, fœdere invicem percuſſo, præter cetera, declararunt profeſſique ſunt, Daniæ Regis Vaſallos ad ſuam ac ſuorum defenſionem ex pacto convento pertinere, nec eos a Daniæ Regum obſequio aut fide ullo pacto ſeparandos: ſtatuerunt etiam, fœdera nulla icienda ſine mutuis aliorum ſuffragiis aut conſenſu; utque Epiſcopus Torpatenſis & Oſilienſis, cum Ordinis magiſtro, aliisque ad Epiſcopum Rigenſem ſe conferrent, eique authores eſſent, ut publici commodi ac fidei Chriſtianæ, quam unam communemque haberent, nomine ſe ipſis conjungeret &c. &c. Lites aut controverſiæ, ſi quæ oriantur Torpatenſibus, Oſilianis ac Magiſtro ejusque fratribus junctim aut ſeorſim cum Moſcho, tum e Rigenſi dioeceſi tres, Oſilienſium item tres, Torpatenſes vero ſex, Regiorum Vaſallorum ſex, ac fratrum totidem loco ac tempore idoneo cauſam cognoſcent, & quod illi declaraverint, ratum habebitur. Si autem inter ipſos fœderatos, quod Deus avertat, diſſidium fuerit, tum ſex e dioeceſi

Pacta Conventa Torpati.

Daniæ Regis per Eſthoniam Vaſalli, ſe a Daniæ Regum obſequio nullo pacto ſeparandos profitentur.

ceſi Torpatenſi atque Oſilienſi, & ſex item Regiorum Clientum, ac fratrum totidem, indicto conventu, litem componant, ſi componere nequeant, pro refractario ac rebelli cenſebitur, qui ſe intractabilem exhibuerit. Interim nemo ſeorſim ac ceteris inconſultis bellum Moſcho faceſſet, qui fecerit, is ſuo Marte ac periculo rem geret &c. Qui vero eo tempore apud Eſthones prorex agebat Johannes Saxo, Ericum Regem hujus fœderationis commonefecit, exiſtimans, in omni bene conſtituta Republica periculoſum eſſe, ullam a nobilitate cum aliis iniri ſocietatem, principe præſertim inconſulto. Nam licet, ut idem addebat, e re principis ejusmodi ſubinde fœdus videretur, aliis tamen temporibus alia poſſe intercurrere, quæ eidem detrimento forent, ſeorſim autem de Leone Orgeſio, & Johanne Wogitha querebatur, utpote fœderis iſtius primis authoribus, quodque idipſum ſibi, ut Regio Vicario, plane ignaro fuiſſet percuſſum. *Hoc ſpectant iſta ex Mſſto, quodam membranaceo Cel.* Bartholino, *in Adverſar. Mſſ. citato, ad ann. 1304.*

Johannes Saxonis filius Prorex Eſthoniæ pactis ipſis Torpatenſibus, ut pote inconſulto Rege initis, adverſatur.

Placitatio, fœdus & concordia inter Cruciferos Livonienſes, & Torpatenſem & Oſilienſem Epiſcopos, Vaſallos R. Daniæ in Eſtonia, qua inter alia cautum inprimis, quia Rex Daniæ dictos ſuos Vaſallos a corona alienaverat, quod de jure non potuit, cum ei coronæ eſſent originali eſſentia & Regi paterna ſucceſſione, a paganiſmo hæreditarie annexi, quod omnes eis a modo contra talem violentiam aſſiſterent, ne dicti Vaſalli quomodolibet a corona alienarentur. dat. die Matth.

Pontanus, *iterum ad Annum MCCCVI.* Anno qui proxime ſuperiorem excepit, milleſimo trecenteſimo

teſimo ſexto, ſept. Cal. April. Vaſalli ac fiduciarii Regii, qui Eſthoniam incolebant, celebrato conventu, varias leges ac conſtitutiones, in uſum atque utilitatem Reipublicæ, ediderunt, aſſentiente atque easdem approbante Henrico, Revalienſium Epiſcopo, ita tamen, ut eædem ſervarentur, aut intra biennium abrogarentur, prout Regi videretur. *Et poſt nonnulla:* Eodem propemodum tempore, Ordo equeſtris apud Eſthones Ducatum Eſtlandiæ, Epiſcopo Revalienſium Henrico, Regis quaſi vicemtenenti, aſſignavit. Ea nimirum lege ac conditione, ut idem Ducatus a Daniæ regno haud unquam abalienaretur. Henricus vero eandem aſſignationem Regi viciſſim transmiſit, cum ampliſſimis teſtimoniis, quibus fides ac ſtudium ejus erga Regem ab Ordine univerſo prolixe commendabatur. *Idem poſtea circa ann. MCCCX.* Per eadem tempora Urbs Revalienſium, quæ antea ſola Arce aliisque forinſecus munimentis defendebatur, non tantum pomœriis aucta, ſed mœnibus præterea ac foſſis circumcincta eſt, opera præſertim Johannis Cani, qui tum Regii legati vicem apud Eſthones fungens eam a Rege procurationem ſive aſſenſum potius acceperat. *Poſtea ad ann. MCCCXIV.* Actum eodem tempore cum Ordinis Theutonici Magiſtro, ut quæcunque apud Eſthones inter Daniæ Regis & Ordinis ſubditos controverſiæ de limitum diviſionibus inciderent, ex Regis Præfecto Revaliæ, ac tribus inſuper ejusdem Regis Vaſallis, & quatuor ex ordine fratribus dijudicandæ permitterentur. Quod illi pronunciarent, ipſe quoque ratum haberet. Confirmatæ tum quoque ab eodem literæ Regis Valdemari, Ordini olim indultæ, ſuper Harriæ territorio, modo archetypæ earum apographis reſponderent. *Mſſ. Bibl. Acad. Hafn. ſuperius citat. ita habet.*

Conſtitutiones Torpatenſes judicio Regis Daniæ ſtare & cadere debebant.

Ordo Theutonicus Eſthoniam Epiſcopo Revalienſi, loco Regis aſſignat, ea quidem lege, ut a regno Daniæ nunquam abalienaretur.

Revalia amplificata & mœnibus foſſisque circumcincta per Joannem Canem, Reg. apud Eſthones Legatum.

Statutum circa limitum diviſiones in Eſthonia.

Literæ Vald. Regis, Ordini Theuton. ſuper Harria datæ, ab Erico confirmantur.

1314. compoſitio facta inter Ericum Regem Daniæ, & Magiſtrum & fratres in Livonia, ſuper terminis & finibus terrarum utriusque partis in Livonia diſtinguendis. Die Viti & Modeſti. Eodem anno Erici Regis mandatum ad Vaſallos in Harria, ne ſacerdotibus reditus ipſis debitos cum parva menſura, qua conſuetudo peſſima invaluit, ſed communi menſura terræ Eſthoniæ redderent. Fer. 3 ante feſt. Matthiæ. Pontanus *iterum ad ann. MCCCXV. p. 414.*

Parva menſura a Rege prohibita.

Interjectis deinde diebus, Rex Epiſcopo Torpatenſi liberum ac tutum commeatum conceſſit in Daniam veniendi, ut ibi ſub feſtum Michaelis, de cauſis ipſius univerſis plene cognoſceretur. Revalienſes etiam, datis ea de re literis, in gratiam recepit, omnesque immunitates ac privilegia, quæ ipſis jam annis major indulſerat, haberi rata voluit. De urbis mœnibus ita ſtatutum, ut miſſis eo legatis, eorum inſpectio aut ratio haberetur; ſi nec obeſſent arci, nec ejus defenſionem impedirent, integra relinquerentur. Moſchorum autem & Novogardenſium, qui regiis territoriis erant contermini, limes definitus. *Et poſt nonnulla:* Eodem hoc anno Rex epiſcopis ac nobilitati, omnibusque, qui apud Eſthones magiſtratum gerebant, jus feudale per leges deſcriptum tulit, idque eſſe quam commendatiſſimum ſingulis voluit. Et utitur eodem hodieque univerſa Livonia &c. &c. Codex vero Juris feudalis, quod Eſthonibus præſcriptum dixi, ſtatim initio præfationis fatetur quidem, ſicuti & nobilitatem, ita & illud a Valdemaro eſſe primo conſtitutum, ſed ab Erico varie adauctum, atque ita deſcriptum, ut intelligi & haberi ab omnibus poſſit.

Revalienſes a Rege cum privilegiorum confirmatione in gratiam recepti.

Moſchorum territoriis Regiis confinium limes definitus.

Veſtig. Dan. in Livoniæ Jure feudali ab Erico VII. lato.

Jus illud Feudale a Valdemaro conſtitutum, ſed ab Erico adauctum.

§. 13. Du-

§. 13. *Ducimur inde ad tempora Waldemari III, quem alii Quartum vocant, cognomento Atterdag, ex cujus hiſtoria,* Pontano *deſcripta, ſequentia habeto, & quidem ad annum 1346. pag. 475.*

Geſta Waldemari III. Dan. Reg. in Sclavonia.

Inter hæc Eſthoniæ ac Revalienſium rebus Divinis præſertim, & ad Eccleſiam ſpectantibus Rex vacans, adjecit ædi apud eosdem cathedrali, quæ Mariæ erat ſacra, quæque a progenitoribus Regis jam olim fuerat fundata, duo templi ædificia, Capellam & Cipellam, inque iis ſolemnes preces ac ſupplicationes, aliaque exercitia divina, certis anni temporibus, ad animæ ſuæ ac Reginæ ſuæ ſolatium haberi mandavit, nec omiſit etiam reditus ſubſidiaque, quibus eadem cathedralis Eccleſia, ad ſui reparationem, aut alias uti fruique, cum uſus poſtularet, poſſet. Eodem circiter tempore etiam Decanum, totumque Canonicorum Collegium ejusdem Revalienſis Eccleſiæ, in ſuam tutelam ac defenſionem aſſumpſit, idque, datis ea de re codicillis, apud omnes teſtatum voluit. Nec multo poſt ipſemet ſacram veluti peregrinationem, ſive militiam potius, adverſus Lithuaniæ paganos auſpicaturus iter in Boruſſiam inſtituit, aſſumto fratre Othone, qui ſe in Ordinis Theutonici ſodalitium, eum præſertim in finem, tum tradidit, ne ipſius præſentia regni territoria ac præfecturæ gravarentur, ex decreto ſcilicet, quo ſemel erat ſtatutum, Regem Waldemarum Daniæ Regnum ſibi ſoli retenturum. Aſſumſerat præterea itineris comitem Saxoniæ Ducem Ericum: profectique una Lubeca, ubi convenerant, ad extremos Boruſſos Liflandosque, haud diu ibi ſubſtitere, quod induciæ id temporis cum paganis eſſent pactæ. Vendiditque per eosdem dies Ordinis Theutonici fratribus Eſthoniæ Ducatum, acceptis ab iis

Valdem. Ædi Revalienſium Marianæ bina ædificia adjecit.

Canonicos inſuper Revalienſes in ſuam tutelam recipit.

Expeditionem adverſus Lithuanos auſpicaturus, in Boruſſiam abit.

Otho, frater Regis, in ſodalitium Ordinis Theutonici ſe tradit.

Valdemarus Ordini Theutonico Eſthoniam vendit.

iis 18000. argenti marcis, contra non ſolum pactum, quod parens ipſius laudatæ memoriæ jam olim conſignarat, quo cavebatur, ne quis unquam a Daniæ regno eum Ducatum divelleret, aut ſepararet, ſed & contra jusjurandum ab Eſthonum nobilitate præſtitum, quo illa ſe haud unquam ab eodem regno receſſurum promiſerat. Accedebat, quod venditionis eæ tabellæ a nemine Senatorii ordinis, niſi ab uno Stigoto Andreæ, Eſthoniæ tum temporis præſide, conſignatæ fuerint, tum & teſtetur in Chronologicis ſuis nobiliſſimus Arnoldus Witfeldius, regni olim Cancellarius, earundem literarum exemplar, tum demum in manus Daniæ procerum veniſſe, exhibitum ipſis per legatum Polonicum, cum de pace inter Daniam Sueciamque reſtauranda ſub annum 1570 Stetini ageretur. Rex præterea Marchioni Brandeburgico, qui ut, ante eſt memoratum, ducta in conjugem Sorore Waldemari, Eſthoniæ nonnulla territoria dotis loco acceperat, eam nunc dotem, facta, de qua diximus, venditione, ære repræſentato perſolvit. &c. &c. &c. Hoc iter (*ſc. Hieroſolymitanum*) præcipuam fere pecuniarum pro Eſthonia numeratarum partem abſtulit, excepta dote, quæ conjugi Marchionis eſt tradita.

Tabella Venditionis a nemine Senatorii Ordinis, præter Stigotum Andreæ, Eſthoniæ tum Præſidem, conſignatæ.

Exemplar harum literarum Daniæ Proceribus primum 1570 a Legato Polon. oſtenſum.

Iter Waldemari Hieroſolymitanum abſumpſit fere pecunias pro Eſthonia acceptas.

Conferatur Meurſius *Hiſtor. Dan. libr. IV. p. 81.*

Erici Octavi, vulgo Pomerani &c. Daniæ Regis in Boruſſiam diſceſſus.

§. 14. *De Erico, bujus nominis Octavo, ex Pomeraniæ Duce, beneficio materteræ ſuæ, Arctoæ illius Semiramidis Margaretha, ad univerſi Septentrionis imperium evecto, prodit Illuſtris quondam Regni Danici Cancellarius idemque Hiſtoricus diligentiſſimus,* Haraldus Huitfeldius *Chron. Dan. Part. III. p. m. 792. ad ann. 1436, pertæſum imperii onera, ignaris omnibus, in Boruſſos enavigaſſe, & a ſubſecutis illico regni Senatoribus ægre retractum, cum jam vela retrorſum,*

trorſum daturus, Dantiſco ſolviſſet, duodecim navium circa Hedenſoam feciſſe naufragium. Verba vernacula ita habent: Noget dereffter u-formerckt oc alle u-bevidſt, ſeilede hand hemmeligen ad Prytzen, oc var tilſinds, ſlet at forlade Rigerne. Nogen af Raadet fuldte ham effter, oc bad hannem for vor HErres Døds Skyld, og den Eed hand haffde ſoeret dem, at hand ikke ſaaledes ſkulde forlade hans Riger og ſelv være Aarſage at de ſplittes ad, hand ſkulde komme igien og antage Sverriges Rige, handle oc dagtinge med de Svenſke, ſom lovet var. Hand ſtillede ſig an ligeſom hand føye ſkottet om noget Regimente, dog paa det ſidſte kom hand tilbage ꝛc. Den Tid hand un ſeylede tilbage fra Dantzig, blef 12 hans Skibe under Hedenſøe, hvilket var optagen for et u-lykkeligt Tegn.

Ericus regno relicturus clam diſcedit in Boruſſiam.

A ſubſecutis illico Senatoribus ægre retrahitur.

Naufragium in reditu.

§. 15. *Devolvimur ad Chriſtophorum, hujus nominis III. ex Bavariæ Duce, Daniæ, Norvegiæ & Sveciæ Regem, qui anno 1446, Epiſcopatum Oſilienſem in ſuam recepit tutelam, ea nimirum mente, ut eundem una cum Eſthoniæ Ducatu, tempore Waldemari tertii abalienato, Daniæ poſtea reſtitueret Regno, prout odoratur Beatus* Hojerus, *in Compend. Hiſt. Dan. p. 95.* 1446. nahm er das Biſthum Oeſel in ſeinen Schutz, und mochte wohl die Abſicht haben, ſolches und Eſtland, ſo zu Waldemari III. Zeit alienirt war, an die Krone wieder zu bringen. Doch der Tod riß ihn weg in ſeinen beſten Jahren und Anſchlägen. *Codicilli Holmiæ decimo ſexto Julii Oſilienſium Epiſcopo Ludolpho, ſub ejusdem ſigillo hoc anno dati, quibus Rex Epiſcopum jam dictum, totumque Oſilienſe terri-*

Epiſcopatus Oſilienſis a Chriſtophoro Bavaro Dan. &c. Rege in tutelam receptus.

Colligitur haud obſcure, intendiſſe Regem, Oſiliam Eſthoniamque, luxata illa olim imperii Danici membra, regno Daniæ reſtituere.

territorium in ſuam fidem ac clientelam ſuſcipere teſtatur, cum præſertim eadem Diœceſis etiam olim Daniæ Regno annexa & clientelaris fuiſſet: ita ſonant:

Codicilli tutelares Ludolpho Epiſcopo Oſilienſi dati.

Chriſtophorus, Dei gratia, Daciæ, Sveciæ, Norvegiæ, Sclavorum, Gothorumque Rex, Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ, cum eadem gratia ad Regnorum noſtrorum ſolia adſcenderimus, & plurimorum veridicorum, de regnis noſtris relatione, intellxerimus, Oſilienſem Eccleſiam provinciæ Rigenſis a noſtris prædeceſſoribus, facta requiſitione, ſemper fuiſſe pro viribus defenſatam, cum propter ſpeciales a ſede Apoſtolica commiſſiones factas, tum quia Oſilienſis Eccleſiæ Epiſcopi, pro tempore exiſtentes, Progenitoribus noſtris complacentias exhibuerint, quemadmodum Reverendus Pater Dominus Ludolphus, modernus ejusdem Eccleſiæ Epiſcopus, exhibet de præſenti: Ideo ipſo Dominum Ludolphum Epiſcopum, Eccleſiam, Capitulum & Vaſallos, caſtra, bona, poſſeſſiones, unacum ſubditis eorum, in noſtram pacem & protectionem, quatenus omnipotenti Deo liberius & quietius ſervire valeant, recipimus & pro receptis habere volumus, conjunctim & disjunctim literas per præſentes: Ipſique Domino Epiſcopo Oſilienſi, aliisque ſuperius expreſſis, antiqua privilegia a noſtris progenitoribus conceſſa, ſicut juſta ſunt, confirmamus. Et volumus Canonicas Capituli Oſilienſis electiones, quantum poſſumus, fovere & diſpenſare. Poterunt etiam nuncii dictorum Epiſcopi, Capituli & Vaſallorum, ad noſtra regna libere ire, ſtare & exire abſque noſtrorum capitaneorum, vel eorum locum tenentium impedimento aliquali, (noſtris Regalibus juri-

Privilegia Epiſcopis Oſilienſibus a Daniæ Regibus data, confirmantur.

juribus ſemper ſalvis) quibus injungimus ſerioſe, ne in caſtris, ſuburbiis, aut aliis locis Regnorum noſtrorum aliquos æmulos, ſeu profugos ejusdem Domini Epiſcopi, aut ſuorum, aut de ipſis conquerentes, cujuscunque etiam conditionis extiterint, contra eundem Dominum Epiſcopum, vel ſuos, contra juris Ordinem foveant, vel defendant, publice vel occulte, directe vel indirecte, ſed eos absque omni dolo & frande, de noſtris Regnis removeant, aut expellant cum effectu. Datum in Caſtro noſtro Stockholm, ſedecima die menſis Julii, noſtro ſub ſecreto, Anno 1446.

§. 16. *Pergimus ad glor. mem. Chriſtianum Primum, Daniæ, Sveciæ & Norvegiæ Regem, tot laudatiſſimorum ex Oldenburgica ſtirpe Regum Progenitorem, Dan. cui partim cum Boruſſis, partim cum Ruſſis, interceſſit negotium, prout ex ſequenti narratione* Huitfeldiana *edocemur. Chron. Tom. 2. p. m. 869. ſequ.* Aar 1457 begyndtes en ſtoer Krig og Opror udi Lande Prydzen, imellem Underſaatterne oc Ordens Herrer, en Port de Pryſſke Stæder gave ſig under Kong Caſimiro af Polen, en Part tog hand med Krigs-Macht ind, hvilket fortrød Kayſeren, Chur-Førſten og andre Herren, ſaa at de ſaavelſom Ordens-Herrerne, beſøgte Kong Chriſtiern at forbiude ald Tilføring paa ſamme frafaldne Prydſke Stæder, oc ellers Handel, og Vandel udi hans Riger. Hvorfor Kong Chriſtiern ſelf ſkrev Caſimiro et undſigelſes Brev til dateret Kiøbenhavn 6 Januarii, liudendes at de Ordens Herrer udi Prydtzen, hvilke her til meget got hafve giordt, baade i Syrien og andenſteds,

Chriſtiani I, Dan. &c. Regis contra Boruſſos Ruſſosque geſta.

Ordo Theutonicus Chriſtiani Primi, patrocinium ambit.

Bellum Caſimiro Poloniæ Regi & Civitatibus Boruſſicis a Chriſtiano indictum, inprimis ob illatos dicto Ordini injurias.

Chriſtelige Religion at fremſætte ꝛc. hafde beklaget icke eeneſte has hannem (K. Chriſtiern) men ocſaa has andre adſkillige Potentater, at de og deres Lande af hannem (Caſimir af Polen) meget fiendtligen bleve forfølget, ickun paa nogle deres rebelliſke Underſaatters Indſkiudelſe, uden ald Rett og Billighed ꝛc. ꝛc. og hand (Kong Chriſtiern) icke eeneſte dertil hafde hafft og haldet gat Naborſkab oc Venſkab med den Tydſke Orden, men ogſaa udi ſin Kroning giordt ſin Eed, at ville hielpe og fremme den Chriſtelige Troe, efter ſin yderſte formue der til med un ſaa vel af Keyſeren ſom andre Chur og Førſter blef beſøgt, at giøre dennem Hielp og Biſtand, udi deres retfærdige Sager, ſaa kunde hand dennem effter ſaadan Leylighed icke forlade, hvorfor hand venligen ombad Kong Caſimir af Polen, og de andre Prydſke Stæder, vilde med ſaadan Krig, ſom Gud og ſit hellige Navn kunde komme til Vanære oc Skade, indeholde og giøre et venligt forligelſemaal med Ordenen ꝛc. ꝛc. hvortil hand vilde giøre ſin ſtørſt Flid, at ſaadant paa gode Vilkar oc Middel maatte ſkee, men derſom hand dette ikke vilde indgaae, men farefrem udi ſaadan u-tilbørlig foretreckt, ſaa vilde hand hannem (Rong Caſimir) ſom ſkriver ſig en Herre over Prydzen, oc alle Stænder, og Byer udi ſamme Land, ſaavelſom andre hans og deres Medhielpere, oc udi Synderlighed de Byer, Danzig, Elbing, oc Thorn, oc deres Forvandter; haffve affagt, ſom ſig hør og bør, hannem oc dennem, oc deres Lande, ſom en Fiende at beſøge, oc ſaadant ſaa

læn-

længe, indtil de giøre Fred med Ordens Her-
rerne oc de Byer, ſom vare dennem frafalden,
havde givet ſig under deres Regimente igien;
Oc der effter ſtrax blev alt Danziger Gods oc
Skibe anholden her i Riget. Der vare endda
andre Aarſager til denne Arreſtering, thi der
Kong Caſimir ſkrev hannem til oc ved ſine
Sendebud, hvilke til Stockholm ere ankom-
men, beklagede, hans Underſaatte blef tagen
oc til Priis giørdt, oc hand ikke vidſte hvad
Aarſagen dertil var, ey heller var ſaa afſagt,
ſom hannem burde, da haver Kong Chriſti-
ern ſkrevet hannem atter til, at hand foru-
den den Aarſage, hand udi hans Diffidatz
hafver ſatt, nockſom er dertil endda foraarſa-
get. Førſt for de ſegle igiennem Belt, oc ikke
Øreſund, hvilken Paß haver været alle
fremmede Nationer af Arrilds Tid forbøden,
er oc afſkaffet, fordi at de ved den Paß for-
løbe hans rette Toldſed Helſingør, tilmed,
da haver de herberget hans Fiende Carl Knud-
ſøn, oc ført Fiende-Gods, for det tredie var
Kongen for nogle Aar ſiden i Norge, oc for
Storm Skyld vilde været udi en Haffn da ſkiød
de imod hannem, ſaa hand ikke maatte komme
udi ſin egen Hafn, dog der var Plaz til fleere
Skibe, ſaa hand den heele Nat hafver maakt
holde Søen, tilmed da falder de undertiden
udi Land, røver oc bortfører hans Underſaat-
ter og deres Gods. Det ere Aarſagerne til
den Behindring, hand giør paa dennem, oc
lader ſke af hans; lader de ikke af, da vil
hand ſtrengere fremfare. Udi den Diffidatz
oc Undſigelſe, hand ſende hannem (Kong
Caſi-

Gedanenſium naves & merces in Dania detentæ.

Cauſæ aliæ Regiæ indignationis.

Caſimir) ere de ſom hans Underſaatte bemeent, ere de ikke nock undſagde, da undſiger hand dennem endnu. *Et poſt nonnulla:* De Dantziger ſkrev udi ligemaade de Henſeſtæder til, de vilde ſee til, at ſaadan Handel udi Sverrige maatte blive nederlagt, de vare at varet, at Hermeſteren hafde ſkrevet Kong Chriſtiern til, at kunde hand bringe ſig Sverrige under, da vilde Hermeſteren, med de Prydzer give dem under Kong Chriſtiern, hvorover befrygtendes var, at ald den Rydſke oc Nygaardſke Handel kunde blivn Stæderne betagne, Kong Carl lovede, at om hand kunde komme til Riget igien, vilde hand alle Kiøbmændenes Privilegier og Friheder udi Sverrige confirmere. *Et poſt plura:* Kongen af Dannemarck blef om ſider fortørnet over, at de Dantziger havde herberget Kong Carl og for dennem ſkulde en Deel kommet til gode af Kong Carls Skat, da foruden de andre Aarſager, ſom før er ſeet, faldt hand Ordens-Herrerne til, beſkadde de Dantziger til Søefarts oc hvor hand kunde. *Et poſtea:* De Dantziger beſværet dennem ogſaa høyligen (*ſc. in literis ad Senatum Sveciæ tum Chriſtiano ſubditæ*)) over Kong Chriſtiern, at de af hannem og hans fiendtligen ere angreben ꝛc. oc ikke tilforn advaret ꝛc. oc ſynes dennem ikke ret, at en Herre og Konge ikke anderledes ſkulde dennem undſige, ſom med Breve og Herolder pleyer deres Fiende at an kynde, hvilket ikke ſket er, de troer oc, at der ikke ſkal findes ſaadan en Copie, ſom dennem fra de andre Henſeſtæder nu tilſendt er af Undſigelſen udi Canzelliet udi Dannemarck ꝛc. ꝛc.

Dantiſcani Svecorum animos a Chriſtiano I, avertere ſtudent.

Dantiſcani metuunt, ne commercia Ruſſica, ſi Chriſtianus rerum in Svecia potiretur, ſibi ſociisque præcluderentur.

Chriſtianus quaſcunque poſſet, Gedanenſibus infert clades ac detrimenta.

Dantiſcani bellum ſibi rite indictum negant.

Om-

Omſider blev en Dag anſtillet til Stockholm, om en Anſtand. Did blev paa Kongens af Polen oc oc de Dantzigers Vegne forſendt Hr. Reinholdt Niederhoff, Borgemeſter oc Hr. Bernt Bapſt, Raadmand, hvilke bleſve affærdiget med 7 Skibe til Stockholm under Kong Chriſtierns Leyde, der var oc Hertugens af Sleſvig og de Lybſke Sendebud hos, oc førſte Gang blef inder ſkaffer, thi Kongen vilde at Ordens-Herren med ſkulde indrages i Handelen, oc da Niderhoff havde ſager, at Kongen af Polen, oc hans Underſaatte u-atvaret vare anfalden, oc fiendtligen antaſtet, hvilcket ſaadan en Potentat ikke burde, da kom det til ſaadan en Forbittring, at Kongen foern ud oc ſagde: Ere I ikke tilforn und ſagde nock, ſaa undſiger jeg Eder endnu paa mine Tre Rigers Vegne, Kongen af Polen og alle hans Lande, ſærdeles Pryſſen oc Danzig Hr. Niderhoff undſagde hannem igien paa Kongens af Polen oc Danziger-Byes Vegne, ſigendes derhos, Kongen ſkulde aldrig leve den Dag, at de igien ſkulde tage de Tyranner de Kryz-Herrer. Dermed bleff ſamme Mødeſplidt ad, oc de Danziger ſeglet igien hiem oc komme til Danzig S. Hans Aften. De Lybſke og nogle de Svenſke Riddere ſeglede effter til Danzig med 3 Barſer, der blev atter forſøgt om Fred med de Kryz-Herrer at giøre, hvilke oc talede med Kongens Hofmeſter til Fiſkhuuſe. Fredagen effter Jacobi kom de til Danzig, oc førde inter andet tilbage, end Fortrøſtning om et andet møde. Hvad belangendes er fornefnte Undſigelſe-Brev, da er viſt, at der udgick

Exacerbati Regis reſponſum.

gick, oc er Kongen af Polen, ſom deres Over-Herre tilſendt, oc findes endnu udi Cantzelir-bøggerne, oc er her før inddraget, men om dermed er forſømmet, at det ikke er kommet de Dantziger til Hænde, er ubeviſt.

Legatio Regia, ad Pont. Rom.

Fra Stockholm udi ſamme Aar 1457 blev Paulus Juſtinianus, Biſp til Bergen afferdiget til Paven, med den Beſked, at Kongen roſer oc priſer hans Hellighेds Forſæt, om den Krig oc *Cruciata* imod Tyrcken, oc er hannem led, de Chriſtne ikke meere hielpe der til, hand vil gierne fordre den aldmindelige Sag, eff-terat hand un med den Svenſke Krig er kommen til god Ende, men den Vey ad Ungeren er hannem for lang, den Vey ad Lifland oc de Rytzer maa Hand drage, dog maa der førſt ſkee Fred imellem Polen oc ham, ellers kand hand ikke paſſere, hand med Kong Caſimir ſtod udi U-Willie, thi hand haver hannem undſagt for den Tydſke Ordens-Skyld ꝛc. ꝛc.

Adverſus infideles Livones, & Ruſſos Chriſtiano ſuſcipienda expeditio.

Dette var ſkrevet maa ſkee udi den Mee-ning, at Paven ſkulde lagt ſig derudi, eller forordne lade, at ſamme U-villie begge Kon-ger imellem kunde affſkaffet blive, oc var un-derligt, om Kong Chriſtiern ellers hafde ſtan-det effter, at forvide ſine Riger, at hand ikke giorde meere til den Prydſke Krig, end hand giorde, der med hand oc kunde blevet det Land oc de Stæder en Deel mægtig, men hand ſom en Agtfærdig Herre, tractet alleene eff-ter, at beholde ſine Riger, oc den Deel hand havde Rett til, ikke effter andre deres.

Chriſtianus alieni minus appetens.

Be-

Belangendes fornæfnde Prydſke Krig, varede den længe, oc udi mange Aar indtil Hertug Albert, Hermeſter i Prytzen, aldeles gav ſig under den Polſke Beſkyttelſe, det Roimmerſke Rige, ſom hand før var undergiven, til ſtoer forvid, ſom er at læſe hos Caſper Schutz 6 lib. *Et poſt nonnulla:* Udi ſamme Aar 1456 ſkrev hand Pave Caliſto til, om den Udvalde Biſp til Revels Confirmatz, oc brugte hand *Titulum Ducis Æſtoniæ.* Hvad Rettighed Kongerne til Danmarck hafver haft til det Stifft Revel, er at forſtaar af diſſe Ord udi hans Skrivelſe:

Chriſtianus I. utitur titulo Ducis Eſthoniæ.

Cum vero pater beatiſſ. ipſa Eccleſia Regiæ fundationis, & per meos Prædeceſſores erecta ac dotata ſit, unde mihi jus Patronatus in ipſam ab antiquo incumbat &c.

Jus Daniæ Regum in Epiſcoparum Revalienſem.

1457. 3 Maji. Sveciæ I, confirmerede hand Øſel-Kirckes Privilegier, oc ſkreff hand atter til Pave Caliſto, om den Udvalde Biſpes Confirmatz, hvorudi diſſe Ord findes:

Eccleſiæ Oſilienſis privilegia a Chriſtiano I confirmata. Confirmatio electi ibidem Epiſcopi Romæ poſtulatur.

Cum noviſſime Oxilienſis Eccleſia, ſub Rigenſi Metropoli conſtituta, celebris quidem, & cultu & divinis obſervantiis inſignis, quæ Regiæ meæ & Prædeceſſorum meorum protectioni & auctioni ſubjecta exiſtit, auxiliis & defenſionibus Regalibus tutoria gaudere aſſolet libertate, per obitum N. N. vacare noſcatur. Hvilket er repeteret i et andet Brev til Cardinalen, S. Georgii ad aureum vellus, med diſſe Ord.

Quia a veteribus temporibus Eccleſia prædicta & patria, Divis Daciæ, Regibus Prædeceſſoribus noſtris, & nobis, tuitioni & protectioni noſcitur commendata,

&

& propterea Epiſcoporum electiones factæ, Regibus ſoleant præſentari, & conſenſum optatum impetrare.

Item findes der et Brev, hvorudi Kong Chriſtiern ſtadfæſter dennem paa Øſel alle de Privilegier, ſom frem farne Konger naadeligen haver givet de Øſelſke Biſper oc Stifft, hvorudi formeldes, at Kongerne af Danmarck ſamme Land Aeſtonien med Krigsmagt til Chriſtendommen have ført. Imod denne Konges Collatz ſynes at den Tydſke Orden haver vilder taget ſig den Rettighed til, fordi at udi et andet Brev ſkriver hand til Paven:

Reges Daniæ Oſiliam unacum Eſthonia ad Chriſtianiſmum armis perduxerunt.

Licet Patria & Eccleſia prædicta nihil commune habeat cum ordine Pruthenorum, nec ſibi aliquo pacto ſubdatur, ſed Divi Daciæ Reges a Gentilitatis tenebris revocatam foverunt & protexerunt, ſicut inpræſentiarum fovemus & noſtræ protectioni devote ſubſiſtunt.

1458 til Dantzig er holden en Dag imellem begge Herrer, Kongen af Danmarck, oc Kongen af Polen, oc er deres Underſaatte giordt en Anſtand imellem, fra Panthaleonis Dag indtil Bartholomæi om et Aar naſt effter, at ingen midlertid ſkulde hielpe dem andens Fiender, eller dennem und ſætte. Sammeſteds var berammet en Dag til Lybke om Philippi og Jacobi effter. Kongen af Danmarck næfnde Hertug Adolff af Slesvig, for en Stedsherre oc den Stad Lybke Kongen af Polen oc de Dantziger næfnde dennem af Roſtock, Viſmarn, Straalſund, Gripsvold, Stetin, oc to af de fem Stæder til Steds-Herre, om de ikke

Induciæ inter Regem Daniæ & Boruſſos, Caſimiro, Poloniæ Regi, ſubditos.

ikke kunde overeenskomme, enten til en ævig Fred, eller længere Anſtand at giøre. *Hæ induciæ poſtea fuerunt prolatatæ ann. 1459.* Paa det ſidſte er beſluttet, at der atter ſkulde være en Anſtand Danmarck og Prytzen imellem, fra Bartholomæi førſtkommendes, ſom ſkulde vare udi fire Aar der effter, hvem den Fred ikke længer lyſter ſkal opſige den anden et Aar tilforn. *Nec ulterius exarſiſſe invenio ſimultates iſtas Dano-Boruſſicas. Ruſſos deinde quod attinet, ſequentia ex eodem* Huitfeldio *habe: pag. 889.* Anno 1461 var Paſvens Legat Marinus Freginus herinde, ſaa velſom og udi Sverrige. Hand effter Kong Chriſtierns Bevilling ſamlet her en ſtoer Summa Penninge for Aflad, hand prædikede dennem, ſom vilde hielpe imod Tyrcken. Men den Tid Kongen formercker, at hans faar klippedes, talede hand med ſame Sende-Bud, ſaa hand maatte lade hannem noget af Ulden for at hand giorde Krigs-Omkoſtning imod de vantro Rytzer, ſom grentzede imod Hans Riger. *Et poſtea pag. 899. ad ann. 1467.* Søndagen effter Bartholomæi Dag ſkrev hand Paven til, at ſom hand var udi Find-Land imod Rytzerne, at hindre deres Ind-Fald, hvilket gud Lof! oc ſkeede, da ſkal Erckebiſp Jens Bentſøn af Sverrig giordt hemmeligen Conſpiration imod ham ꝛc.

Simultates Dano-Boruſſæ ſopitæ.

Chriſtianus I, a Cameræ Apoſtolicæ collectore Fregino extorquet expenſas belli Ruſſici, prætextu ſatis ingenioſo.

§. 17. *Nec hoc loco tacendum eſt,* primo Boruſſorum Duci Alberto, *qui ſimul erat Marchio Brandeburgicus, nupſiſſe Dorotheam, Friderici I, Daniæ Regis gnatam, & quidem anno 1525, extinctam anno 1547, vide quæ de ea, tanquam Marchioniſſa*

Dorothea Frid. I, Dan. Regis filia, Alberto, primo Boruſſorum Duci, nupta.

 Bran-

Brandeburgica ſuperiori capite monuimus. Huitfeldius *Tom. 2. p. 1395.* Kong Friderich haſde twende Giftermaal. Førſt Annam, Marggraf Jochims Søſter af Brandenburg, Marggraf Hanſes Dotter ꝛc. Med hende havde hand Chriſtianum den Tredie Konge udi Dannemarck, og Dorethe fød Aar 1504. hvilken Hertug Albrit af Prytzen fick Aar 1525. *Beat.* Hojer, *Compend. Hiſt. Dan. p. 202.* Dorothea, die 1525 an Albertum, Marggrafen zu Brandenburg, und erſten Herzog in Preußen, vermählt iſt, und 1547 ſtarb. *Hinc Albertus ille, Boruſſorum Dux, cum glor. mem. Chriſtiani III ſororem germanam in matrimonio habuiſſet, peregre abiturus, fidei magni hujus Affinis terras ſuas commiſit, prout ad ann. 1548 teſtatur Hiſtoria Regis Chriſtiani III, Cragio-Stephaniana, ab illuſtri* Joh. Grammio, *haud ita pridem edita, p. 310. his verbis:*

Dorothea moritur 1547.

Albertus Boruſſorum Dux, peregre abiturus, terras ſuas fidei Chriſt III. Dan. Regis commiſit.

Vnde cum Boruſſo, quamvis mortua ſorore affinitas quodammodo expiraſſet, amicitia eo ſincerius culta, quod & ipſe Magiſtrum Livonicum inimicum haberet. Cui Dux ita etiam confiſus, ut non dubitaret, ad exequias Regis Poloniæ profecturus, fidei Chriſtiani terras ſuas committere, ſi quid per abſentiam ejus moveretur, protectionem ab eo petiturus.

Reſtat nonnihil dicere de eodem Boruſſorum Duce, quatenus erroneo inſani iſtius Oſiandri de Juſtificatione dogmate ineſcatus, a Theologis Danis ad ſaniorem mentem fuit reductus, teſte Hiſtoria nuper citata pag. 355. ad ann. 1552. ubi ita habetur.

Sub exitum vertentis anni, Regiomonti in Boruſſia, quo Noriberga relicta conceſſerat, mortali-

tatem

tatem exuit Andreas Oſiander, qui peſtiferum de juſtificatione dogma nuper in vulgus ſpargere cœperat: Juſtitiam fidei non conſiſtere in Chriſti ſanguine atque morte, qua redempti ſumus ac juſtificati, ſed hominem juſtificari juſtitia Chriſti in nobis inhabitantis, quam ille eſſentialem juſtitiam nominari ſolebat. Et hujus tum perverſæ ſententiæ propugnatorem nactus erat Albertum, Marchionem Brandenburgicum, quem inani linguæ volubilitate ſeductum in partes traxerat ſuas. Erat tum Alberto Principi arctiſſimo neceſſitudinis vinculo conjunctus Rex Daniæ Chriſtianus, adeo, ut alterum nihil celaret, quod in utriusque ditionibus memoratu dignum ſubinde gereretur. Literis igitur Legatisque in Daniam miſſis, ſumma doctrinæ Oſiandricæ capita, libello comprehenſa, Regi, veluti ſacrum aliquod depoſitum, & tanquam cœleſte ſalutis æternæ pignus, ſolenniter impertivit, non ſine ſumma auctoris commendatione. Rex in conſilium adhibito Doctore Petro Palladio, Selandiæ Epiſcopo, quo tum unio religionis apud nos innixa ſtabat cura, transmiſſum a Marchione Oſiandri libellum theologis Hafnienſibus diligenter examinandum commiſit. Illi, quum novum hocce Oſiandri dogma verbo Dei minus conſentaneum deprehenderent; ſolidam ejus refutationem contrario Scripto complexi ſunt: quam Rex ſibi a Doctore Johanne Machabæo, nomine totius collegii, oblatam, legatis Brandenburgicis, qui tam diu reſponſum præſtolati fuerant, ad Principem ſuum deferendam contradidit. Tum etiam binos ſororios ſuos, ne tam nefandi erroris venenum a teneris imbiberent, ex aula Brandenburgica, quo iis erudiendos artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur, paulo ante transmiſerat, per

Erroneum Andr. Oſiandri dogma.

Albertus ab Oſiandro ſeductus.

Legatio ejus in Daniam cum ſyſtemate quodam Doctrinæ Oſiandri, quod Regi commendabat Albertus.

Libellus Oſiandri a Theologis Havnienſibus examinatus & refutatus.

Chriſtianus III. binos ſuos ſororios, ex aula Affinis ſui Alberti, ne errore Oſiandrino inEſcarentur, demum revocat.

Albertus a Theologis Danis ad saniorem mentem reductus.

per eosdem in Daniam revocavit. Albertus Marchio, evidentibus ſacræ Scripturæ teſtimoniis, de falſa illa Oſiandri Juſtitia, per Regios Theologos edoctus, ad ſaniorem mentem rediit, & quam orthodoxæ eccleſiæ de Juſtitia fidei profitentur doctrinam, denuo ſumma cum deteſtatione prioris opinionis, amplexus eſt, & ad finem usque vitæ conſtanter defendit.

[illegible]gotia Chriſtiano III, Dan. Regi cum Livonibus & Moſchis intercedentia.

§. 18. *Ex hiſtoria Chriſtianiſſimi quondam Daniæ Regis Chriſtiani III, quicquid hic ſibi locum vindicat, ſuccincte ſiſtit b. m.* Hojerus, Dännemärckiſche Geſchicht. *p. 243 ſeqq.* In Liefland war damals zwiſchen dem Deutſchen Ordens-Meiſter und Erz-Biſchoff von Riga ein heftiger Streit entſtanden, den Chriſtianus III vergebens ſuchte beyzulegen, bis endlich die Ruſſen darüber einfielen, und auf des Czaaren Ivan Baſilowitz Befehl unmenſchlich hauſirten, darüber die Stadt Reval 1558, auf des Däniſchen Commendanten, auf Colck Chriſtoph von Münchhauſen Beredung, ſich an Chriſtianum III ergab, und hätte wol ganz Liefland dem Exempel gefolget. Doch der König wollte auf Anſuchen des Ordens-Meiſters, Gotthard Kettlers, die Stadt nicht dem Deutſchen Orden entziehen, ſondern liehe demſelben noch 20000 Rthl. zu Ausführung des Krieges. Indeſſen kaufte der König ſelbiges Jahr das Stift Oeſel und Wiig (Die Ecke Weſten Reval in Liefland, darinnen die vormalige Reſidenz der Oeſelſchen Biſchöffe Hapſal lieget) von dem Biſchoff Johann Münchhauſen, und ebenfalls hernach das Stift Curland, von Ulrich Behren, welche beyde Stifter ſeinem Sohn Magno gegeben ſind. Endlich wollte Chriſtianus III durch eine koſtbare Geſandtſchaft den Czaar Ivan Baſilowitz zu gelindern Proceduren ermahnen, doch ſein Tod kam

Revalia ſe Chriſtiano Regi ſubdidit, Quam univerſa Livonia, ſi Rex voluiſſet, facile ſecuta eſſet. Rex Revaliam Ordini Theutonico ſubducere noluit, Chriſtianus III Epiſcopatus Oſilienſem & Curlandenſem coëmit.

bazwiſchen. *Et nonnullis interjectis.* Der Czaar Iwan Baſilowitz begehrte 1550 vom König allerley Künſtler, voraus Buchdrucker, es fand ſich aber keiner, der nach Rußland ſich wollte wagen, hingegen ſandte der König dem Czaaren eine künſtliche Uhr, welche derſelbe entweder, weil er ſie nicht wuſte zu gebrauchen, oder damit er nicht mehr dürfte wieder ſchenken, zurück ſandte.

Moſchorum Imperator artifices varios, inprimis typographos, ſibi in Ruſſiam transmittendos a Rege flagitat. Machina affabre elaborata Moſcho dono miſſa & remiſſa.

Fuſius autem hæc perſequitur laudata ſuperius Hiſtoria Cragio-Stephaniana, & quidem locis ſequentibus, hunc in modum: pag. 258. ad ann. 1543. Inter quos *(ſc. amicos Regis vicinia rei gerendæ opportunos)*. Metropolitanus Rigenſis Gulielmus primus ſe obtulit, cui quum lis orta eſſet adverſum civitatem Rigam & Magiſtrum Livonicum, lubens fecit Chriſtianus, ut Metropolitano aſſiſteret. Ejus enim veteri quodam jure Rex Daniæ defenſor audit, ut idcirco regno huic obſtricto, ejusque patrociniis nixo, auxilium merito deberetur. Sed timidius hoc initio petitum, timente Metropolitano amicitiam, quæ recens inter Chriſtianum & Livoniæ Magiſtrum interceſſiſſe ferebatur. At per fidum nuncium, ad Chriſtianum miſſum, quum exploraſſet ejus animum, non ita obnoxium Magiſtro Livonico, ut non æquæ cauſæ faveret, haut dubitavit aperte tutelam a Chriſtiano, ſuæ diœceſi debitam, flagitare. Ac res quidem Chriſtiani auctoritate eo deducta eſt, ut cognitio cauſæ utriusque ad certum diem ſuſciperetur. Quo tempore miſſus eo Wolfgangus Griffendalius, Chriſtiani mandata ad civitatis Rigenſis magiſtratus pertulit, quibus jubebantur metropolitano parere, & collegio ablata reſtituere, ac deinceps ab injuria prorſus abſtinere. Quæ ni fierent,

Chriſtian. III. Metropolitano Rigenſi aſſiſtit.

Mandata Chriſtiani III, ad civitatis Rigenſis Magiſtratum.

 rent,

rent, ex patroni ac defenſoris officio Metropolitanum haud ſe deſerturum, nec paſſurum, juri regni Danici aliquid decedere, quod cum poteſtate Eccleſiaſtica Metropolitani ſit conjunctum. Qua Legatione Chriſtiano usque adeo Metropolitanus devinctus, ut in tota illa, cum Rigenſibus & Magiſtro controverſia, quæ in aliquot poſt annos extracta eſt, unice ad ejus fere auctoritatem confugerit, ac viciſſim eum omnibus officiis coluerit.

Chriſtianus III. Metropolitani cauſam agit apud Cæſarem.

Libellus querimoniarum Metropolitani Rigenſis Chriſtiano Regi exhibitus.

Poſtea ad ann. 1544. pag. 269. ſequ: Interim in Livonia Magiſtro ordinis Metropolitanum magis magisque premente, ac civitate Rigenſi, inſtinctu ipſius, in propoſito contra collegium Canonicorum perſeverante, Chriſtianus literis ad Cæſarem ſcriptis, cauſam hanc ſollicite commendat. Jamque impetratum Chriſtiano mandatum ſcriptum Cæſaris, quo jubebatur Magiſter facti ſui rationem reddere. Quod cum ad Metropolitanum tranſmitteretur, tum ejus, tum totius Collegii nomine, libellus Chriſtiano exhibetur, quo controverſiæ ſtatus & querela contra civitatem fuſe expoſita. Ex quo tempore mutatio religionis inciderit, ante annos plus minus viginti, detrectari omnem obedientiam a populo Rigenſi, qui Metropolitano fide & ſubjectione merito ſit obſtrictus. Non enim ſolum urbem ipſam muro, Metropolitani impendio circumdatam, ſed jura atque ſtatuta, quibus degitur, Rigenſes olim ab eo & ſucceſſoribus conſecutos. Idcirco inde usque ab initio uſurpaſſe ſibi imperium civitatis Metropolitanum, a qua etiam titulum ac nomen ferat ipſe. Ac Collegii in urbe fuiſſe templum, ædes complures, aliaque, quæ quotannis jam ab antiquis usque temporibus reditus collegio inferrent. Nunc vero excuſſo imperio,

perio, populum ab eccleſia defeciſſe, atque ultro ad alium magiſtratum ſe contuliſſe, cui ſe, nulla affectus injuria, ſubjecerit. Nec abſtinuiſſe ab palatio Metropolitani violentiam, quod a Rigenſibus per vim occupatum, nec ita dudum expulſis ſacerdotibus eorum, ædes etiam inſeſſas. Denique, quod multo maximum, templum ipſum direptum, vaſa ſacra, theſaurum omnem, ſuppellectilem ornatumque Eccleſiæ, ac quicquid auri vel argenti facti inventum, ſpoliatum, ac in privatam utilitatem converſum &c. &c. &c. Agnoſcere autem Metropolitanum ac ſacrum collegium Regem Daniæ fundatorem ac conſervatorem, itaque committere non potuiſſe, quin Chriſtiani opem contra tam violentos detentores implorarent, ac ſperare, ejus auctoritate atque auxilio juri ſuo reſtitutum iri. Id tum aliis fieri modis poſſe tum eos ad officium imprimis adigi, navigatione per fretum Oritanum (*NB. i. e. Oreſundicum, ſeu Helleſpontum Danicum*) interdicendo & corpora cum bonis detinendo. Rogare igitur hanc curam, ex officio tutoris & conſervatoris, ſerio capeſſere velit, neve ſinat clientes innoxios ab hoſtibus impune affligi, ac juris antiqua poſſeſſione ſedibusque priſtinis exturbari. Chriſtianus tam ſollicite auxilium a metropolitano & collegio rogatus, ad opem ferendam proclivis erat; ſed metuenda ipſi ſuſpicio erat, ne Cæſari videretur ſibi officium protectionis temere arrogare, niſi prius, ipſius collegii atteſtatione & confeſſione, fidem juris ſui faceret. Itaque voluit ab Collegio Cæſari indicari, quomodo antiquitus eccleſia iſta in tutela & protectione Danica fuiſſet, ratus conſultius fore, ſi forte Ordinis Magiſter de cauſæ ſuæ patrocinio aliter Cæſarem docuiſſet, ut ab ipſis redargueretur. Hoc facto promiſſum

Metropolitanus & Collegium Rigenſe Regem Daniæ fundatorem & Conſervatorem agnoſcunt.

Rex, ne ſibi officium protectionis temere arrogaſſe videretur, indicari voluit Cæſari, Eccleſiam illam ab antiquo in tutela Danica fuiſſe.

Promiſſum Collegio Rigenſi a Chriſtiano auxilium.

ſum Collegio a Chriſtiano auxilium, ac commoda ejus curiæ futura.

Deinde pag. 309. ad ann. 1548. Sed dum exterorum amicitiæ ita ſtudetur, gliſcebat interim ex privatorum quorundam hominum in partibus Eſthoniæ, quæ juris Danici contentione erat, inter Chriſtianum & Magiſtrum Ordinis Livonici diſſidium, ſtudiis partium haud procul bello futurum. Remlingrodius quidam feudum Danicum, Colchium dictum, a Chriſtiano acceperat, redemto prius certa pecuniæ ſumma jure, quod Johannes Decanus Regis beneficio ſibi acquiſiverat. Ejus quum grata minus vicinitas Revalienſibus & aliis eſſet, multis modis in poſſeſſione ſua turbatus fuerat, ac damnum undique ei datum. Accedente autem ad odium multorum pecuniæ copia, qua Decano ſatisfieret, creditor tanquam contractum reſcindens, caſtellum venditum effractis foribus, ac ruptis hinc inde ciſtis, per vim occuparat, atque exſpoliarat. Sicque fundum armata manu recuperans, pecuniæ debitæ ſibi ipſi jus dixerat. Quam ad Revalienſes nonnulli operam ſuam promte contulerunt, ut in Remlingrodium virus jam pridem conceptum, effunderent. Chriſtianus vero, ut eum jure ſuo tueretur, ac beneficium, quod tribuerat, conſervaret, a Magiſtro Ordinis contenderat, ne Decani clientis ſui petulantiam impunitam ſineret, ſed Remlingrodio, contra reum tam enormis ſceleris convictum, jus redderet. Poteſtatem tamen ei fecerat, ut reſtituto in poſſeſſionem Remlingrodio, ex æquo & bono arbiter litem componeret, ſi id magis ad rem pertinere viſum eſſet, pariterque a Revalienſibus poſtulatum, in ejus flagitii affines animadverterent, ut apparere poſſet, publicum abfuiſſe conſilium. Sed fruſtra omnia erant. Magiſter Ordinis Decanum adver-

Diſſidium inter Chriſtianum III. & Ord. Theuton. Magiſtr. in Livonia.

Colchium feudum Danicum.

Johannes, cognomento Decanus, civis Reval. Caſtellum Danicum Colchium occupat & exſpoliat.

ChriſtianusIII. quod Remlingrodio dederat feudum, Colchium puta, ipſi reſtituendum urget.

Magiſter Ordi-

adverſus Regem, tanquam nullius culpæ participem, tuebatur; Revalienſes odio actoris, uti fit, ad civium ſuorum ſcelera conniventes, eos judicio elabi ſinebant. Chriſtianus, ubi læſo illudi, & ſuum deſiderium parvi fieri deprehendit, cognitionem cauſæ ad ſe revocans, Decanum, miſſo libello, in jus vocat. Ratus enim feudum Regium quoquo modo occupantem, jurisdictioni Danicæ ſe eximere non poſſe. Sed mandatum Regium pari audacia ac ſcelus antea patratum e Decano ſpernitur, convicia inſuper in Optimum Principem procaci lingua ingerente. Neque in Magiſtro Ordinis adverſus contumacem aliquid auxilii fuit, quinimo reum adverſus Chriſtianum protegebat, ſuæ eam eſſe jurisdictionis cauſam aſſerens. Atque ulterius progreſſus, non verebatur jus Regium controverſum facere, Magiſtro Ordinis dictitans per univerſam iſtam provinciam ſupremi judicii competere poteſtatem. Sed Chriſtianus haud difficulter redarguit, temere ſibi aliena vindicantem, oſtenſo tum in eam Livoniæ partem, tum in alias plures, jus regno Daniæ armis partum, ac Regum deceſſorum beneficio pleraque ad Magiſtrum devoluta, reſervato jure ſupremi Domini. Ideo nec Magiſtros recte unquam ejus aliquid uſurpaſſe, niſi conceſſu & munere Regum Daniæ, a quibus, ſi ſponte quid indultum, vel negligenter omiſſum, ad præſcribendum juri regni nihil hoc conferre poſſe. Hæc quamvis vere ac copioſe diſſerentem literis Chriſtianum Magiſter nihilo ſecius quam ante eludit. Itaque tandem juſta indignatio Regis in Magiſtrum pariter ac Revalienſes erupit, ut denunciaret, aliam vindictæ rationem initurum, ni ſatisfieret, ut par eſſet, & juri conſentaneum. Nec minæ inanes fuiſſent, niſi in proximum annum morte

nis Theuton. Johann. Decanum adverſus Regem tuetur.

Rex Decanum in jus vocat.

Homo impudentiſſimus convicia in Regem ſanctiſſimum ſpargit.

Chriſtianus jus ſuum in Livoniam ſolide demonſtrat.

Pertinacia Magiſtri.

Minæ Regis.

Bugenejus, refractarius iſte Theutonici Ordinis Magiſter, moritur. Succeſſor ejus tractabilior.

Bugeneji, Ordinis Magiſtri, opportune interveniente, ſucceſſor ejus Chriſtianum æquioribus reſponſis placaſſet. Sed iſta atque alia hoſtili animo adverſus Chriſtianum admiſiſſe Magiſtrum, haud inanis ſuſpicio erat, ex quo perdere Archiepiſcopum Rigenſem, ſpe urbis potiundæ conantem, favor & patrocinium Danicum deterruerat. &c.

Moſchus Opificum Danicorum colonias quosdam a Rege poſtulat, imprimis typothetas.

Opifices Dani eo ſe credere nolunt.

Poſtea pag. 335. ad ann. 1550. Inter hæc perlatæ ſunt in Daniam literæ magni Muſcoviæ Ducis, Johannis Baſilidis, quibus de raritate opificum, qua ſuo imperio ſubjectæ ditiones laborarent, conqueſtus, a Chriſtiano Rege transmitti ſibi petiit variorum operum artifices, quorum confertam multitudinem Danicas incolere civitates fando comperiſſet. Inprimis ſe delectari fatebatur admirando illo librorum procudendorum artificio, cujus exquiſita ſcientia callentes operas aliquot, ceu novas colonias, in Ruſſiam deduci poſtulavit. Verum nulli non adfine dementiæ videbatur, fixam deligere fortunarum ſedem in regione horrida & inculta, inter homines barbaros & truculentis moribus, qui nullum unquam bonis artibus ſtatuere pretium noviſſent. Simul deterrebat omnes inhumanæ crudelitatis fama, qua ſævire in miſeros ſubditos Sarmaticus ille Buſiris ferebatur. Rex itaque non ignarus, paucos eo locorum migraturos, reſpondit, tentamentis opus eſſe ad explorandas ſubditorum mentes, ſi quos caperet in terras adeo longinquas commeandi cupido. Etenim leniter hic agendum, & id genus hominum animos blandimentis commodorum potius alliciendos, quam invitos ad incerta fortunæ trahendos &c. Interim de felici negotii ſucceſſu ſe neutiquam dubitare, & intra breve temporis ſpatium, ut magnus

Dux

Dux voti ſui compos reddatur, operam daturum pollicetur. Ceterum ad declarandam humani ingenii ſolertiam, digredienti ab ſe Legato perferendam, loco muneris, ad Dominum ſuum contradidit machinam dimetiendis horis aptam, ſingulari opere atque artificio elaboratam: cujus uſum & tractationem ignorans barbarus Princeps, Regi poſtmodum reſtituendam curavit. *Poſtea pag. 341. ad ann. 1550.*

Automatum affabre elaboratum Moſcho mittitur.

A barbaro Principe remittitur.

Nihilo quietiorem Rex in Livonia rerum ſtatum expertus eſt. Colchium, munitiſſimam Regiæ ditionis arcem, præſidio vi dejecto, expulſoque præfecto Godſchalco Remlingrodio, paucis ante annis occupaverat Johannes, cognomento Decanus, civis Revalienſis. Qui & deinde tantos ſibi ſpiritus, tantamque ſumſit arrogantiam, ut delecta factionis ſuæ cohorte ſibi adjuncta, caſtello circumjectos vaſtaret agros, omniaque fuga & terrore compleret. Ceterum, ubi Regem, gravioribus regni curis intentum, violatæ majeſtatis ultionem cunctantius exequi animadverteret; improbiſſimis nequitiæ furiis evectus, circa hæc tempora, omnem propugnaculo contiguam regionem, antehac Regi vectigalem, ſibi tributum pendere coëgit, & univerſa Regii juris latifundia, ceu juſtis armis parta, ſuo dominio vendicavit.

Johannes Decanus, perfrictæ frontis homo, Propugnacul. Regium Colchianum violenter occupaſſe non contentus, omnem circumquaque regionem, Regi antehac vectigalem, ſibi tributum pendere coëgit.

Tum datis ad ſenatum populumque Revalienſem plenis minarum literis, Rex aſperioribus eos verbis hortatur, ut perniciofiſſimi civis amentiam, auctoritate atque imperio ſuo coherceant, eumque abſiſtere jubeant violenta rerum alienarum poſſeſſione, deque allatis Regiæ provinciæ damnis juſta compenſatione ſatisfacere perpellant. Ni faciant, ſe in omne nomen Revalienſe expetiturum pœnas, & tam acrem injuriarum ſuarum vindicem futurum, ut innoxii pariter cum ſontibus, tanquam eodem ſcelere contacti,

Rex ſe de toto nomine Revalienſi, ni amentia Decani coerceatur, pœnas ſumturum minatur.

cti, communi rerum jactura, cladiumque gravitate involvantur. Verum hæc monita pro vanis habita. Nec tamen adduci potuit amantiſſimus pacis Princeps, ut pernicioſa civitati, male de ſe meritæ, conſilia moliretur; præſertim cum & illud ſecum reputaret, Colchiatum territorium, non adeo frugiferum ac opulentum, vix reſtituendis fore ſumptibus, quos belli gerendi moles, ſi eo res adduceretur, exigeret. Quamobrem Rimperto Gilsheimio, viro juris humani ſcientiſſimo, mandatum, ut ad Ordinis Teutonici Magiſtrum, qui magna valebat apud eas gentes autoritate, de turbato provinciæ ſtatu referret, eumque ad ſuſcipiendum cauſæ Regiæ patrocinium, quantum precibus evincere poſſet, perduceret. Super hæc Caſparo Breitholzio, viro domi bellique fortiſſimo, nova arcis ac provinciæ Colchianæ tradita cuſtodia: cujus tamen provida in omnes caſus conſilia, ſummamque in rebus gerendis felicitatem, pertinax rebellium inſolentia variis fraudibus, inſidiis, artibusque doloſis, ſæpius deinceps eluſit. *Poſtea pag. 363. ſequ. ad annum 1554.* Anno circumacto, Johannes Baſilides, Muſcoviæ Imperator, inſigni de Tartaris reportata victoria, quorum duo ampliſſima, magnæque potentiæ regna, Caſanenſe & Aſtrachanum, ſuam in poteſtatem redegerat: tantis rerum ſucceſſibus elatus, finitimarum regionum ac provinciarum excidiis imminere cœpit. Ingens ob id Livoniam terror invaſit, ne a tam feroci & infeſto hoſte penitus opprimeretur. Legatos itaque Magiſter Ordinis Teutonici, Epiſcopus Rigenſis, & nobiliſſimi quique ex civitatibus, quæ capita Livonicæ gentis ea tempeſtate erant, miſere; pacem fœdusque a Rutenis petentes; qui tantum inducias in paucos annos, ſed conditionibus aſperrimis, impetrarunt

Monita Regis inſuper habita. Pacificum Regis ingenium vindicta abſtinens.

Magiſter Ord. Theut. ad ſuſcipiendum cauſæ Regiæ patrocinium invitatur. Caſparo Breitholzio nova arcis ac provinciæ Colchianæ tradita cuſtodia.

Moſchus Livoniæ excidio imminet.

trarunt &c. &c. Inde Livonicæ gentis Legatus in Daniam venit, ab Henrico Ghalenio, Ordinis Teutonici Magiſtro miſſus, vir ſummæ prudentiæ, fidei & integritatis, Franciſcus, cognomento Stetinenſis, auxilium Chriſtiani Regis ſuppliciter implorans adverſus hoſtem, qui, quod induciarum fidem rupiſſent Livoni, ſimul ob nuperam Svecorum in Muſcoviticos agros irruptionem, acerbiſſima incenſus ira, non ſolum toti Livonienſium nomini extremam moliretur perniciem; ſed quem certum etiam eſſet minime temperaturum ſibi, quin omnem effrenati animi furorem in ſubditos regios ac regiæ ditionis arces & caſtella, quæ hinc inde per Livoniam ſita eſſent, effunderet, ſi quando copiis hoſtilibus eas regiones adoriretur. Ad ea reſponderi placuit: Haud ita magnis meritis gratiam & favorem Chriſtiani Regis ſibi conciliaſſe Livonos, ut ullam iis opem ferre teneretur; quippe qui hoſtiles Revalienſium, adverſus præſidiarios regios, conatus ſuo ſæpe conſilio ſubſidioque juviſſent, nec provinciarum Danicarum vaſtationes cohibuiſſent. Ne tamen res Livonienſium jam fractas & acciſas, penitus everſas cupere videatur; promittere Regem, aut interpoſita opera ſua, omnem belli cladem a cervicibus afflictæ gentis amoliturum, aut firmiſſimo ſe iis venturum ſubſidio; verum hac lege, ſi occupatas hactenus regii juris ac imperii arces & propugnacula non inviti reſtituant. Tam benigno lætus reſponſo Legatus, gratiis actis, obſequium gentis Livonicæ, fide non dubia pollicetur, ſimul aſſeverans, certum habere ſe, quod ſummus etiam Ordinis Magiſter populum univerſum, ſua autoritate, ad eadem promiſſa, ipſa mox re confirmanda, adacturus eſſet. Quum in procinctu ſtaret, exhibitæ ſunt literæ Regis, ad

Franciſcus, Stetinenſis Legatus Livonicæ gentis in Daniam miſſus, auxilium Regis adverſus Moſcum implorans.

Rex genti Livonicæ, quamvis male de ſe meritæ, auxilium pollicetur, modo occupatæ Regii juris arces reſtituantur, quod viciſſim a Legato promiſſum.

ad Wilhelmum Brandenburgicum, Archiepiſcopum Rigenſem, ſcriptæ, quibus impenſe petiit, ut, ingraveſcente ætate, Chriſtophorum, Ducem Megapolitanum, heroëm annis & virtute florentem, in laborum curarumque conſortium aſſumeret, eumque deinde, ſi quid de capite ſuo fortuna variaret, ſucceſſorem ſibi deſtinaret. Voluntati Regis animo promptiſſimo morem geſſit Antiſtes, Ducemque Chriſtophorum, ſacræ poteſtatis Vicarium conſtituit. Sed illi tantis honoribus diu frui non licuit. Lis etenim inter Magiſtrum Ordinis & Archiepiſcopum coorta, in apertum bellum erupit; quo præter ingentes clades urbibus atque agris pontificiæ ditionis illatas, ipſe Princeps Wilhelmus, una cum Chriſtophoro Megapolenſi, vinculis interceptus, & in arctiſſimam traditus eſt cuſtodiam. Ex ea tamen paulo poſt Chriſtophorus, probata innocentia ſua, dimiſſus, ac per Sveciam Daniamque in patriam reverſus, deſponſata ſibi Regis Sorore Dorothea, totius Ducatus, tum vacantis regimen ſuſcepit.

Chriſtophorus Dux Megapol. qui poſtea Regis ſororem duxit, commendatione Chriſtiani III. fit Coadjutor Archiepiſcopi Rigenſis.

Poſtea p. 386. ſeqv. ad ann. 1588. Inter hæc ſævus ac truculentus ille Moſchorum, ſeu Rutenorum tyrannus, quique crudelitate omnes fama celebratos tyrannos æquaverat, Johannes Baſilides, ob dilatam pecuniæ condictæ ſolutionem, ſubitis incurſionibus copiiſque validiſſimis, in omnem ſe Livoniam effudit. Præerat exercitui dux belli peritiſſimus, Zar Sigalejus, gente Tartarus; qui poſteaquam in Virriam & Harrigiam interiorem penetraſſet, hoſtili populatione nihil intactum relinquere, vicos urere, agros evaſtare, ingentes mortalium cædes edere, multiplices prædas agere, omnia denique fuga & terrore complere. Hinc Narvam, maritimum oppidum,

Moſchus in omnem ſe Livoniam effudit.

pidum, poſt paucorum dierum oppugnationem, cepit: & mox arcem urbemque Torpatenſem, Hermanno Epiſcopo deditionem faciente, occupavit. Hac occaſione nobilis quidam Livonus Chriſtophorus a Mönickhuſen, cum Franciſco Anſtelio, Arcis Revalienſis præſide, paciſcitur, ut in fidem ac deditionem Regis Daniæ Chriſtiani eam traderet. Quin & modicam militum manum, quos in urbe, præſidii cauſa, Ordinis Teutonici Magiſter collocaverat, ſacramento Regis adigit: atque ita utramque armis, commeatu, præſidioque firmiſſimo inſtructam, unius anni ſpatio, adverſus Moſchorum impetum ſtrenue tutatus eſt, inſcio quidem Rege, ſed, ut his meritis regiam ſibi obſtringeret gratiam, a quo jam ante propugnaculo Colchiano præfectus fuerat. Brevi ſpatio interjecto Revalienſium, totiusque fere nobilitatis Livonicæ Legati, Bruno Vidtbergius, Fabianus Tiſenhuſen, Caſparus Breitholts, & Juſtinus Clœdtius, in Daniam venere, opem Chriſtiani Regis adverſus Moſchos ſuppliciter implorantes, cujus ante hac clementiam, non una in calamitate, experti fuiſſent. Eos Rex, benigno reſponſo dato, ampliſſimaque ſuppetiarum ſpe facta, comiter a ſe dimiſit. Poſt paucos deinde dies, Gothardus Ketlerus, juſſu Wilhelmi Fürſtenbergeri, qui tum Ordini Teutonico ſumma cum poteſtate præerat, Arcis oppidique Revalienſis reſtitutionem per literas a Rege expetiit. Quibus reſponderi placuit. Se neutiquam impedimento futurum, quo minus erepta recuperent: nec ad incrementum imperii ſui, quod ſatis vaſto terrarum ambitu pateat, indigere unius caſtelli acceſſione: ab omni denique humanitate alienum, ſummis anguſtiis circumventos aliis ſuper alias cladibus cumulare. Itaque imperaturum ſe

Arx Revalienſis in fidem ac deditionem Regis Daniæ tradita, præſtito eidem a præſidiariis militibus ſacramento, opera Chriſtoph. a Mönickhuſen, ignaro Rege.

Revalienſium & totius Livonicæ Nobilitatis Legati in Daniam veniunt, auxilium adverſus Moſchos implorantes, benignoque reſponſo dimiſſi.

Arcis oppidique Revalienſis reſtitutio a Rege expetitur.

Reſponſum Regis, ſat vaſtum ſuum eſſe imperium, nec unius caſtelli acceſſione indigere, manda-

turum ſe igitur, ut quantocius reſtituatur.

ſe Chriſtophoro, ut præſidia ex Arce urbeque Revalienſi deducat, easque Epiſcopo, ſive Magiſtro Ordinis, reſtituat. Verum his conditionibus, ne tormenta bellica, commeatum, arma, aliave, quæ in uſum belli, eo illata eſſent, Chriſtophoro petenti reddere detrectent; nec faxint, ut id ipſi fraudi aut noxæ ſit futurum, quod demerendi ſolum Regis gratia, in medio belli ardore, ditionis alienæ latifundia invaſerit. Hac de re nuncio, qui Ketleri literas pertulerat, redditi ſunt ad Chriſtophorum a Rege codicilli: ſimul, in ſolatium diræ calamitatis, ad Ketlerum transmiſſis viginti aureorum millibus. Redux in Livoniam tabellarius, Dieterico Behr, & Henrico Uxkilio, qui abſentis Chriſtophori vices gerebant, literas tradidit regias: quibus perlectis extemplo in ditionem Epiſcopi Arx civitasque Revalienſis reſtitutæ ſunt. Eodem fere tempore Epiſcopus Oſilienſis, Johannes a Mönickhuſen, inſulam Oſiliam, juxta ac Ulricus Behr, diœceſin Curlandenſem, Chriſtiano Regi, ob ſuppeditatam ingentem pecuniæ ſummam permiſere, quæ poſtea in perpetuam poteſtatem Regum Daniæ conceſſerunt.

20 aureorum millia in ſolatium afflictæ gentis a Rege transmiſſa. Arx civitasque Reval. in ditionem Epiſcopi reſtitutæ. Diœceſes Oſilienſis & Curlandenſis a Chriſtiano Rege coëmtæ.

Ceterum, ut oſtenderet laudatiſſimus Princeps, quanto alieni infortunii dolore angeretur, viris ſummo loco natis, & inſigni prudentia conſpicuis, Claudio Urne de Beltebierg, Vobiſlao Vibiſſero de Trojeburg, Petro Bilde de Svanholm, Hieronymo Thennero Juris conſulto, ad Muſchorum Imperatorem ſplendidam commiſit Legationem, inque mandatis dedit, ut tyrannum ſolicitis precibus (ſi modo ullis flecti precibus poſſet) eo adducerent, ne nimia crudelitate ſæviret in miſeros Livonos, quorum pars maxima ferro flammaque periiſſet: utque memor fœderis, quod inter ſe ſanciverant, exercitus ſui

Chriſt. III. Legatio ad Ruſſorum Imperat. deſtinata, idque in gratiam gentis Livonicæ.

Duci

Duci Zar Siggalejo interdiceret, ne propugnaculum Colchianum, aliaque Regiæ in Livonia ditionis caſtella, prædationibus infeſtaret, ſed omnem a ſubjectis ſibi incolis violentiam abſtineret. Verum priusquam mandato ſibi munere legati defungi potuerint, Chriſtianus Rex finem vitæ impleverat. *Hactenus Hiſtoria Cragio-Stephaniana. Claudimus hanc paragraphum iſtis* Huitfeldii *verbis in Dedicat. hiſtor. Chriſt. III.* Hand tractede ikke effter, af Aergiærighed, at forvide hans Grendſer oc Land. Ja var ikke end til Sinds, at antage ſtørſte Parten of Lifland, der hand loslige af deres Sende, bud oc Stænder der om var anlanget, ſom faſt gandſke Liefland vilde hannem opdrager, men lod ſig nøye med ſit, tænckendes, hvad Beſværlighed dereffter kunde folge.

Elogium Regis Chriſtiani Tertii, quod alienæ minus appetens, oblatam ſibi meliorem Livoniæ partem recipere recuſaverit.

§. 19. *Friderici II. Daniæ Regis, & , quæ hiſce propiori nexu adhærent, fratris ipſius Magni, per Sclavoniam geſta, perſequitur b. m.* Hojerus, *Compend. Hiſt. Dan. & quidem pag. 276. his verbis:* Liefland iſt vor dem ganz unter Däniſcher Bothmäßigkeit geweſen, wie denn Waldemarus II. noch Narva und Reval erſt erbauet haben ſoll. Als nun damals die Ruſſen den Liefländern anfingen, hart zu fallen, ſo war ſchon zu Chriſtiani III. Zeit, mit dem Oeſelſchen Biſchoff wegen Ueberlaſſung der Lande Oeſel, Wiig und Curland an die Krone Dännemark gehandelt, ſo aber erſt 1559 völlig zu Stande kam. Dieſe Lande räumete Fridericus II, als ein Erb-Lehn ſeinem Bruder Magno, für ſein Recht an Holſtein, ein; Dazu hernach die Stifter Reval und Dörpt kamen, weil aber die Ruſſen, Pohlen und Schweden von der Zeit

Friderici II. Dan. Regis & fratris Magni, renunciati Livoniæ Regis, per Sclavoniam geſta.

Permutatio facta inter Fridericum II. & fratrem Magnum, qua huic diœceſes Oſilienſ. & Curlandeſ. ceſſere.

Zeit an ſich umꝑie land luſtig herumſchmiſſen, ſo hätte
der gute Magnus wenig Ruhe, und Fridericus wollte
in einen ſo entlegenen Krieg nicht gerne eintreten.
Nun verſprachen die Schweden zwar, im Stettiniſchen
Frieden, alle dieſe Länder, darauf Dännemark prä-
tendirte, gegen Erlegung der aufgewandten Koſten,
dem Kaiſer einzuräumen, der denn urtheilen ſollte,
wem ſie mit größerm Rechte zufielen, doch die Be-

Magnus, Ruſſorum parti accedens, Revaliam obſidet.

zahlung der Koſten folgte nicht, und Herzög Magnus
verband ſich indeſſen mit den Ruſſen, und belagerte
Reval, ſo ſich an Schweden ergeben hatte, wodurch

Sueci Wigam & Sonneburgum in Oſilia occupant.

Schweden Urſache nahm, Wiig und Sonneburg auf
Oeſel wegzunehmen, dagegen Fridericus proteſtirte,
auch Sonneburg wieder durch ſeinen Gouverneur zu
Arensburg, auf derſelben Inſul einnahm, doch ward
die Sache nicht weiter getrieben, bis endlich König

Magnus tandem a Moſchis male habitus, in Curlandiam diſcedens, mœrore extinguitur.

Magnus auch von den Ruſſen mit ſolcher Härtigkeit
vor den Kopf geſtoßen iſt, daß er nach Curland ſich
retirirte, und da aus Chagrin, weil er von Freund
und Feind verlaſſen war, ſtarb. Weil nun die
Schweden Wiig inne hatten, und die Pohlen nach
Curland ſtunden, ſo ſahe Fridericus II wohl, daß er

Fridericus II. jus ſuum in Curlandiam Sigiſmundo Poloniæ Regi vendit.

bloß Oeſel würde können mainteniren, und cedirte
alſo ſein Recht auf Curland an Sigismundum, Kö-
nig in Pohlen, vor 30000 Rthlr. *Et poſtea pag. 285.*
Mit Pohlen ſtund Dännemark zwar anfangs in einer
Alliance gegen König Erich in Schweden, aber her-
nach war es lauliehter, und wie König Stephanus
Bathori, die Stadt Danzig, die ihm ſich opponirte,

Fridericus II. Dantiſcanis adverſus Polonum ſuppetias tulit.

belagerte, aſſiſtirte Fridericus II, 1577 derſelben nach-
drücklich, daher Stephani Trouppen die Stadt ver-
laſſen mußten, bis die Sache hernach gütlich abgethan
ward. Indeß verkaufte er doch eben dieſem Könige

1585

1585 das Herzogthum Curland, ſo viel ſein war, vor 30000 Rthlr, weil es gar zu entlegen war ꝛc. Rußland hatte zwar ſchon 1562 eine Alliance mit Friderico II gemacht, die theils gegen Schweden hatte ſeyn ſollen, wenn dieſer gerechte Fürſt damals ſogleich ſeinen Nachbarn anzufallen, wäre gemeynet geweſen, doch hernach gab es mit Johanne Baſilowitz, dem Rußiſchen Czaaren, und beſchrienen Tyrannen, viel Diſputen, voraus, weil dieſer, die der Däniſchen Krone unterworfene Güter in Liefland anfiel. Wie folgends des Königs Bruder, Magnus, mit den Ruſſen ſich verband, war Fridericus ſehr ungehalten, daß ſolches ohne ſein Vorwiſſen geſchehen, und verſicherte ſich daher bald der Oeſelſchen, Wiikſchen und anderer Oerter. Als nun Herzog Magnus, nachdem er zum König in Liefland ernennet, und mit des Czaaren Couſine vermählet war, doch in des Baſilowitz Ungnade fiel, und bald hernach die Ruſſen ſeine Länder wollten wegnehmen, mußte Fridericus II nothwendig hievor zuſehen, ſchickte alſo 1578 eine in 100 Perſonen beſtehende koſtbare Ambaſſade an den Czaaren, die zwar gar kaltſinnig gehalten ward, auch keinen raiſonnablen Vertrag erlangen konnte, doch aber ſchloß das Haupt derſelben, Jacob Ulfeld, (der ſeine Ambaſſade ſelbſt auf Latein beſchrieben, welches Werk durch Melch. Goldaſti Vorſichtigkeit vom Untergang erhalten, und zweymal Lateiniſch edirt iſt,) ohne habende Ordre einen Stillſtand auf 15 Jahr mit den Ruſſen, daher er hernach des Königs Gnade, und den Rang als Reichs-Rath verlohr. *Et deinde pag. 289.* Die Lutheriſche Religion führete er erſt in Oeſel, Wiick und Curland völlig ein A. 1561.

Stephanus Poloniæ Rex Friderico Curlandiam vendit. Fœdus & poſtea ſimultates inter Frider. II. & Ruſſos.

Quod Magnus frater, ſe inſcio, Ruſſorum partes acceſſiſſet, indigne tulit Fridericus.

Magnus Livoniæ Rex creatus Principiſſam Ruſſicam duxit.

Legatio ſplendida Friderici II. ad Imperat. Ruſſor. cujus legationis caput erat Vir Nobil. & Doctiſſ. Jacob Ulfeld.

Temerarium Legati factum. Frideric. II. Religionem Lutheran. Oſiliæ, Wikæ & Curlandiæ primus inducit.

Præter Oſiliam Wigam & Curlandiam, Epiſcopatum Revalienſem Magno ceſſit Mauritius Wrangel, accedente poſtea Torpatenſi.

De Magno Principe, & poſtea Livoniæ Rege, loquitur ſpecimen in anteceſſum pag. 258. Magnus gebohren 1540, ward hernach 1559 Herr zu Oeſel, Wiig, und Curland, welche ihm ſein Bruder Fridericus II gab, und dagegen alle Anſprache auf die Erbſchaft des Vatern ſich abtreten ließ. Moritz Wrangel räumte ihm hernach das Bisthum Reval ein (Cluver. *Epit. Hiſt. p. m.* 726.) und das Dorptiſche fiel ihm auch zu, (Lyſchand. Slegtebog p. 687.) Wie er da kam, machten ihm die Ruſſen und Schweden viele Unruhe, bis er endlich an den Czaaren Jvan Baſilowitz ſich hieng, und 1574, den 12. Apr. deſſen Couſine Mariam, des Woldemir Andrewitz Tochter, heyrathete, und von dem Czaaren zum König in Liefland ernennet ward. Doch hierüber griffen die Schweden weiter, und nahmen Wiig und Oeſel weg, die Ruſſen tractirten Magnum hernach auch ſchlecht, wodurch er misvergnügt nach Curland ging, und allda 1580 ſtarb. Seine Witwe ging darauf mit ſeiner einzigen 1580 gebohrnen Prinzeßinn Maria wieder nach Moſcau, und ſtarb 1583 den 12 Mart. Die Prinzeßinn aber ward hernach an den Rußiſchen Canzler Albertum Janowitz vermählet. Jn Ermanglung anderer, folge ich hie Boeclero, de Jure Imperii in Livoniam, und den Tübingiſchen Genealog. Tabellen.

Principiſſa Ruſſica Maria, Woldemiri Andrewitzii filia, Magno Livoniæ Regi a Moſchis renunciato, in matrimonium elocata.

Vidua Magni, cum unica filia Maria, poſt fata Mariti, in Ruſſiam remeans, ibidem moritur.

Maria Magni filia Cancellario Ruſſico Alberto Janowitzio poſtea nupſit.

Hæc e pluribus enarrat Ampl. Holbergius, *Tom. 2. Hiſt. Dan. in Vita Frider. 2. pag. 420. & ſequ. paſſim. Unde iſta inprimis addenda duximus. pag. 488.* Hertug Magnus begav ſig derpaa til Moſcow, hvor Stor-Førſten beviiſede ham ſtoer Ære, og erklårede ham Konge over Lif-

land,

land; ſaaledes at Gros-Førſten ſkulde alleene have Titul af Skyds-Herre, og lade ſig nøye med en liden aarlig Recognition, forpligtende ſig derhos at aſſiſtere den nye Konge af alle Kræffter, indtil hand fick fuldkommen Poſſeſſion of Landet. De andre Vilkor vare, at Magnus ſkulde have Liefland for ſig og ſine mandlige Arvinger, og, om han døde uden Arvinger, ſkulde en Danſk eller Holſteenſk Herre ſuccedere ham paa ſamme conditioner. &c. &c. Hand beleyrede med Moſcovitiſk Magt ſtrax Reval og lod Indbyggerne viide hvad ſom var forhandled imellem ham og Gros-Førſten, viiſende dem, hvor fordeelagtigt og reputerligt det var for Landet at regieres af en Konge af Danſk Blod. Men den Svenſke Gouverneur tillige med Indbyggerne forſvorede Staden med ſaadan Beſtandighed, at Kong Magnus Aar 1571 den 16 Martii maatte ophæve Beleyringen. Krigen blev ſiden forthat nogle Aar med foranderlig lykke, indtil Gros-Førſten begyndte ogſaa omſider at tractere Magnum med Haardhed, og lade nogle af hans Miniſtrer henrette, da forlod denne ulyckſalige Herre Ryßiſk Parti, og retirerede ſig til Churland, hvor hand omſider efter ſaa mange udſtandne Avantures døde 1579 hvorvel andre ſige 1580. 2c. 2c. At hans Tilſtand har været ſlet, ſees blant andet of en egenhændig Obligation, ſom jeg haver, hvorudi hand for 1500 Marck, ſom hand laaner af en ved Navn Friderich Gros, ſætter ham baade Pant og der foruden ſtiller ham forlovere: Hans Titul i

Magnus, Livoniæ Rex, Imperatorem Ruſſicum Protectorem agnoſceret.

Hæredes maſculi ſuccederent illi in regnum Livoniæ, aut ſi hi deeſſent, Nobilis Danus vel Holſatus.

Magnus manu Ruſſica Revaliam obſidet, civesque de collato ſibi imperio Regio certiores fecit, adjiciens quanto illis honori foret, Regi & quidem Danici ſanguinis, parere.

Proceres quidam novi Regis poſtea a ſæviſſimo Moſchorum tyranno neci dati.

Magnus ad incitas redactus.

ſamme Obligation dat. Arnsburg. den 7 May 1567 et denne: Wir Magnus, von GOttes Gnaden, der Stifte Oeſel und Wiek Herr, Biſchoff zu Churland, Adminiſtrator des Stifts Reval, Erbe zu Norwegen; Herzog zu Schleſw. Holſt. Graf zu Oldenburg und Delmenhorſt.

Titulus ejus.

Adjicienda heic omnino ſequentia ex Nov. Litt. Mar. Balth. & Septentr. MDCC. Menſe Septembri. pag. 280, 81.

Lubecæ

Nummus Magni hujus Livoniæ Regis.

Eximiæ raritatis Nummus Magni, Daniæ Principis, Epiſcopi Oſilienſis &c. ac poſtea Livoniæ Regis, e Muſeo J. a M. (*id eſt Jacobi a Mellen*) interprete Henrico Antonio Speirmann, Judicii Provincialis Cellenſis Aſſeſſore.

Poſtquam Anno poſt Chriſtum natum 1558, Moſchorum Imperator, ob denegatum tributum conſvetum, Livoniam ingreſſus; Epiſcopatum Derptenſem ſive Torpatenſem, penitus aboleverat; Rex quoque Poloniæ, ſubſequenti anno 1559, Archiepiſcopatum Rigenſem cum omnibus arcibus, poſt obitum Wilhelmi Brandenburgenſis, Archiepiſcopi Rigenſis, occupaverat, Moſchus vero initio anni 1560 Torpato egreſſus, rurſus impetum in Livoniam fecerat, variasque arces expugnaverat, Magnus, Holſatiæ Dux, Chriſtiani III, Daniæ Regis filius, ac Friderici II, Daniæ Regis frater, a Livonis evocatus in Oſiliam, Livoniæ objectam inſulam, mox appulit. Is Magnus, Friderico fratri, tertia Holſatiæ parte ceſſerat, & *Oſilienſem* ac *Curonienſem* diœceſes, quas paulo ante Rex, a *Johanne Munchhauſen*, Epiſcopo Joachimicorum aliquot millibus emerat, compenſationis loco acce-

Magnus a Livonis in Oſiliam evocatus.

acceperat, quibus aliquanto poſt jus in Revalienſi provincia a Ruſſis occupatum, & a *Mauritio Vrangelio*, Revaliæ Epiſcopo, conceſſum acceſſit. Teſte Thuano *Hiſt. libr. 26. p. m. 544. a.* Conf. Jo. Cluver. *Hiſtor. ad ann. Chriſti 1560. p. m. 726. b.* Hinc is ipſe Magnus A. C. 1561. totam Oſilienſem & Curonienſem (i. e. Curlandiæ) ac Revalienſem Diœceſin, una cum jure cudendæ monetæ ſibi vendicaſſe legitur apud laudat. Thuan. *Hiſt. libr. 28. p. m. 580. & 587.* Idemque non tantum Oſiliæ, ſed & Curlandiæ Epiſcopatum, Epiſcopatuumque titulos ſibi uſurpaſſe fertur a Jo. Piſtor. *rer. Polon. p. m. 67 -- 72.* Hapſalia ſ. Hapſeel, in Wikkia, Livoniæ provincia ſita, Epiſcopi Habſelenſis olim ſedes, tranſlata Arensburgum in Oeſiliam. Thuan. *Hiſt, libr. 21. p. m. 433.* & Jo. Buno *in not.* ad Phil. Cluver. *Introd. Geogr. libr. 3, c. 21. n. 5, lit. a inf. & libr. 4. c. 26. n. 4, lit. a inf.*

Magnus Diœceſ. Oſil. Curland. & Reval. cum jure cudendæ monetæ ſibi vindicat.

Ex præmiſſis hiſce monumentis hiſtoricis manifeſto liquet, numum iſtum (cujus ἔκτυπον Dn. D. Leopold. JCtus Celeberrimus, qui cum conjunctiſſime non ſolum officiis amicitiæ, ſed etiam ſtudiis communibus in Academia Gieſſenſi quondam vixi, mihi oſtendit) ex altero latere iconem Magni D. G. E. O. C. W. R. E. ., ex altero Aquilam, cum inſcriptione, Hapſal. 62. exhibentem, revera Hapſaliæ, in Wickia, Livoniæ provincia ſitæ, anno ſuperioris ſeculi XVIti 62, ſive A. C. 1562. cuſum fuiſſe, auctore iſto ſæpius ſupra laudato, Magno Holſatiæ Duce, Chriſtiani III, Regis Daniæ filio, & Friderici II, Daniæ Regis fratre, qui tum temporis (priusquam a Moſchorum ſ. Ruſſorum Imperatore A. C. 1570. Livoniæ Rex, teſte Thuano *Hiſt. lib. 45. p. m. 938.* Jo.

Inſcriptio Numi.

 Cluver.

Gluver. *Hiſtor. ad A. C. 1570. p. m. 731.* renunciaretur) Episcopus Oeſiliæ, Curlandiæ, Wickiæ, Revaliæ, Eſtiæ ſ. Eſthoniæ, ſalutari ſine dubio amavit. Certo igitur perſvaſum habeo, veriſſimam iſtius ἐπιγραφῆς & εἰκόνος, quæ in exhibito Numo talis conſpicitur: MAGNVS D. G. E. O. C. W. R. E. explicationem hanc eſſe; MAGNVS. Dei. Gratia. Epiſcopus. Oſiliæ. Curlandiæ. Wikkiæ. Revaliæ. Eſthoniæ.

Explicatio Inſcriptionis.

Plane enim, quemadmodum teſte Jo. Piſtor. *c. l. p. m. 65.* præter Archiepiſcopum Rigenſem, quinque in Livonia Epiſcopi fuerunt, utpote Derptenſis, Habſelienſis, Oſeliæ, Curlandiæ, Revaliæque, ita ni fallor, mihi videtur Magnus iſte, quo pariter quinario Epiſcopatuum numero ſolus gauderet, in locum Derptenſis, a Moſchorum Imperatore anno 1558 aboliti, Eſtonienſem ſubſtituiſſe, ac ſede Epiſcopali, quæ olim Hapſaliæ fuit, forte ab eodem Arensburgum translata (cujus facti memoriam neſcio an Aquila, German. Arend, ſ. Arends-Vogel, in altera facie numi conſpicua, ſubindicare debeat?) ſe Wikkiæ potius quam Hapſaliæ Epiſcopum appellari maluiſſe, Oſeliam vero propter illuc translatam ſedem ſuam Epiſcopalem, reliquis in ordine præmiſiſſe. Figur. Numi vid. Tab. IX. n. 2.

Sedes Epiſcopalis a Magno Arensburgum translata, unde aquila in numo conſpicitur.

§. 20. *De Celſiſſimi Daniæ Principis Johannis, qui glor. m. Regis Friderici Secundi filius erat, in Ruſſiam profectione, & prematuris, qua Optimum Principem, non ſine ſummo, tam Moſchorum, quam Danorum, & imprimis relictæ Sponſæ, Principiſſæ Ruſſicæ, luctu ac deſiderio ibidem extinxere, fatis, audiendus inter alios Cel.* Adamus Henricus Lackmannus, Einleitung

Johannis Daniæ Principis in Ruſſiam profectio & prematurus ibidem obitus.

leitung zur Schleswig-Hollſteiniſchen Hiſtorie zweyter Theil, Hamburg 1733. pag. 186. & ſequ. ad ann. 1602. In Schleswig ward der bereits als Coadjutor des Stifts Schwerin beſtätigte Herzog Ulrich, Christian IV Bruder, zum Biſchof auf- und angenommen. Eben dieſer begleitete, ſamt dem Könige, den 1 Aug. in Beyſeyn der Däniſchen Reichs-Räthe und vornehmſten von Adel, nach der am 9 Sonntage nach Trinitatis angehörten Valet-Predigt, ſeinen jüngſten Bruder Herzog Johanſen, um 4 Uhr Nachmittags zu Schiffe, und nahm von demſelben einen beweglichen Abſchied, worauf der Prinz den andern Tag gegen Abend, mit 8 über alle maßen wohl ausgerüſteten Schiffen, gen Moſcau abſeegelte. *Et in ſubject. not:* Wie er denn bereits den 10 Aug. Narva erreichte, da ihn den 11, etliche Herren und Bojaren in einem für den Prinzen beſonders zubereiteten ſchönen Both abholeten, Namens des Groß-Fürſten und Kayſers aller Ruſſen ſtattlich beſchenkten, nach Iwanogrod begleiteten, von dannen der Zug gen Novigrod, folgends nach Stariza und Moſcau ging, ohnweit welcher Reſidenz, im flachen Felde 1500 der vornehmſten Herren, in Gold und Silber bekleidet, zu Pferde hielten, den Herzog empfingen, ihm nach abgelegter Bewillkommungs-Rede, des Kayſers wegen, ein köſtlich Appelgraues Pferd mit herrlichem Geſchirr verſehen, nicht minder dem Hofmeiſter des Prinzens, nebſt den Königl. Mit-Geſandten, dergleichen wohlgezierte Roſſe gaben, und ſolchergeſtalt in großer Pracht unter allen nur erdenklichen Ehren- und Freuden-Bezeugungen, den Herzog in die Stadt führeten, allwo der Groß-Fürſt den 20 Sept. demſelben 100 Eſſen in Schüſſeln von eitel klarem Golde, und allerley Geträncke, Ruſſi-

Rex Chriſtianus IV. una cum fratre Ulderico abeuntem fratrem juniorem Johannem ad navigium comitatur.

Johannes octo inſtructiſſimis navibus in Ruſſiam enavigat.

Narvæ a Bojaris quibusdam Ruſſicis honorifice excipitur.

In Urbem Moſcoviam inſigni pompa deducitur.

Splendide ibidem & liberaliter habetur.

Ruſſiſchem Gebrauch zu folge, auftiſchete, mithin ihn ſelbſt, nach überſtandener Leibes-Schwachheit den 28, mittelſt einer ausnehmenden Einholung, zu Gaſte laden, auch ſein gantzes Gefolg trefflich bewirthen ließ. Siehe **Wahrhaftige und kurze Relation dieſer Rußiſchen und Moſcowitiſchen Reiſe, durch einen der Wahrheit Liebhaber, dem Hochlöblichen Hauſe Dennemark und Hollſtein, zuſammen getragen. Gedruckt zu Hamburg** 1603. *Et rurſus pag. 187.* Wenächſt den 28. Octobr. Herzog Johannes an einem hitzigen Fieber, ohngeachtet aller gebrauchten Arzeney-Mittel, und anderer Veranſtaltungen (*in not.* Wohin fürnehmlich zu rechnen die von dem Groß-Fürſten zu halten befohlene Beth-Stunden, der auch ſelbſt ein Gelübde gethan, woferne der Prinz beym Leben bleiben würde, alle Gefangene, deren bey 4000 geweſen, frey und los zulaſſen. Nicht zu erwehnen, wie ſo gar die Aerzte hart bedrohet worden, dem Herzog zu helfen, wie Olear. eröffnete **Perſiſche Reiſe-Beſchreibung** *p. 198.*) Abends nach 6 Uhr unter vielem Wehklagen, und bey den Moſcowitiſchen Monarchen ſelbſt geäußertem Betrübniß, verſchied, deſſen entſeelter Leichnam den 31 darauf balſamiret, eingeſärget, zur Schau geſtellet, den 24 Novembr. in einem andern mit ſchwarzen Sammet überzogenen, rings umher auf der Ecken mit vergüldeten Silber beſchlagenen und ſonſt wohl gezierten Sarge geleget, folgends den 25 Novemb. nach der ein viertel Weges von Moſcau, in der Stadt Schlabodde erbauten Deutſchen Kirche, bey einem anſehnlichen Geleit abgeführt, und in dem für dem Chor oder Altar gemachten Fürſtl. Begräbniß nach gehaltener Leich-Predigt (die der Fürſtliche Hof-Prediger M. Jo-

Relatio Hamburgi impreſſa de hoc itinere Ruſſico.

Princeps in febrim incidit.

Preces pro ſalute Principis publice inſtitutæ.

Votum Imperatoris Ruſſici, ſi convaleſceret.

Comminatio Imperatoris, ni jacentem ſanitati reſtituerent Medici.

Princeps ſummo Imperatoris luctu extinctus.

Schlaboddæ in templo Germanico ante altare ſepelitur.

M. Johannes verrichtet) und einer von dem Canzler D. Weber gethanen Stand-Rede niedergeſetzet, wodurch alſo die in Vorſchlag gebrachte Heirath mit des Czaaren Boris Fedrowitz Prinzeſſinn Axinia Boriſſowa, ſo dieſer Sterbefall tief gebeuget (S. die vorerwehnte kurze Relation dieſer Moſcowitiſchen Reiſe *litt. C. II.*) rückgängig worden. S. Petr. Petrei Muſcowit. Chron. *Part. II. p.* 277. Indeſſen hat Cluver. hievon ganz wohl geſchrieben: Prævertit morte ſua calamitates, quæ triennio poſt Ruſſiam inundarunt. *Epitom. Hiſtor. p. m.* 712. *Et porro in ſubjectis notis* Lackmannus: Von dem Sarge wollen wir nur die Grab-Schrift, ſo in der Mitte auf einer verguldeten Tafel, dem erblaßten Prinzen geſtellet worden, entlehnen, und der Vergänglichkeit entreißen:

Parentales Sermones.

Sponſa beati Principis Axinia Boriſſova graviter afflicta.

Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Johannes Junior, e laudatiſſimo Divorum Daniæ, Norvægiæ, Regum ſtemmate genitus, Friderici II filius, Chriſt. III nepos, Friderici I pronepos, Chriſtiani I abnepos: Heres Norvægiæ, Dux Sleſvici, Holſatiæ, Stormariæ atque Dithmarſiæ, Comes in Oldenburg & Delmenhorſt &c. Haderslevix natus eſt die menſis Julii, Anno Chriſti 1583. Qui cum amore orthodoxæ Religionis, linguarum addiſcendarum, ſtudiorumque continuandorum cauſa, præcipuas Germaniæ & Galliæ partes perluſtraſſet, & multarum rerum uſum atque experientiam ſibi comparaſſet, tandem ad Magnum, Muſcoviæ Imperatorem, annum cum attigiſſet viceſimum, jure perquam ſerio ſe contulit, poſtquam ob præclaras animi corporisque dotes, ab eodem benigne amplexus, nec non ſummo cum populi applauſu, ſalvus & incolumis introdu-

Epitaphium Principi Johanni in Ruſſia conditum & ſarcophago inſcript.

Peregrinationes beati Principis.

troductus erat. Nihilominus paulo poſt ardenti febri correptus, & eousque redactus, donec cum ingenti prædicti Imperatoris & ſubditorum, ſuorumque luctu & planctu, media fere ſeptima hora veſpertina die 28 Octobr. Anno incarnati λόγυ 1602 Muſcoviæ placide in Chriſto obdormivit, & hac ſub urna ferali conditus eſt, cui & omnibus in Chriſtum credentibus lætam reſurrectionem, nos mœſti precamur. *Conf. Marmora Danica, Tom. I, Hafn. 1739. Inde Exequiarum pompam deſcribit laudatus* Lackmannus:

Exequiarum pompa deſcripta.

Zuerſt ritten die reiſige Knechte, Einſpenniger und Fürſtl. Hof-Juncker, dieſen folgeten nach die Schüler, Schul-Collegen und Prediger, ſodann wurden 3 Pferde, jedes von 2 Junkern geführet, wovon das Leib-Pferd mit ſchwarzem Sammet und einem weißen Atlaſſen Kreuz behänget. Hiernächſt trugen der Marſchalk, Cammer-Junker und Hof-Schencken ſchwarze Fahnen, worinnen das Däniſche, Meklenburgiſche und Schleswig-Holſteiniſche Wapen gewirket. Alsdann kam der Leich-Wagen, auf beyden Seiten mit Edel-Knaben, die brennende Wachs-Lichter trugen, und von bewehrten Trabanten umgeben.

Ipſe Moſchorum Imperator beato Principi exequias ivit.

Wie der Zug in der Ordnung geſchahe, ſetzte ſich der Groß-Fürſt in einen Schlitten, fuhr der Leiche nach bis zu einer Straßen, ſo zum Schloß führete, alsdann beugete er ab, dahingegen der Hofmeiſter des Prinzens, die Königlichen Däniſchen Geſandten, der Rußiſche Canzler, mit andern Bojaren, und einer großen Menge Deutſcher und fremden Nationen, etlicher tauſend Strelitzen nicht zu gedenken, den Verblichenen bis zur Sterbe-Gruft begleiteten.

Poſtea Chriſtianus IV. fratris ſui funus in Da-

Doch ſoll Chriſtian IV die Leiche noch 1602 haben aus Moſcau abholen, und zu Roſkild

begra-

begraben laſſen, wovon aber weder die obangeführte Relation, noch Petrejus in der Moſcowitiſchen Chron. etwas gedenken. S. indeſſen Olear. Holſt. Chron. *p. 59.*

niam advectum Roſchildiæ tumulavit.

Circa quæ monendum eſt, Primo, Principem illam Ruſſicam, quæ hic appellatur Axinia Boriſſowa, Boriſſi Fedrowitzii filia, aliis audire Alexiam Boriſſi Gudenowii gnatam. Secundo, non tantummodo in propoſitionem veniſſe conjugium cum Principiſſa hac contrahendum, quemadmodum Lackmannus dicit: Die in Vorſchlag gebrachte Heirath; *ſed revera illi fuiſſe deſponſatam, prout teſtantur Hiſtorici noſtrates*, Hojerus & Holbergius. *Ille quidem his verbis in Comp. Hiſt. Dan. p. 307.* Johannes gebohren 1583, ſtarb 1602, in der Stadt Moſcau, da er kurz vorher mit des Czaaren Boris Gudenow Prinzeßinn Alexia verſprochen war. Sein Leichnam ward 1642, nachdem er aus Rußland zurück gekommen, zu Roſchild beygeſetzet.

Diſcrepantia circa nomen Sponſæ beati Principis, ipſiusque parentem.

Princeps illa Ruſſica Johanni revera fuit deſponſata.

Hic vero aliquanto clarius, ipſum nuptiarum terminum ſtatutum affirmans, Hiſt. Dan. Tom. II. p. 586. Paa ſamme Tid blev ſluttet Aegteſkab mellem Kongens Broder Johannem og den Moſchovitiſke Princeſſe Alexia Boris Gudenows Dotter. Brøllupet var berammet at ſkulle ſtaar paa Nye-Aars-Dag 1603. *Allegato in not. ſubjectis Epiſcopi quondam Ripenſis* D. Petr. Hegelundii *Calend. Manuſcr.*

Nuptiarum terminus ſtatutus.

Tertio, de reportato in Daniam funere, neutiquam eſſe dubitandum, cum præter Adamum Olearium, *qui illud non modo* Holſt. Chron. *p. 59. Sed etiam* Moſchowit. und Perſianiſch. Reiſe-Beſchreib. *p. 198. diſerte aſſerit, utpote hac de re in itinere Ruſſico certior factus, ipſe Petrus Septimius, olim Philolo-*

Quin Roſchildiæ poſt hac ſepultus fuerit, nullum eſt dubium.

gus

gus Regius, ſepulchralem in Roſchildenſi Templo locum aperte deſignat.

Adde, quod titulus Relationis iſtius, Hamburgi 1603 & quidem in quarto, ut vocant, excuſæ, & Clar. Lackmanno ſuperius citatæ, paulo aliter habetur apud Nic. Sibbern. *Biblioth. Hiſtor. Dano-Norv. Cap. VI. §. XVIII.* Wahrhafftige und kurze Relation von der Reußiſchen Muſcovitiſchen Reiſe, und Einzuge Johannis aus dem Königlich Däniſchen Stamm, und ſeiner Schwachheit und ſeligem Abſchiede daſelbſt. *Ut taceam ſermonem funebrem, quem in Exequiis Divi Principis, dicente Clar. Lackmanno, habuit M. Johannes, cognomento Lundius, Flensburgenſis defuncti Principis concionator Aulicus, prodiiſſe Roſtochii 1613. in octavo teſte laudato* Sibbernio *l. c.*

Numi, quos Copicos vocant, in Ruſſia cuſi & Chriſt. IV. Dan. Reg. nomine tituloque lingua Ruſſica expreſſo inſigniti.

§. 21. *De Numis, quos Copicos vocant, in Ruſſia cuſis, & Chriſtiani IV. glor. mem. Dan. Regis nomine tituloque, lingua Ruſſica expreſſo, inſignitis, ſequentia ex* Nicolai Kederi, *Regii Antiquitatum Collegii in Suecia Aſſeſſoris, ad Collectores N. L. Lubecenſes Epiſtola, quæ Novis Litterariis Maris Balthici & Septentrionis, menſe Jan. MD CCI. p. 16. inſeritur, hic merito veniunt excerpenda:* Quemadmodum Romanis olim Africa, ita nunc Ruſſia mihi ſemper aliquid apportat novi. Ex iſta quidem Romanis incognita afferebantur monſtra, ex hac vero oculis inviſi meis afferuntur Nummi &c. *Et poſt nonnulla:* Duo argentei proxime ſequentes (*ſc. in ſchemate adjuncto, quod nummorum figuras æneas ſiſtit*) Chriſtiani IV. ſunt Danorum Regis, pondere Copicis Tſarum Baſilii, Vladiſlai, Michae-

lis

ſis & Alexii æquales, inſigniti etiam, in uno latere, effigie Sancti Georgii, ut Equitis haſtati, conſueto nempe Copicis inde nomen ſortitis typo (eſt enim Copije Ruſſis haſta; & Copejek haſtatus) & Copicis item oblonga forma æmuli. In altero autem latere prior habet literis non ſatis genuine expreſſis Ruſſicis (ex eo genere, quod calamo, non prelo, formari plerumque ſolet) inſcriptionem, nec linguæ genio conſonam, per literas Latinas ſic exprimendam: Chriſtiano ſchetira korol az Denmark, quæ ſecundum nativam idiomatis rationem foret: Chriſtian tſchetvvértoj koról Dátskoj (ſeu Danskoj) h. e. Chriſtianus. Quartus. Rex. Danicus. Alter epigraphen lingua inferioris Germaniæ hanc: Van G. Genaden Chriſtian der IIII Konic in Dennemarc. i. e. Dei. gratia. Chriſtianus. IV. Rex. Daniæ. Hujusmodi Copici Danici Ruſſis etiamnum uſuales, rarius tamen occurrentes, cujus Tſaris conſenſu, quemque in finem fuerint percuſſi, nondum mihi ſatis expiſcari licuit. Equidem ſpectabilis & probatiſſimus mihique chariſſimus Vir Dn. Johannes Rhodde, Civis & Mercator Narvenſis, cum aliquando apud eum Narvæ hujusmodi Copicorum, me præſente, mentio forte facta eſſet, retulit, ſe ex ore habere Mercatoris Moſcovitæ, quod tales primitus præcipue eo reſpexerint, ut æque ac Ruſſici tam a Lapponibus, Tſareo parentibus imperio, quam a Lapponibus, Dano ſubjectis, ultro citroque recipiendi, permutationis tædio & incommodo obviam irent. Sed rem omnem ingenioſiſſimo ſagaciſſimoque Danorum Polyhiſtori, Othoni Sperlingio, indagandam relinquo. *Ut taceam iter anno 1602, ab Auguſtiſſimo hoc Rege Chriſtiano IV, ut extremas Norvegiæ ſuæ oras*

Copici hi argentei in uno latere oſtendunt effig. S. Georgii.

Quid τὸ Copicus vi vocis ſignificet.

Copicorum inſcriptio Ruſſica.

Inſcriptio alia Germanica.

Hodienum ſed rarius id genus Copici in Ruſſia occurrunt.

Cui uſui hi Copici fuerint cuſi?

Adduntur nonnulla de navigatione a Chriſt. IV. ad

fines Ruſſicos uſque inſtituta.

eras perſpiceret, ad Ruſſiam uſque inſtitutum, de quo Beat. And. Hojer. Comp. hiſt. Dan. 392. Anno 1602 fuhr er das Nord- und Eis-Meer um Norwegen, Finnmark, Norland, bis an die Rußiſche Grentzen um, dergleichen kein König jemals gethan hat. Item Cel. Holbergius, Hiſt. Regni Dan. Tom. 2, p. 594. Saa hand hart ad haver giordt 50 Norſke Reyſer foruden den ſtoere Reyſe hand giorde forbie Norge til Moſcovien 1599. (NB. Hæc chronologia a priori diſcedit) for at lære at kiende alle Norges Havne, hvilket er forunderligt og uden Exempel.

Comitis Chriſtiani Waldemari Guldenlovii Chriſt. IV. Filii natur. in Ruſſia fata longe indigniſſima.

§. 22. *De Chriſtiani Waldemari Guldenlovii, glor. mem. Regis Chriſtiani IV filii naturalis, in Ruſſia fatis, longe indigniſſimis, audiendus iterum Beat.* Hojerus *l. c. p. 404.* Chriſtian Woldemar Guldenlöw, war Chriſtina Munckinn andrer Sohn, ein Herr von groſſer Capacité, daher ihn ſein Vater faſt wie ſeinen Erb-Printzen hielte, und in vielen Ambaſſaden nach dem Kayſer, Reich, Schweden, und ſonſt brauchte. In der Jugend reiſete er Anno 1636, nebſt ſeinem Hofmeiſter, dem gelehrten Henrico Ernſtio, in Holland, Franckreich, Deutſchland und Italien. Ferdinandus II machte ihn zum Grafen von Schleswig und Holſtein. 1642 ward durch eine Rußiſche Ambaſſade von 80 Perſonen, ihm eine Mariage mit des Czaaren Michael Federowitz Printzeſſinn Irene (Pufend. *Reb. Svec. lib. XIV. p. 74.* meldet, ſie heiſſe Anna, und ſey eine Baſtarde geweſen. Aber Olear. Perſ. und Moſcovit. Reiſe-Beſchreib. *p. 285.* nennet ſie Irina Michalowna) angetragen, die zu vollziehen er 1643 mit einem groſſen Gefolge nach Moſcau abreiſete.

Eximiæ naturæ dotes & peregrinationes Noſtri.

Chr. Waldemar. Goldenlov. ab Imperatore Romano Ferdinando II. Sleſvici & Holſatiæ Comes creatus.

Nuptiæ Principis Ruſſicæ Irenes per Legationem ſplendidam ipſi offeruntur.

Weil

Weil er aber nach der Ruſſen Gewohnheit ſich nicht wollte umtaufen laſſen, ging die Mariage nicht allein zurücke, ſondern Waldemarus ward gar mit alle den Seinen arretirt, und kunnte durch alle Vorbitte, nicht los kommen; daher ſuchte er 1644 zu eſchapiren, ward aber erkannt, mit Schlägen empfangen und ſchärfer bewachet, deſto mehr, da ſeine Leute in dem Tumult einige Ruſſen niedergeſtoſſen hatten. (Puſend. *l. c. libr. XVI. 70)* Doch der folgende Czaar, Alexius Michalowitz, ließ ihn 1645 wohl beſchenkt von ſich nach Hauſe. *Pluribus circumſtantiis rem enarrat*, Holbergius *l. c. p. 827, ſequ.* Udi det Aar 1642 kom til Dannemarck en anſeelig Ambaſſade fra Moſcovien, beſtaaende af 80 Perſoner *Et poſt plura*: Diße Geſandteres Hoved-Commißion var at foreſlaae en Mariage mellem den Moſcovitiſke Prinzeße Irene og Kongens Søn Grev Waldemar, ſom hand havde avlet med Frue Chriſtina Munck. &c. Kongen fandt ſaadant Parti honorabelt, og veigrede ſig ikke derfor, hvis hand kunde overtale Greven til at gifte ſig med en Rybßiſke Princeße. Og ſom Greven fandtes ikke u-willig dertil, begyndte man at handle videre om den Sag, og blev Peder Marſelius ſkikket til Moſcovien for at befordre den ſaame. Da hand kom tilbage blev alting giordt færdig til Grev Waldemars Reyſe, og blev ham givne tvende Geſandtere til Geleyde, ſom var Oluf Pasberg og Steen Bilde, med hvilke hand gick til Vands Forſt til Riga, ſom ſees af Kongens Brev til Peder Wibe (*Legat. Danic. in aula Svecica)* om hans Reyſes Befordring igiennem de Svenſke Provincer *(tit. Chr. 4.*

In Ruſſiam profectus, cum ſe more Ruſſico rebaptizari noller, cuſtodiæ arctiſſimæ mandatur.

Petrus Marſelius a Chriſt. IV. in Ruſſiam ablegatur nuptiis dictis velificaturus.

Olaus Pasberg & Steno Bilde, Comitem in Ruſſiam comitantur.

ad P. W. Glucksb. 14. Sept. 1643 manuſcr.) kom til Moſcov den 21 Januarii 1644, og blev med ſtoer Pomp modtagen. Men da Grev Waldemar paaſtoed, at Bilagert maatte gaae for ſig, begiorede Moſcoviterne, at hand vilde lade ſig omdøbe effter den Ryßiſke Kirkes Maade, og foregave ydermeere, at effterdi hand udi ſin Førſte Hilſen havde kyſſet Czaarens Scepter, var hand forbunden udi alle Maader at være ham lydig. Da un Waldemar fornam Riſſernes Henſeende (Pufend. *Comment. de reb. Svec. libr. 16. p. 555.*) ſatte hand ſig for hemmeligen at forlade Moſcovien, og til den Ende lavede ſig til med 3 af ſine Mænd at ſøge Veyen til Polen. Men da hand mod Aftenen var kommen til Stads-Porten, blev hand kiendt, og forbuden at reiſe videre; Herudover ogtede hand med Magt at trænge ſig igiennem, men hand blef ilde medhandlet og ført tilbage igien til ſit Herberge, hvoraf hans Tiennere brøde ud og omkomme nogle Moſcovitere. Derefter blef Waldemar haardt forvaret, ſaa længe ſom Czaren levede. Men ſom Aaret dereffter Michael Foederowitz Døde, komm hand paa frie Fod igien. Thi den nye Czaar Alexius Michaelowitz bevidnede, at dette rørte ham intet, og ſtrax lod ham herligen beſkiencke, og ſætte udi Frihed, dog ey uden med de Vilkor, at hand maatte Førſt give en ſkrifftlig Forſikkring fra ſig, ikke at øve noget fiendtligt imod Moſcovien. ꝛc.

Quicunque ſceptrum Imperatoris Ruſſici oſculatus fuerit, ipſi in omnibus morem gerere tenetur. Waldemarus clam effugere tentat, fruſtrato molimine.

Ruſſi aliquot a Danis occiſi.

Tandem a novo Moſchorum Imperatore, Alexio Michaelovitz, muneribus cumulatus in patriam remittitur Waldemarus.

§. 23. *Erupit anno 1682 in Ruſſia, ſeditionum non infœcunda terra, concitatior quadam rebellio,*

Lega-

Legato Danico, *Reſidentem vulgo vocant*, *Andreæ Hansſen tantum non exitioſa*, *injuria*, *quam paſſus erat*, *reſtitutionem tamen poſtea adepto*, *prout teſtatur* Londorpius, *Act. Publ. Tom. XI. p.* 428. & *ex eo* Hojerus *l. c. pag.* 574. *his verbis:* 1682 ward der Däniſche Reſident in Moſcau, Andreas Hanſen, in der damaligen Rebellion in Moſcau bey nahe maſſacrirt, davor er doch Satisfaction erhielt. *In proxime ſequentibus loquitur de alio Chriſtiani V. glor. mem. Regis*, *ad aulam Ruſſicam Legato*, *nomine Paulo Heins*, *qui in Moſcovia ultimam vitæ periodum clauſit:* 1697 ſandte Chriſtianus V, den Canzeley Rath, Paul Heins, als Envoje nach Moſcau, an die regierende Czaariſche Majeſtät, der bey den damals ziemlich wachſenden Erweiterungen mit Schweden und Hollſtein eine gute Intelligenz mit ſolchem Hofe errichtete, und endlich allda ſtarb.

Legator. Danicor. Andreæ Hanſen & Pauli Heins in Ruſſia fata.

Leg. Danor. Andr. Hanſen in rebellione Ruſſica exitio proximus.

Leg. Danor. Paulus Heins in Ruſſia defunctus.

§. 24. *Ex Diario Vitæ ac Imperii glor. mem. Regis Friderici IV*, *quod in Mſto reliquit Vir Conſultiſſimus & Doctiſſ.* B. Andreas Buſſæus, *Conſul olim Helſingoranus*, *factam Anno* 1700 *d.* 23. *Jan. per Finmarchiæ Præfectum Regium in Civitate Ruſſica Malmes*, *coram Ruſſico*, *qui ibidem præſidet*, *Bojari proteſtationem ſequentem edoceamur:*

Proteſtatio per Finnmarchiæ Norvegicæ Præfectum Regium in civitate Ruſſica Malmes coram Bojaro loci Præſide facta anno 1700.

1700 den 23. Januar. fand ſich in der Rußiſchen Stadt Malmes, jährlicher Gewohnheit nach, des Königs Vogt über Finnmarken ein, und proteſtirte Sr. Königl. Majeſt. wegen, wider den daſelbſt reſidirenden Bojar, vermittelſt der Czaar lange Zeit (doch unter jährlicher Proteſtation von dem König) Schaßung und Contribution von Lapmarken oder Trimnis aufbringen laſ-

Imperator Ruſſicus Lapmarchiam ſibi minus juſte arrogat.

laſſen, und ſich ſelbiges Land zugeeignet, welches ſich von Voranger bis 100 Meilen lang der weiſſen See hin erſtrecket. Und wurde Seiner Majeſtät ſein Recht und rechtmäßige Prätenſion in allen Stücken vorbehalten.

Jus ſuum Regi Daniæ reſervatur.

Tres Dani caſtra Ruſſica hoc ſecul. ſtrenue ſecuti, videlicet Lange, Rye & Helt.

9. Studioſi Dani in Ruſſiam militatum digreſſi, auctore populari Langio, Ruſſico jam Tribuno.

Rye e Ruſſia redux hodie Tribunus in Norvegia.

Heltius in prælio Pultavenſi glorioſe occubuit.

§. 25. *Hinc nonnihil dicendum erit de Danorum quibusdam, ui noſtra memoria ſub vexillis Ruſſicis fortiter dimicando inclaruere. Digrediebantur nimirum Ao. 1706 in Ruſſiam, invitante ac perſvadente populari Langio, qui ad Tribunitiam apud Moſchos aſcenderat dignitatem, tres Studioſi Dani, militiæ externæ nomina daturi, videlicet Vendelboë, Rye & Helt. De primo horum, Lövenörnii nomenclatura poſtmodum inclyto in proxime ſubſequenti agemus paragrapho. Secundum, poſt oſtenſam, Ruſſis, qua pollet, virtutem bellicam, Tribunum hodie aſpicit Norvegia. Tertius autem illorum, magnæ, ſi præcocia fata ſiviſſent, fortunæ præludens, in Pultavenſi prælio glorioſam admodum oppetiit mortem, edito inſigni fortitudinis ſpecimine, tria hoſti maſcule eripiendo vexilla, quæ Svecani exercitus ſpolia, non obſtante, quod lethale acceperat, vulnere, ad pedes Magni Ducis ſimul ac depoſuiſſet ipſe, deficiente mox ſanguine, exanimis occidit. Hocce tam præclaro ac ſubito fortiſſimi bellatoris occaſu, in tantum afficiebatur Potentiſſimus Moſchorum Imperator, ut ſe ipſum præ miſeratione in morientem Heltium illico dederit præcipitem, extinctique cadaver, tenerrime amplexus, in hæc verba eruperit:* Præſtitiſti te Virum ſtrenuum! *Et cum Jo Helt, in lingua Danica ſignificet Heroëm ſtrenuum, locum hic merito inveniet tritum illud:* Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Imperator Ruſſicus morientem Heltium amplectitur, ejusque vere heroicam virtutem collaudat.

§. 26.

§. 26. *Redimus hinc ad Vendelboum noſtrum, vel ut poſtmodum audire meruit, Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dnum Paulum de Lövenörn, Heroa laudatiſſimum, naturæ non minus dotibus plane egregiis, quam fortunæ obſequio, meritorumque ſplendore inſignem, nec ſine ipſius Auguſti noſtri deſiderio, juxta ac bonorum omnium luctu, patriæ humanisque haud ita pridem rebus exemptum. Hicce una cum voluntarii exilii ſociis, prout diximus, in Ruſſiam delatus, & favorem Menzikoſii, vel muta ingenuæ frontis ac proceritatis commendatione, jam dextre aucupatus, propitium adeo ſibi invenit hunc Principem, ut Vendelboum, cum militiæ adhuc rudi homini non continuo ſupra gregarii ſortem daretur aſſurgere, familiæ benigne adſcriptum, inſtituendis liberis ſuis, quoad ex ſententia ac voto noſtri, oblata opportuniore occaſione res cederet, præfecerit moderatorem. Satisfeciſſet forte alii tanta Principis gratia, at non ſatisfecit Noſtro, qui ſcholaſticum munus non multum poſt pertæſus, gloriæque promerendæ conſtanter avidus, Fautori animum aperire non dubitavit:* Solum bellandi ardorem pacata eum patria excedere juſſiſſe, nec Ruſſiam petiiſſe ea mente ac conſilio, ut e ſcholaſtico pulvere, quin longe alia ex arena lauream reportaret, quæſiturus foris, quod domi pro tempore deſideraret, opportunum Martio ſpiritui pabulum. *Ceſſit Princeps animoſis experrectioris animi deſideriis, a quo primum Locum-tenens & intra anni ſpatium Centurio creatus Noſter, mox in ſtatione, quo hoſtem Ruſſis imminentem tranſitu fluvii cujusdam prohibiturus amandabatur, diu multumque optatam exſerendæ virtutis anſam nactus,*

Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Herois jam Beati Pauli de Lœvenœrn Ruſſis aliisque exterorum ſpectata fortitudo rerumque gerendarum dexteritas.

Paulus Vendelböe, Studioſus Danus, in Ruſſiam militatum digreſſus, in familiam Menzikoffii Principis recipitur, moderator liberorum ejus factus. Vendelbous ſcholaſtici muneris impatiens bellandi ardore aſtuat.

Locumtenens & deinde Centurio creatus.

Vendelbous exercitum Suecanum tranſitu cujusdam fluvii fortiter prohibuit.

tranſire anhelantibus Svecis, exiguo militum manipulo ſtipatus, maſcule ſe objecit, hoſtilemque eo usque repulit ac retardavit exercitum, donec ponti ſubderetur ignis, & hoſtilia hunc in modum eluderentur molimina, quo tam egregio facinore non ſolum omnium admirationem provocavit, ſed quod caput erat, ipſius Magni Ducis, cui virtute ſua innoteſcere cœperat, amorem.

Imperatori Ruſſico adamari cœpit.

Hinc lingua Ruſſica cum asſuevisſet, Magnatum complurium ſibi conciliavit benevolentiam, brevi Generalis, quem vocant, Adjutans, ab Imperatore conſtitutus, ac Pro - Tribuni (Obriſt - Lieutenant) titulo auctus.

Linguæ Ruſſicæ aſſueſcit.

Factus Generalis Adjutans cum Pro-Tribuni titulo.

Hiſce, ut ſit, excitatior calcaribus, non uno documento fidem Cæſari ac fortitudinem probavit, præſertim in famoſo illo conflictu Pultavenſi, cum in tertiam jam lucem, equo velut affixus, & in ipſa ferventiſſimi prælii incendia miſſus continuo remiſſusque, mandata ad belli Duces perferret, nuncium inde viciſſim relaturus.

Pultavenſi prælio ſtrenue interfuit.

Accedimus nunc ad illuſtre illud, quod cetera ejus in Ruſſos merita, ut ut præclara, jubare ſuo obſcuravit factum. Triumphato nimirum ad Pultavam Sveco, & quod unum ſupererat ſpei fiduciæque, in altero, eodemque disjuncto exercitu, ſelectioribus puta, quæ Generali belli Legato Lövenhauptio parebant, copiis, ad ſedecim armatorum millia porrectis, jam ponente Carolo, circumſpiciens Moſchorum Imperator idoneum, quem ad Lövenhauptium mitteret, nuncium, parem inprimis huic muneri cum ob ſagaciam, tum cognatam Svecanæ Dani hominis dialectum, poſitis rite calculis, deprehendit Noſtrum, qui Lövenhauptium, qua erat animi linguæque promtitudine, accedens, fuſos nunciat deletosque, ſi neſciret, ingenti ſtrage ad Pultavam Svecos,

Illuſtre Vendelboi factum.

Ab Imperatore Ruſſico ad Lœvenhauptium mittitur.

nec

nec alia via Magni Ducis gratiam impetratum iri, tantæque hominum multitudinis a præſentiſſima cæde; aut immani, ſi inviti capiantur, nece immunitatem, quam ſi fortunæ cedentes, humaniſſimam, quam pollicebatur, ultro amplecterentur captivitatem. *Hæc & alia tanto verborum pondere tonans verius, quam pronuncians. Vendelbous, ut non immerito Rhetoricen, cum ante triennium incumbebat ſtudiis, præ ceteris excoluiſſe diceres, ſolo eloquii fulmine, absque omni ſanguinis jactura, in Lövenhauptio animi pendulo ac attonito, alterum Suecorum exercitum, qui Ruſſis jam defatigatis, magnaque ſui parte mulctatis, ſatis faceſſere potuiſſet negotii, inaudito exemplo ſuperavit unus; quo ſtupendo prorſus ſucceſſu effecit, ut omnibus admirandus juxta ac venerandus haberetur: quin ipſis Suecis hodienum collaudatus, quod benevolentiorem erga captivos in Ruſſia olim exhibuerit animum, utpote cujus cura ac auctoritate factum, ut neceſſaria miſeris ac languentibus vitæ ſuſtentandæ pariter ac prorogandæ impigrius miniſtrarentur adminicula, qua generoſæ mentis ſollicitudine innumeros ſervavit, fatoque viciniori eripuit Suecos, alias haud dubie perituros. Nec immemor hujus beneficii gens Sueca, cum anno 1720 Danos inter ac Suecos componenda pax eſſet, ablegandum Holmiam Loevenoernium, acceptiſſimum ſibi Virum, a Friderico Rege poſtulavit. Quid? quod hodiernus Suecorum in aula Danica Legatus, Illuſtr. Dn. de Palmſtierne, cujus adventus fatalem illum beati Herois morbum mortemque brevi tempore prævertit, præcocem tanti Viri obitum acerbe tulit, nondum deeſſe in Suecia, qui dictum Beati*

Captivitatem ultro amplectendam perſuadet.

Lœvenhauptius animum deſpondet.

Exercitus Suecanus ſedecim armatorum millibus conſtans, fulminante Vendelboi eloquio ſuperatus.

Benevolentia Vendelboi erga captivos in Ruſſia Suecos.

Hinc Sueciæ genti acceptus.

Præmaturum ejus obitum Legatus Suecicus acerbe tulit.

Meritorum ejus in Suecia recordatio.

Lævenœrnii in captivos populares meritum grata recordatione agnoſcerent, ingenue conteſtatus. Poſtquam, integri jam quadriennii glorioſa adeo ſub Petro, Moſchorum Caſare ſtipendia fecerat noſter, in cauſa majoris momenti, internuncii loco (ſtafetta) in natalem ſibi Daniam mitti contigit. Admiſſus in Regiam, habitam primum Ruſſice coram Rege Orationem, adſtanti interpreti ferias facturus, mox Danice repetiit. Rex, cui Orator in utroque & quidem tam diverſo idiomate diſertiſſimus admirationi merito erat, cujatem ſe ferret? interrogans, reſponſum tulit: Danum eſſe Sacræque Regiæ Majeſtati naſcendi ſorte ſubjectum. *Rogatus proinde, malletne proprio Regi patriæque, cui omnes debemur, ſe impendere? regeſſit Vendelbous:* Contentum ſe miniſterio Clementiſſimi ſui Imperatoris, quippe quod rebus ſuis hactenus minime ſenſiſſet pœnitendum, nihilo tamen minus, modo bona Domini ſui pace id fieret, in militiam patriam & genuini ſui Regis miniſteria lubentiſſime transgreſſurum. *Hinc dimiſſio Vendelboi ab Imperatore Ruſſico impenſius efflagitata, qui illum, ægre licet, & in ſingularis amicitiæ documentum, Sacræ Regiæ Majeſtati ceſſit, collatis deinde Noſtro, quod utrique horum Monarcharum placuiſſet, utriusque Auguſti inſignibus, Leone, puta ac Aquila, in novo ſimul nobilique Lævenœrnii nomine belle coaleſcentibus. Redditus ita patriæ Lævenœrnius, per varios meritorum bonorumque gradus ad ſummum paulatim aſcendit faſtigium. Primum Corporis Regii Cuſtodibus Pro-Tribuni titulo præficitur, mox eodem, quod foris geſſerat, Generalis Adjutantis munere unacum Tribunitia dignitate,*

Tranſacto Ruſſos inter quadriennio, internuntii loco in Daniam mittitur.

Coram Rege Ruſſice primum, mox Danice peroravit.

Rogatus a Rege cujas eſſet? Danum ſe profitetur.

Interrogatus ulterius patriæne ſe impendere vellet? aſſentit.

Ab Imperatore Ruſſico efflagitatus ægre dimittitur.

Leo Danicus & Aquila Ruſſica in nobili Lævenornii nomine, ut & datis ipſi inſignibus, coaleſcunt.

Corporis Regii cuſtodibus cum Pro-Tribuni titulo præficitur.

te, nec multum poſt Generali, quem vocant, Majoratu conſpicuus. Anno 1721, extraordinariam ad Sereniſſimum Boruſſorum Regem (quod hoc loco non prætereundum) Legationem obiens, tantam Principis hujus iniit gratiam, ut a Noſtro non ſemel magnificentiori exceptus epulo, diadematus Conviva, culinæ Lövenœrniana nidorem niteremque extollere, multisque aliis anteponere haud dubitaverit, id quod honorificumne Noſtro fuerit an ſumptuoſum magis? incertum. In Aula hac Berolinenſi, Lœvenœrnium, quem iterato nec brevi tempore ſuſpexerat, avulſum tandem revocatumque communi deſiderio proſecuta, Legato ibidem Gallico, Domino Rotenburgio, familiarius uſus eſt Noſter, quo interprete, de eximiis Lœvenœrniani ingenii dotibus certior factus; Procerum ille in Gallia apex Cardinalis de Fleury, in continuum cum Noſtro literarum deſcendit commercium; quid? quod Parentem haud ita pridem in filio demereri ſtuduit, quippe cujus auctoritati juxta ac benevolentiæ deberet Lœvenœrnius junior, navalis hodie apud nos militiæ Capitaneus (digna tanto genitore ſoboles, nec inglorium exteros inter emenſa quinquennium) quod Lutetiæ Pariſiorum nuper degens, in publicis; neſcio quibus Solemniis, eo ſpectatum admiſſus fuerit, quo Germanico cuidam Principi tum temporis minus daretur accedere. Cetera Vitæ Lœvenœrnianæ decora non ſunt hujus loci; ſuffecerit igitur paucis monuiſſe, illum poſt obitas pari fide ac ſapientia ad varios Reges Legationes, Holmienſem puta, Berolinenſes duas ac Hanovienſem, faſcesque Diœceſeos Arhuſienſis (ſibi olim natalis) ſupremos non minori laude geſtos, anno 1730. Havniam vocatum, Regique Sereniſſimo (Chriſtianiſſimum, Dani orbis

Inde Generalis Adjutans, Tribunus & Generalis Major.

Legatus ad Boruſſorum Regem, ipſique adamatus.

Ad aulam Berolinenſem iterato ablegatus.

Legato Gallico Rotenburgio familiaris.

Commercium literarium cum Cardinale de Fleury.

Lœvenœrnius junior virtutis bellicæ tyrocinia foris non inglorius poſuit.

Quantus ipſi Pariſiis honor habitus.

Legationes, quas obiit Lœvenœrnius Pater.

Præfectus Diœceſ. Arhuſ.

Supremus Militar. Cancellar. Secretar. Conſiliarius Regis intimus. Summus Exercitus Danici Imperator. Eques Ord. Elephant.

regimentum recens auſpicato) Chriſtiano VI, a ſupremis militaris Cancellariæ Secretis, mox ſanctioribus Conſiliis eſſe juſſum. Accedente poſtea totius terreſtris Exercitus ſummo imperio, quod Generalatum vocant, &, queis altius fere nihil ſperari vel adſpirare liceret, Equeſtribus Aurati Elephantini Ordinis honoribus, fortuna obſcuriori loco natis hactenus quam rariſſime acceſſa. Verum enim vero vix trimeſtri ſpatio ſplendidiſſima hac honorum ſuorum corona dicam an coronide fulſerat Beatus Heros, cum fatalis, quem exulceratione quadam veſicæ contraxerat, morbus, univerſam patriam, præmaturis tanti Viri fatis, graviſſime exulceravit, anno 1740, die 27 Februarii, quo mundanæ brevique tranſeuntis gloriæ ſatur & æternaturæ illius certiſſimus, in vera Dei invocatione cœleſtem cœlo reddidit animam, relinquens omnibus præter immenſum ſui deſiderium, luculentum fortitudinis, candoris, ſapientiæ, humilitatis, aliarumque præſtantiſſimarum virtutum exemplum. Epitaphium, quod ſibi ipſe condidiſſe fertur, non pœnitebit adjicere, ut vel inde conſtet, quam parum elato in tanta fortuna ſpiritu fuerit.

Exulceratione veſicæ moritur.

Ob virtutes plurimas deſideratiſſimus.

Epitaphium, quod ſibi ipſi condidiſſe fertur, inſignem modeſtiam ſpirans.

Magnus fui aliorum, non mea, opinione; Magnus non fui, ſed ero, ubi ero cum Deo.

Quatuor alii Dani, ſigna Ruſſica ſtrenue ſecuti.

§. 27. Inter plures Danorum, ſub initium hujus ſeculi in Ruſſiam digreſſos, ibidemque cum terreſtri tum navali (in nova Moſcorum claſſe, cujus primi Præfecti maximam partem erant Dani ac Hollandi) militiæ adſcriptos, ulterius reſtant dicendi;

Kruſe,

Kruſe, Petropoli decollatus, idque ſuam inprimis ob pertinaciam, quod dicteria quædam inclementiora in Generalem, cui ſuberat, belli Legatum, Menzikoffium Principem audacius jacta, noluerit revocare, bonus alioquin miles, & meliore ſorte digniſſimus, ſed pervicacioris paulo ingenii. Kruſe pervicacioris ingenii culpa Petropoli decollatus.

Fortunatius aliquanto res ceſſit ſequentibus: Sivertſenio ac Wilſtero, utrique Archithalaſſo, & in ea dignitate defuncto. Nec non (quo haud parum nobis gloriari liceat Cive) Domino Bredalino, hodiernum ſuperſtiti, utpote qui in noviſſimo adverſus Portam Ottomannicam bello adornatæ ad Aſtracan Claſſi Ruſſicæ, ſummo cum imperio glorioſe præfuit. Sivertſenius, Wilſterus & Bredalinus ad Thalaſſiarchi dignitatem evecti. Bredalini palma Turcica nuper reportata.

§. 28. Ad poſtremum hic commemorandum venit par Theologorum noſtratium, imparibus licet meritis, & inæquali ævo. Et primo quidem hic meminiſſe juvat Norvegi iſtius famoſi, Laurentii, Nicolai Filii, vulgo Cloſter-Laſſe *nuncupati, qui Jeſuitarum hamis ac lenociniis inductus, Brunsbergæ in Boruſſia Evangelica, in quibus educatus erat, ſacra patriamque Religionem ejuravit, pontificiam in Dania, ſi licuiſſet, denuo diſſeminaturus ſuperſtitionem, de quo Illuſtr. nunc Beat.* Hojerus, *Comp. hiſt. Dan. p. 386.* Inſonderheit fand ſich 1606 ein Norweger, Laurentius Nicolai, der ein Papiſt und Jeſuite zu Brunsberg in Preußen geworden war, in Copenhagen ein, und war ſo unverſchämt, daß er ein 1604 in Cracow von ihm Lateiniſch und Däniſch edirtes Buch, Via Domini genannt, dem König offeriren, und dabey um Freyheit bitten ließ, nach der im Buche vorgetra-

Par Theologorum noſtratium in Boruſſia verſatum. Laurentius Nicolaides Studioſ. Norvegus Brunsbergæ Boruſſorum ad Papicolas deficit.

Chriſt. IV. libellum Papiſticum a ſe conſcriptum offert.

getragenen Art die Dänen wieder zu der Römiſchen Kirche zu bekehren.

Petit, ut ſibi permittatur, Danos ad Eccleſiam Romanam reducere.

Aber Chriſtianus IV ließ dem unzeitigen Apoſtel, in Gegenwart der Theologiſchen Facultät, durch Jonam Cariſium bedeuten, daß ſie ſolcher Himmels-Wege in Dännemark nicht brauchten, und er alſo alle habende Exemplaria von ſich liefern, mit ſeinen übrigen Sachen aber ſich alſobald aus dem Reich packen ſollte.

Regno protinus excedere jubetur.

Welches gewiß gegen einen ſolchen ungebetenen Reformatorem ſehr gnädig gehandelt war. Cel. Holbergius *Hiſt. Dan. Tom. 2. p. 611. a Johanne, Suecia Rege, qui Papiſmum reducere allaborabat, noſtrum poſtea in Sveciam evocatum refert:*

In Sueciam vocatur.

Hand lod hemmelig indføre nogle Jeſuiter og lod ogſaa kalde til Sverrig den bekiendte Norſke Student Lars Nielsøn, ſom lange havde ſtuderet under Jeſuiterne i Løven, og giorde ham til Profeſſor udi det Kloſter paa Munckholmen, hvorudover hand gemeenligen blev kalden Kloſter-Laſſe.

Profeſſor Theologiæ Romano-Catholicæ conſtituitur. Unde Cloſter-laſſe dictus.

Et poſt pauca: Imidlertid op rettede ovenmeldte Kloſter-Laſſe en Theologiſk Skole paa Groamunckeholmen, og der forklarede Kong Johannis nye Syſtema ꝛc.

Doctor Henr. Lyſius noſtras, Theol. in Bor. Regiomontanus.

Alter erit Beatus Henricus Lyſius, *Flensburgo-Cimber, SS. Theol. Doctor, & in Academia Boruſſorum, Regiomontana Profeſſor Primarius, priori quam diſſimillimus, quippe qui ſuperſtitionem Papiſticam, quæ apoſtatam illum nacta erat propugnatorem,*

torem, acerrime oppugnavit, teſte, quod anno 1720 in lucem emiſit, Scripto, bujus tituli: Das von Wahrheit und Liebe verlaſſene, vom Diabolo aber und einem ſchändl. Pasquillanten ſchändlich vertheidigte Papſtthum. *Naſcitur Anno 1670. d. 24. Octob. Flensburgi, in Ducatu Sleſvicenſi, Patre Joh. Lyſio, Præpoſito Regio, Conſiſtorii ſuperioris Aſſeſſore, ad Ædem Div. Virg. Paſtore. Inter varias, quas literario itinere juvenis adiit Academias, v. gr. Jenenſem, Lipſienſ. Hafnienſ. &c. fuit quoque, quæ, Theologum poſtea venerata eſt, ipſa Univerſitas Regiomontana, ipſi iterato acceſſa, & primo quidem Ao. 1690, unde, poſtquam aliquamdiu Virorum Clariſſimorum* van Sanden, *Werneri, Dreieri, Pfeifferi aliorumque inſtitutione inſigniter profecerat, a patre domum revocatur, evitatis proinde, queis longiore Regiomonti mora, Commilitonum triſti exemplo, fuiſſet expoſitus, Papicolarum hamis ac retibus, id quod in maximis Dei erga ſe beneficiis ſemper repoſuit, gratoque animo agnovit. Rediit vero Ann. 1692. adducens ſecum fratrem juniorem Joh. Lyſium, poſthac Paſtorem Berolinenſem bene meritum. Poſtero anno domum reverſus, cum in ſcrutinio ſcripturæ piisque meditationibus totus eſſet, oborta mox tentatione, de Veritate Religionis Chriſtianæ, ejusque fundamento, Divinitate Sacri Codicis dubitare cœpit, lectis relectisque incaſſum, quæ huc ſpectant, Grotii, Mornai aliorumque Scriptis, donec interno ipſius Sancti Spiritus teſtimonio, erroneæ hujus dubitationis demum fuerit convictus. Hiſce remotis dubiis, novas in ipſo, Dom. Trin. publice verba facturo, excitarunt turbas iſta Evangeliſtæ Joh. III. 5.* Niſi quis rena-

Natus Flensburgi Cimbrorum.

Itinera ejus literaria.

Papicolarum retia evadit.

Fratrem habuit Joh. Lyſium poſtea Paſtorem Berolini.

Tentatio & dubitatio de Verit. Rel. Chriſt.

Convictio.

Dubitatio de ſui ipſius regeneratione.

renatus fuerit &c. *quæ ſibi ipſi applicans, ipſemet hactenus tale quid expertus eſſet, animo fluctuabat. Conſultis abſque ulla ſui conſolatione ſcriptis variis, incidit forte in Beat. Jo. Arndii Verum Chriſtianiſmum, unde penitiorem germanæ pietatis cognitionem edoctus, ut ad majorem perveniret certitudinem, Halam ire conſtituit. Poſt varia heic loci cum Viris pietate conſpicuis, Spenero puta, Franckio & Breithauptio, habita inſigni ſui emolumento colloquia, Quedlinburgum conceſſit, inde in plures Germaniæ Academias diffuſus. Interea temporis defuncto Parenti ſucceſſor ab Eccleſia deſtinatus vocatusque, cum literis nullibi reperiretur, poſt feſtum, quod ajunt, redux, bolum hunc ſibi ab alio præreptum vidit. Inſecuta haud multo poſt genitricis morte, cum ſororum utroque parente orbarum, quas novem habuit, in ſe ſuſciperet curam, Vitam privatam ducere coactus, Flensburgi anno 1696, cum honeſt. Virg. Gertrude Paulſen, fœcundum tribus filiis, filiabus quatuor, contraxit conjugium. Anno 1698 ab itinere Norvegico recens voti paterni, eum Sacro Miniſterio inſerviturum, a Confeſſionario forte admonitus, accedente inſuper ſimili ab amicis Berolinenſibus, per literas eum Berolinum invitantes, adhortatione, eo protinus contendit, acceptaque mox conditione, pro impetrandis parochiis quibusdam, quæ tum ruri vacabant, ſermonis ſacri ſpecimen edidit, fruſtrato tamen ſucceſſu, cum majora ipſi divinum proſpexiſſet conſilium. Nec mora SS. Theolog. in Alma Regiomontana Profeſſor Extraordinarius, Collegiique ibidem Fridericiani Director factus, reportata Halæ Promotore Breithauptio, Theologici Doctoratus laurea, collatum ſibi munus Academicum Ann. 1702 d. 19. Auguſti, Regiomonti auſpi-*

Colloquia cum Theologis Halenſibus.

Parenti in S. Miniſterio Flensburgi Succeſſor deſtinatus.

Vitam privatam auſpicatur.

Voti paterni a Confeſſionario admonitus.

Pro parœciis rureſtribus impetrandis concionatur.

Profeſſ. SS. Theol. Extraord. Regiomonti.

Doctor SS. Theol. renunciatus.

auſpicatur, ubi varios expertus perſecutionum fluctus, pari doctrina pietateque enituit, ſingularem Divinæ providentiæ, peſte Ao. 1709. ibidem graſſante, circa ſe ſentiens curam, teſte illa ipſius manu ad Pſal. 34, 11. Bibliorum margini adſcripta epigraphe: Probatum eſt in peſte. A. 1709. 1710. Abrepto hac lue D. Godofr. Wegnero, Theologo tertio Ordinario, ſucceſſor datus, Sereniſſimo Boruſſorum Regi a Conſiliis Conſiſtorialibus Sacrisque aulicis Ao. 1715. eſſe jubetur, ſubſecuta Ao. 1717 Scholarum Eccleſiarumque per Diſtrictum, ut vocant, Boruſſorum Lithuanicum Inſpectione, id quod quam ſollicite geſſerit munus, documento eſt inſtauratum ab eo in Academia Regiomontana Seminarium Lithuanicum Studioſorum Theologiæ, (de quo vide Gottfr. Ludwigs Univerſal-Hiſtorie ad ann. 1719. p. 210.) Eodem anno ſecundæ Theologicæ Facultatis Profeſſioni admotus, ob Orientalium, ni fallor, qua pollebat, linguarum peritiam, Judaicæ, quæ Regiomonti eſt, Synagogæ Ephorus conſtituitur. Anno 1718, enata ipſi cum Exorciſta Pontificio Barone de Schenck, tum Canonico Frauenburgenſi, eademque fervidior controverſia, non paucas utrique dedit velitationes. Anno 1721 Summum ſe Academiæ hujus Theologum vidit, nec multo poſt Paſtorem ſimul Urbis Lobenichtenſis, ſcholæque ibidem Inſpectorem. Hinc deficientibus paulatim viribus, in Synagogæ Judæorum præfectura, & mox Paſtoratu, Regia clementia ipſi adjungitur filius D. Joh. Henr. Lyſius, tum Orientalium linguarum, & poſtea SS. Theolog. ibidem Profeſſor. Fatis inde vicinior, Venerabilis Senex, perpetua mortis meditatione ſe oblectabat, unde a familiari quodam, qui ipſum in cœmeterio cogitabundum obambulatemque offen-

Perſecutiones.

Peſtis.

Theol. 3. Ord.

Conſiliar. Conſiſtor. & Concionator aul. &c.

Seminarium ab eo inſtitutum.

Theologus 2. Ordin. & Synagogæ Judæor. Ephorus.

Controverſia.

Summus Theologus & Paſt.

Filius Doct. Jo. Henr. Lyſ. Or. Ling. & Theol. Profeſſ.

offenderat, quid ageret, rogatus, magna cum vehementia reſpondit: Meditor Mortem, *quemadmodum quoque in Catalogo Lectionum Academicarum expreſſis verbis ſignificavit*, quod componeret ſeſe ad Academiam cœleſtem brevi adeundam, cœleſtis Sapientiæ propediem futurus Auditor. *Obiit Ao. 1731. d. 16. Octobr. ætat. 61. Academici vero muneris anno 30. De ſcriptis ejus compluribus videantur* Acta Boruſſica Eccleſiaſtica, Civilia, Literaria, oder ſorgfältige Sammlung allerhand zur Geſchichte des Landes Preußen gehöriger Nachrichten d. *III.* Bandes erſtes Stück, Königsberg und Leipzig 1732. *Num. III. p. 63. 64. 65. 66. & 67.*

Meditatio mortis aſſidua.

Obitus.

Scripta.

FINIS TOMI III.